



**Annotationes Gulielmi Budaei Parisiensis, secretarii regij, in
quatuor et viginti Pandectarum libros, ad Ioannem Deganaum
cancellarium Franciae.**

<https://hdl.handle.net/1874/456634>

ANNOTATIO

NES GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS,
SECRETARII REGII, IN QVATVOR
ET VIGINTI PANDECTARVM LI
BROS, AD IOANNEM DEGA
NAIVM CANCELLARI
VM FRANCIAE.

*Aucta & recognita, & accuratius nitidiusq; ab
Iodoco Badio Ascensio impressa.*



Anno. 1530. Mense Augusto,



GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, REGIS SECRETARII, IN
ANNOTATIONES AD LIBROS PANDECTARVM
PRAEFATIO,
AD ILLVSTRISSIMVM VIRVM IOANNEM DEGANAIVM
CANCELLARIVM FRANCIAE.



VAE RES MIHI IMPRIMIS EXOPTANDA fuit, vir illustrissime Ioannes Deganai, ea mihi hoc tempore forte (vt spero) fortuna euenit. Nam cum abhinc septē plus minus menses, paulò postq̄ tu ad principem istum magistratum assumpt⁹ es, Annotationes quasdā in Pandectas scribere cœpissē, iam inde in mentē mihi venit faciendum omnino mihi esse, vt hi nostri commentarioli parum ab auctore me futuri plausibiles, amplum aliquod nomen augustūmq; praeferrent exeuntes in publicum: cuius velut auspiciis freti, ancipitem iudiciorū aleam securae experirentur. Hoc autem me animo agitantem fama recentis tui honoris, quae omnia hic loca publica priuatāq; personare cœperant, diutius quærere quomodo mihi erat opus non fuit. Ea vero vt tum me admonuit quid mihi agēdum esset, ita nunc libro iam iam prodituro aduentanti tu Principi praecurrens, sic in hanc urbem in ipso (vt aiunt) articulo venisti, vt nō modo oblatum te mihi, sed etiam (nisi lōge fallor) appositum existimare debeam, cui librum meum dicatum, in manum etiam porrigerem primo omnium videndum. Etenim nisi casus me aliquis necopinantem deiecit, videor mihi non spernendo amoris loco apud te pridem, dudum, modo fuisse, ac nunc etiam esse. Cuius rei documenta haud obscura dedisti cum res ita nostrae tulerunt, tametsi nulla mea in te officia, nulla vnq̄ obsequia constitissent. Literarum nonnulla cōmēdatione tantum tibi notus erā, cetera prorsus omnia nihil ad te attinēs. Verum id extra causam est. Hoc verò causae propriū, q̄ ea ratio est libri nostri, vt nisi magno aliquo patrociniō defendatur, vix eum ab incendio vindicaturum me sperem. Magna enim simul inuidia, simul infamia flagraturum opinor, nisi tuo paucorumq; testimonio excitanda mox à multis inuidia restingatur. Quippe eiusmodi res dicere aggressus sum, vt si doctorum hominum statim expendantur, nec a leuitate, nec ab inscitia proficisci, nec procul à vero abesse videri possint: sin vulgi trutina examinentur, nihil æqui boniq; laturum ex hominum iudicio sperare me debeam. In quo tamen illud est iniquitatis, q̄ inter eos quos de causa nostra in consilium huius libri editione mittimus, seffuros complures videmus, qui ad summam ignorantiam inustum etiam inexpiablem q̄ odium literarum meliorum allaturi domo sunt. In quarum literarum auctoritate cardo diiudicandae rei haud dubie vertitur. Qz si ex more forensium iudiciorum iniquos nobis homines atq; adeo ex professo inimicos ex iudicium albo reicere possemus, ingēti sane fidutiā ad iudicium doctorum bonorumq; accederemus. Nunc id non licet, ac nihilo secius tamen subeundam sic quoq; aleam putauimus, vna maxime re freti, q̄ à qua parte stetisse doctos bonosq; constiterit, ibi calculorum victoriā esse homines utiq; interpretabuntur. In huiusmodi enim fere iudiciis appendi sententiā non numerari solent.

Atqui vnde tu steteris, inde quoque plerisque honorum staturos esse confido. Nam quae est auctoritas non modo magistratuum antistitis, sed etiam tua (tecum enim nunc, non cum Cancellario loqui videor) quotus quisque doctiorum in sententiam tuam transire dubitabit? Tuam ego auctoritatem appello: eius hominis auctoritatem, qui per omnes aetatis progressus totidem honorum civilium gradus suo prope nixu, nullo manum porrigente scandens, non antequam ad culmen honorum euasit, scandendi finem fecit: ut non fortunae beneficio, sed suo merito peruenisse eò credi possit. Cuius ea vis fuisse ingenii atque animi cernitur, ut quocumque loco natus esset, in quodcumque tempus incidisset, fortunam ipse sibi facturus videretur. Qui cum in reliquis vitae partibus honoratissimos gerendo magistratus, tanquam poeta doctus, in primis fabulae partibus populo perplacuerit, in extremo eodemque summo actu: omnibus animi viribus effusis ingenium theatro toto plausum excitaturus existimetur. Proinde in te vno permultis suffragiis periclitari mihi videor. Quare te alloquens, bonos omnes tecum exorandos habeo, ut si qua temere aduersus receptam atque adeo sacrosanctam haec auctoritatis scriptores dixisse primo statim occursum videbor, quasi iuris peritorum maiestatem suggillare voluisse. ea non ex mea fiducia, nimiam dico an incauta: sed ex rebus ipsis potius nullo receptarum opinionum praedicio vtentes, etiam etiamque aestimare in animum inducant: iudiciumque ad finem perlecti libri sustinere, nec magnis auctorum nominibus opponendis, veritati praescribere quodam nunc postliminio longo interuallo redeunt. Neque enim me latet quae sit arduum vetustis nouitatem, nouis auctoritatem, dubiis fidem, obscuris lucem dare. At enim in Catonis reprehensionem incidit, qui culpam deprecari quae culpa vacare maluit, ut ille quodam Albinus, qui homo Latinus cum res Romanas oratione graeca scriptitasset, veniam se dignum esse censebat, si quid in historiis suis aut parum compositae, aut minus eleganter scriptum esset ob hoc a Catone derisus. Sic prouidentioris fuisse dicent (ut opinor) aequitatis iniquitatisve iudiciorum tanto reatu periculum non facere, quam nunc sero errorem facinoris ancipitis deprecari. Hoc in loco cum haererem, subit illud de Diogene memoriae proditum a Graecis auctoribus. Philippus Alexandri magni pater cum expeditionem aliquando apparare Corinthum diceretur, Corinthii praetrepidi, rerumque suarum satagites ad opera certatim incumbere ceperunt: hic arma sibi comparans, ille lapides congerens, alii alios agentes, altitudinem substruens, nonnulli propugnacula firmantes, alii aliud agentes, quod ad munitiones pertineret. Quod eorum studium Diogenes cum cernebat, nihil habens aliud commodius quod ageret (nullus enim ad rem publicam administrandam opera eius hominis vtendum existimabat) extemplo philosophico pallio praecinctus, dolium illud suum fictile quod gurgustium vicem praebuisse ei dicitur, subuoluerit, deuoluerit, vltro citroque versare per vicinum vrbis collem coepit. Admirante autem quodam eius amico ac percunctante, Quidnam id agis o Diogenes? Voluo (inquit ille) ego quoque dolium, ne vnus inter tot operi interitissimos cessator esse videar. Sic & ego cum oculi rationem reddendam esse censerem homini quidem aliqua facultate praedito, aut certe literis his initiato, dolium voluerit institui, ne desidia aut inertia emarcuisse crederet, alius

ad rem attentissimis, atq; in umbraculis domesticis animum despōdiffe, quod mihi à viris haud spernendis non semel obiectum est. Id modò periculum est ne cum ocii mei rationem cōstare tibi paucisq; præterea volui, dolium forte fictile ac fragile per loca interim petrosa p̄c̄q; aspera imprudens obuoluerim, id est necubi stilo indulgens in offensionem quoq; bonorum, eorumq; quibus approbare hoc meum opus volebam, incautius impegerim. atq; ita confractum dolium, librūmq; conuiciis laceratum referam: sp̄m̄q; meam irritam & inanem euasisse sentiam: ille ego qui aliquod operæ precium iugi eodemq; semestri labore fecisse mihi videbar. Quod si mihi contigerit, Attilianum illud in me illico paratum esse scio. Satius siquidem esse dictabat Attilius ociosum esse q̄ nihil agere, id est q̄ inaniter vexari, vt Sisyphus ille in fabulis, voluens & ipse saxum, sudans nitendo nec proficiens hilum. Sed fortuna quæ famam rebus preciumq; constituit (vt inquit Curtius) istud quoq; viderit. operā em̄ tantum præstare ac propositum candidum, non etiam euentum iudicii potuit. Itaq; si mihi fortuna defuerit, non tamen ipse mihi deero. Nec si secus nostra interpretentur homines, mærori propterea me daturus sum, quasi oleum operamq; perdiderim. Sunt enim, sunt quædam quæ non modò alienis, sed meis etiam amicorumq; ponderibus examinanda ducam, diemq; tandem confido tanq̄ æquum iudicem, vnde ius steterit, inde victoriam daturam. Antimachus clarus poeta, vt auctor est Cicero in libro de claris oratoribus, conuocatis auditoribus cum legeret quoddam suum volumen, omnesq; eum legentē præter Platonem reliquissent, Legā (inquit) nihilominus. Plato enim vnus mihi instar est omnium. Et recte inquit Cicero. Poema enim reconditum paucorum approbationem assensumq; postulat. Similiter ego vt tecum q̄ plurimos scriptis nostris calculum candidum adicere optauerim, sic si id fieri nequit, te certe cum vno & altero primæ sententiæ viris adesse mihi sperem, omniumq; instar vos esse existimē, vt veluti suffragium Mineruæ (vt aiunt) emeritus esse videar. Nihil autē habet nec fortuna tua maius q̄ vt possis, nec mens tua melius, q̄ vt velis ad veritatem indagandam (præsertim quod ad res Gallicas atinet) excitare studiosos. Quod verò ad eos pertinet qui veritati obstrepere, ac quo iure quæq; iniuria tueri male parta animis obstinauerunt, nec dedoceri velle quæ perperam didicerunt, nullus est mihi locus veniæ. Proinde ab huiusmodi nec ius nec iniuriam deprecor, accipiendas enim mihi plagas pro re nata video. Verum hoc vnum saltem exorari se sinant, *πάταξον οὐδὲ καὶ ἄκροσον*, inquit Alcibiades ad Euribiadem sublato scipione loqui eum vetātem, Feri sane inquit & audi. Sic isti sane feriant dum audiant. Vulneris etiam recipiam (vt dicitur) si modo Marte suo plumbeo impugnare me institerint, nec in flammā conuicere inuidiæ cōcitata. Annotationes nunc in quatuor & viginti libros Pandectarum edidi, in reliquos editurus cum aliquantisper interquieuerō, si modò per ocium ac valetudinem licebit, quæ me hoc inceptum non modò intermittere diu, sed etiam abrumpere abiicerēq; coegit. Parisiis. Pridie Nonas Nouembris, Millesimo quingentesimo octauo.

Retū & verborū in sequenti opere præcipue adnotandorum Index.





Bac⁹ lo
gitarū
& Tri
clinio:
rū.19.
Abalie-
natio:
xxiii.
nis genera
Abdicare se magistratu
folio
xix.
Abecedarię literę
clxv.
Abiudicare
xx.
Abortio
ci.
Abnoscere non licet cōsi-
liariis parlamenti. lxxviii.
Aboluere creditorem fo-
lio
clxx.
Abstinere publico.
89.
Academia
lxxxiii.
Accedere ad causam. xxxi
Acceptum & expensum
ferre
clv.
Accerso & Arcesso. xliiii.
Accipere nomen lxxiii.
Accipitrium aucupium
& accipitrum differen-
tię
cxl.
Accursiana ignoratię. xx.
Errata
cli.
Accursiani
lxvi.
Accusationes reorum in
Senatu
liiii.
Aceo. cxxxv. Acidū vini
& mucidum eodem.
Achilleum votum. cxxv
Acrobodiceę
i.
Acrochiristę
lxxxiiii.
Acta
lxxxviii.
Acta consilii prætoriani
folio
lxxviii.
Actio ex sponso
xxii.
Actionem dictare
xxvi.
Actionem dare
xxix.
Actionem extimere
lii.
Actio legis & agere lege.
xliiii. Actuarii
lvii.
Actuarie naues
cxvi.
Ad agnatos & gentiles de-
ducendi
xxxii.
Addicere
cxxxvi.
Addicere nūmo. cxxxvii.
Adigi i verba picipis. 63
Adolescentes quomodo in-
stituendi
lv.
Adoptare
xliiii.
Ad rubricas se transferre
folio
vii.
Adigere sacramento & in
verba
cxl.
Ad incitos redactus. fo-
lio
lxxxii.

Ad manticam res rediit
folio
lxxxii.
Admitti ad causam dicen-
dam
xxxii.
Aduentitium munus. fo-
lio
lxxxiiii.
Aduersaria
clxxvi.
Ædiliū cura
xviii.
Ædiliū ordines duo. fo-
lio
xxxiiii.
Ædiles curules
xxxiiii.
Ægilops
cxlvi.
Æquum & bonū
i. & iii.
Æqui boni factio
ii.
Æquū bonū impetrare. li.
& de æquo & bono re-
sponditare
vii.
Æquum bonum
i. ii. iii.
Æquus animus & æqui-
tas
iii.
Ærarium sanctius
vi.
Ærarius. In ærarios relati
Ærariis eximere
xlviii.
Ærarii. lxx. Ad ærarium
referre rationes. Ærariū
in æde Saturni.
lxxi.
Ærarii Præfecti & Tri-
buni
lxxi. lxxii.
Æra
cxlvi.
Ære diruti
lxxxii.
Ærati & obærati
lxxii.
Æs militare
lxxii.
Æs circūforaneum
cxi.
Æstimationem inire
cii.
Æstimatio
clxxii.
Æterna lex
xli.
Æffectus nō mouebantur
coram Areopagitis.
lix.
Afferre & inferre manus
folio
li.
Agere summo iure
ii.
Agere suo iure
xcvii.
Agitatores
lxxxv.
Agnatio, & ad agnatos de-
ducendi
xxxii. lxxix.
Agones, Agonothetę. fo-
lio
lxxxvi.
Agoranomi
cxix.
ἀγκυλόγλωσσον
clx.
ἀιτήματα
x.
Ahena tria
cxxxiii.
ἀκονιτι
lxxxiiii.
ἀκριβές
xxvi.
ἀκρέμων
xcv.
ἀκρίτως
xxvi.
Alaudium
clxvii.
Alaudæ
xcv.
A libellis ministri. lxxvi.
Alba linea
cvii.
Album
lxxxii.
Albarium opus.
cxviii.
Alexāder imperator Ro.
folio
vi.

ἀλαζών
cxix.
A litera absoluēdi. xxvii.
ἀλοσία
clx.
ἀλλοκτικόν
xliiii.
Altercari & altercatio. fo-
lio
xxxii.
Ambigere
xcii.
Ambire
lxxxiii.
Ambitiosus
clxix. clxx.
Ambitio duplex
clxx.
Amethodi
xviii.
ἀμωτήρια
cxvi.
Amymones
clxxii.
Amittere e manibus. fo-
lio
xxxii.
Amittere
ibidem.
Amphictyones. xii. & 64.
Amphippi
lxxxv.
Amphoteroplum.
clxx.
Ampliatio & perendina-
tio
xxvii.
Ampliare & amplius pro-
nunciare
xxvii. lxxxii.
Ampliati rei
xxviii.
Amplissimus ordo. fo-
lio
xlvi. lx.
Amplissima curia
lx.
Amuffis
cvii.
ἀναδέχεσθαι δίκην. xxv.
ἀναδέχεσθαι. xxxviii. 98.
ἀναγορεύειν
cxxxvi.
ἀναυδέναι
clv.
Angulus normalis
cvii.
Analogia geometrica.
xliiii.
Analogum ius
xliiii. &
Analphabeti
xliiii. &
Analphabetus Iustinia-
nus
clxv.
Anancophagia
lxxxv.
Anantapodoton
xxxv.
Anatocismus
clxx.
Ancyloglossum
clx.
Ancones
cvii.
Anime principatus
xi.
Anima quibusdam homi-
nibus vt porcis pro sa-
le est
xxxix.
Animaduersio in milites
fortitio
lxxxiii.
Animaduertere
lxxxvi.
Animus æquus
iii.
Anypæuthyni
lvii.
Annulus aureus & eius
ius
xlvi.
Anni prætextę
lii.
Annus intercalaris
cx.
Annis cedens
cxxxv.
Anquirere
xxxi.
Anteambulones
cxviii.
Antenclēma
lv.
Antiades
clxi.
Anticategoria
lv.
Anticipatio
xi.

Antidoron
cviii.
Antinomie in Pande-
ctis
clxiii.
Antigraphus. Antigra-
phi ratio
lxxi.
Antipelargin & Antipe-
largia
xi.
Antiquarii
xxxvii.
ἀντιφάσεις
xix.
Antiquatio Senatuscon-
sulti
xxvi.
Antistes & Antistite
v.
Antonin⁹ qui & Marcus
philosophus
lv.
ἀνώγειον
xcviii.
Apalestri
lxxxiii.
ἀπαλλάττειν. cxxxviii.
ἀπαλλάττειν
ibidem
ἀπὸ τῆς ἀπολογίας.
folio
cxxxiii.
ἀπαυτῶν ἐπὶ τῶν δῆ-
κων ἐπὶ τῶν κυρίων. 26.
Apatores
xliiii.
ἀπειρωσμένοι
lxxxii.
ἀφέαυτ ᾧδέχεσθαι. xcviiii.
ἀφελμοί
lxxxii.
ἀφορισμοί
lxiii.
ἀφορίζου
xxxii.
ἀφοσιώσεως ἢ δόσιος ἐ-
νεκα & ἀφοσιώσθαι. 199.
ἀργασίαι
clxxi.
ἀργασίαι
clxxi.
ἀρχικηρύττειν
cxxxvi.
Apollonius Tyaneus. cxii
ἀφοπλίζω
cxxxvi.
Aphe, ἀφί
lxxxiiii.
Aphorme
cxxi.
Apodecte
lxxi.
Appellationes a iudicibus
ad Senatū
liiii.
Appellare de iuris defe-
ctu
lxi.
Appellare
clxv.
Apponere sibi præuarica-
torem
xxxii.
ἀποδοματῶν κλημάτων
folio
cliiii.
Apud acta &c
xxvii.
Aqua & igni interdicerē
folio
clxxviii.
Aquilū laus
iii.
Aquila anatoria
cliiii.
Aquilā in vinum infun-
dere
ci.
Arbitrari ex bono & æ-
quo
i.
Arbitriū & iudiciū. xxvii
Arbustua vitis
xcv.
Arca camerata
cl.
Arcesso
xliiii.
Archigramateus.
lxxviii.
Archimimi
lxxxii.
Architectus
clx.
Architectura. , Archite-
ā iii

Arati. <i>ibidem</i> & cix.	Atocia	cl.	Bonum æquum	i.	Cæcellar iatus interregnum	lxviii.
Architectonicæ quedã artes, Architectonicæ. cix.	Attributa pecunia. lxxii.		Ex bono & æquo arbitri & statuere	i.	folio	lxviii.
Area plana cxxviii.	Auctor laudatur. clxvi.		Boni & æqui facio & boni ac æquum impetro	ii.	Cancellarii appellatio. folio	lxviii.
Arenatum opus cxviii.	Auctor & auctoritas. folio	clxvii.	Bos nummus	cxxx.	lio	lxviii.
Areopagus lvi.	Authoritas pythagoræ folio	vii.	Brabeutæ	lxxxvi.	Candidati quæstores. folio	lxviii.
Areopagite. xl. lix. eorũ iudicia memoratu digna. fo. eodẽ. Integritas. lix.	Auctoritas Senatus. folio	xlvi. li.	Bractearii	cliuii.	Candidati principis. folio	lxviii.
Areopagite noctu iudicabant lix.	Auctores fieri in euentum incertum	xlvi.	Brauium	lxxxvi.	lio	lxviii.
Areopagita subtricitior. lx	Auctores classici & proletrarii	cxliii.	Breuarium principale. folio	lxxii.	Canonibus solui & gratiam Canonis legitur. folio	lxviii.
Areopagi & curiæ parliamentaris cõparatio lx.	Auctoritas poetica quantum valeat	cxxx.	Breuaria secundaria. folio	lxxii.	Canonarii	lxviii.
Arestia & ἀρεσιον lxi.	Auctoritas imminuta. folio	xlvi.	Breuarium	cxvi. clii.	Capere pignora	lxviii.
Argentarii in foro tabernas habentes cxx.	Auctorare, Auctorati & Auctoramentũ. lxxxi.		Breuis & breue. cxvi. Ex breuiculo recitare	liii.	Capere magistratũ. lxxv.	lxviii.
Argentum pustulatũ. cli.	Aucupium accipitrarium & ipsum cõcerneria. cxl.		Breuitas censendi in Senatu	lii.	Capite censi	lxviii.
Argyrognomes cxxi.	Auena	cxlvi.	Bule athens.	lvi.	Capillamentum	lxviii.
Argyritæ lxxvi.	Auferre pignora	l.	Buleutæ	lxxliii.	Caput	lxviii.
Argumenta firmissima folio	Augurum obnũciatio. li.		Bulla & toga	lii.	Caput & fortune. lxxv.	lxviii.
Armorum Glauci & Dio medis pmutatio. cxxix	Auguratus ius	xc.	 A.N.L. qd notet i sententiis dadis. xxvii.		Carbunculatio.	lxviii.
Aristocratici xliii.	Augustus	clxxliii.	C. est litera tristis & condemnationis folio	xxvii. & xxviii.	Cardinem causæ ponere	lxviii.
Arithmetica analogia. 14	Autum	lxxii.	Cacoethe	xl.	Cardo litium	lxviii.
Arrestarii cxxix.	Aulcedi	viii.	Cadere causa & formula folio	xxvii.	Cardo	lxviii.
Arrestaria & transuersaria	Aulicum consiliũ. lxxliii.		Caduceum. xl. C. Aquilii laus	iii.	Castellum puteorum. folio	lxviii.
Artes & eas concernentia folio	Aulicum instrumentum folio	lxxii.	Cælatura	cliuii.	lio	lxviii.
Artis omnis partes duæ folio	Aulicos indignos promouentes taxat.	lxxx.	Cæmenta. xcix. cxxviii.	cliuii.	Castrensis ordo	lxviii.
& homines tres in ea cõsiderandi	Auocamentũ. cxliii. clxxliii.		Cæsa & ruta recipere. folio	cxlii.	Castrensis seueritas. folio	lxviii.
Articuli graeci vis. xxxv.	Aureus annulus	xlvi.	Cæsar per orationẽ Ciceronis immutatio.	37.	Castro	lxviii.
Ascriptitii xxxliii.	Aurelia lex	lxxii.	Calamitas. cxliiii. & cxlvi.		Catadromus	lxviii.
Ascriptitii dei & patres. folio	Aurum obrizum	cli.	Calamitosus	cxlv.	Catamidiare	lxviii.
Ascriptitii filii. xxxliii	Auspicia omnibus magistratibus data	xc.	Calcar aureum	xlvi.	κατάματι	lxviii.
Asylum iuris lxxvi.	Aut certe	xxxvii.	Calceus lunatus	xlvi.	Catonis filii	lxviii.
Asylos, Asylos	αὐτόπιστοι	xi.	Calculum permittere: porrigere & proponere. folio	xxviii.	Catonis dictum	lxviii.
Asinus ad lyram	αὐτοσχέδιον	cxix.	lio	cxlii.	Causa indicta	lxviii.
Asoti & Asotia	Autolyci	xxxix.	Caldariæ cellæ	cxliii.	Causam iuridicaliter iusticialiterq; constituere. folio	lxviii.
Aspendius citharistes. folio	ἄυτος ἐφρα	vii.	Calendarium	clxxvi.	lio	lxviii.
Assa vox lxxxix.	Axes & asses	cxlii.	Calendæ martiæ. clxxvii.		Causa & formula cadere + folio	lxviii.
Assecta, & excedere ex assedis	Axiomata	x. lxxvii.	Calices diatetri	cli.	Causa superior & inferior	lxviii.
Assedis	 Albi & Bless folio	clx.	Camerata arca	cli.	lio	lxviii.
Affectari prætextatum. folio	Barbara vocabula leguleorum	viii.	Camera.	ibidem	Causa ad exemplum pertinens	lxviii.
Assamenta, Asseres. cxlii.	Beneficiũ abnegare	163.	Camarota	cli.	Causæ status, firmamentũ, continens, cardo. folio	lxviii.
Asseres asses & axes. ibidẽ.	Berones & Perones	cli.	Cameratum opus. ibidem		lio	lxviii.
Assiduus & Assidui qui sunt	Bessario	xlvi.	Canabis	cxvi.	Causæ criminales nõ erant differendæ	lxviii.
Assignatio lxxii.	Bigena vitanda	cvii.	Canales struictiles	xcix.	Causam dicere	lxviii.
ἀτελωνικτοι	Bigæ & trige &c. cxliiii.		Cancellarius	lxliii.	Cautelas iuris improbat folio	lxviii.
Ate celo deturbata. 39.	Bigli & Balbi	clx. bis.	Cancellarius in Francia folio	lxv.	Cedo iudicem	lxviii.
Athei	Bolos	cxl.	Cancellarii partes. folio	lxvii.	Cedere foro	lxviii.
Athlete	Bona fide	cxix. x.	lio	lxvii.	Cedere intercessio. xxxi.	lxviii.
Athletarũ victus, Athletica habitudo	Bona prædia	xxvi.	Cancellarius princeps Curia. Qualis esse debeat. folio	lxviii.	Cedere patriã vel vrbe. folio	lxviii.
Athletice valere ibidem.	Bona ex edicto possidere. folio	xxvi.			Cedere vita & legibus. folio	lxviii.
Athlotherg lxxxvi.	Bona publice possidere. 155				Cedere fortuna, oneri &c. ibidem.	lxviii.
					Cedens annis	lxviii.
					Celes	lxviii.
					Celetizantes	lxviii.

TABVLA ALPHABETICA.

Celestes	lxxxix.	ΧΗΜΑΤΙΣ	xix.	Cogere in ordinem. folio	Cōcipere iururandū. folio
Celestina	ibidem.			lxxxix.	Concipere & cōceptis ver-
Celestina calcantium a-		Chiliarchi	34.	Cogitatio spuria seu no-	bis iurare & peierare. fo-
pod Hieremiam. lxxxix.		Chiliastæ	cxlii.	tha & legitima. 43. & 44.	lio
Celle caldarie	cxlii.	Chironia vlcera	xl.	Cognitionib ⁹ quibus in-	Concratitius patres. folio
Cementa vide supra.		Chironomi & chirono-		fit iuris clementia	cxvii.
Centaphium	lxxiii.	mia. folio	83.	Cognitio Senatus	Conducere & locare. Con-
Censere quod nunc opi-		Choragia, Choragium,		lv.	ductor & locator. folio
nari. fo.	xxvii.	Choragus	cxli.	Cognitio consularis. lxxiii.	cxvi. cxvii.
Censendi potestatem face-		Chryfomalli	xlvi.	Cohors prætoria	Confecta res
re. fo.	xxviii.	Cybiteteres	cxvi.	lxv.	29.
Celere Senatores quomo-		Cicero iuris peritissimus,		Coliphium	Confessus æris
do cogebant	l.	& ei ⁹ propositū de iure ci-		85.	clxiii.
Censere est senatus. folio		uili in artē redigēdo. liii.		Collatio & Collecta. folio	Conferre pedem
lii. lx.		Eiusdem laus	liii.	lxxii.	lxxi.
Censendi breuitas	lii.	Ciceronis locus emenda-		Collegiū & Sodalitas no-	Confiscare
Censeri	xi.	datum. fo. 36. 71. cxliii. xcv.		bitium Franciæ. xlvi.	Confornicatum opus. cli-
Censuram animaduersio		& folio	cxlii.	Collybiæ	Confratris
folio	xlx.	Ciceronis oratio pro Li-		cxv. & cxxi.	lxxi.
Censi capite	cxv.	gario laudatur	37.	Collybus	Confusa testimonia & cō-
Census equestris	xlvi.	Cynofarges. folio.	83. 84.	Colophonem imponere	fusa suffragia
Census senatorius. xlvi.		Cippi	xcix.	& addere	Conuenientes
Censures mouebant Sen-		Circumducere edictum.		lxlii.	126.
atores Senatu	xlvi.	folio	32.	Colosica onera	Conscripti patres
Censures qui	ibidem.	Circumducere	lxi.	cl.	xlvi.
Censoria iudicia	ibidem.	folio	cxliii.	Colosicota	Consonantes
Centesima	clxx.	Cisium	cxliii.	ibidem.	xlvi.
Centumviri aucti nume-		Citari preconio	viii.	Columella	Consilium Alexātri Im-
ro. fo.	lviii.	Cithariste, Citharædi. 33.		clxi.	peratoris. fo.
Prætor illis presidebat.		Citharis, Citharædi. 33.		Columnæ & pilæ	lxi.
ibidem.		Citra pulueris tactum. fo-		xcix.	Consilium aulicum & in-
Centumviralis curia	lviii.	lio	84.	Columnæ partes	terius. lxxiii. Sanctius. folio
Centumviri	34.	Ciuum inter se æquali-		clxi.	lxviii.
Centumviralia iudicia. fo-		tas. fo.	xlvi.	Comitatus	Constituere in re presene-
lio	lvii.	Classēs	lx. lxxiii. xc. xci.	xc.	ti. folio
Centumviralium hastæ.		Classicus. folio. cxliii. & in-		Comitia magna. xix. xli.	xxv.
folio	lviii.	fra classē, & classici te-		Commercia	Constituere iudiciū, quæ-
Centumviri in quatuor		stes. fo.	eodem.	xliii.	stionem, disceptationē,
consilia distributi	lx.	Classēs curiæ	lx.	Commerciarium ius. 14.	statū causę, causam iuri-
Centuriatæ & Curiatæ le-		Classici auctores	cxliii.	Commentaturæ	dicialiter inficialiterq;
ges. fo.	xix.	Clauus & laticlauus. folio		lxliii.	29. Summam litis ibidē.
Centurio	34.	xlvi. xlvii.		Commentarii multipli-	Constitutio Philippi pul-
Centuriata comitia	xl.	Clementia iuris in quib ⁹		ces legum sunt litium	chri. fo.
Cerimonie	cxv.	fit cognitionibus	lv.	lxli.	lxi. lxxiii.
Cerimoniarum magistri.		Clens & Clientela. folio		Commentarius & com-	Constuprata iudicia. fo-
folio	86.	clxvii.		mentarium & commen-	lio
Ceryx	xliv.	Coactores	71.	tarioli & commentariē-	clxix.
Cerycia	xlvi.	Coactio Senatorum	l.	ses & in commētarium	Consuetudo. folio. xliii.
Cernere hereditatem. fo-		Coaxatio	119.	referre	lxvi. ciii.
lio	xxxii.	Coaxatio & Coassatio. fo-		83.	Consulum relatio
Ceroma, Ceromatistæ fo-		lio	cxlii.	Commentarii iuris. fo-	liii.
lio	84.	Cochlea	149.	lio. 13. & de commenta-	Consul iussa tribunipleb.
Cerramina sacra	86.	Cocorum precia	169.	riis recentium iurisperi-	in carcerem duci pote-
Certe & aut certe	37.	Codex	176.	torum	rat. fo.
Cessio	xxiii.	Codicis libri a Græcis scri-		137.	75.
Cespitium	xc.	pti. fo.	71.	Committere & commis-	Consulares
Charitas humana	xxii.	Codonophori	cxviii.	siones	45. 89.
Chartophylax	77.	Coepulones	71.	Commisum bellum c.	Consularis cognitio. fo-
Chasma	cxlvi.	Cæli filii	33.	xii.	lio
Chasmatæ	ibidem.	Cælum & esse in cælo. fo-		Communis sensus & pru-	Consulibus permissa res-
Chasmatibus terræmo-		lio	cxlv.	dentia	publica
tus	cxlvi.	Coena recta. fo. lxxvii.		xii.	lxxliii.
Chelonium	cl.	clxxvii.		Comparatio parlamenti	Cōsulis imperium. lxxv.
Χελωνίς	xxiii.	Coenacula	xcvi. cii.	ad Areopagum	Consulares & proconsula-
		Coenationes	xcvi.	lx.	res prouinciæ
		Coenacularem facere. fo-		Comperendinatio. folio	75.
		lio	xcvii.	xxvii. lxxxii.	Consularis & consul. folio
				Comperēdinata res. folio	lxxxix.
				xxvii.	Cotabulatio
				Comperendinatus reus.	cxlii.
				folio	Contendere iusto sacramē-
				27.	to. fo.
				Compertus stupri	xxv.
				clxiii.	Contignatio
				Concameratio. folio. 128.	128.
				cli	Continens causæ
				Concertata res & confē-	29.
				ta. folio	Contradictionum dissolui-
				xxix.	tiones. fo.
				Conchyte	30.
				cxvi.	Controuersia nobilis. fo-
				Conchyliarii	lio
				cxvi.	lxxiii.
				Concio legitima	Controuersiam sui facere.
				xlvi.	folio
				xlvi.	clxxviii.
					Conturbare, Conturbare

re rationem & fortunas folio	cxviii.	fitare	vii.	Diabolus per Aten.	39.	ἐχθρ. folio	xxxviii.
Conuadari	xxv.	De præpositio	lxiii.	διαβάφιν	clv.	δικαιολογικός	xxxix.
Conuenire in manū.	24.	Decedere iure suo	xcvii.	διαδικασία	xxx.	Δικαίος	lxxxi.
Conuenire	lx.	Decempeda, decempeda = tor. fo.	cviii.	διακόπτην	lxxxi.	δυσάναι	xxix.
Conuentus trium ordinum fo.	lxviii.	Decemuiti	xix. xxxviii.	Διαλαμβάνειν	lxxxii.	Diudicata res	cxv.
Coria	lxxxiii.	Decimatae legiones, folio	lxxxii.	διαλέγειν	lxxxii.	Diobolares testes	cxv.
Cordax	lxxxiii.	Decernere questionem & vt legibus querat.	xxx.	διαμεμβάνον	xliii.	Diomedis & Glauci armorum pmutatio	cxviii.
Cornicum oculos cõfigere fo.	xvii.	Decernere	xxxii.	διαφέρειν	xxxii.	Dionysiaci artifices.	folio
Corone	clii.	Decretum & placitum, folio	lxiii.	Diarium calendarium, folio	clxxvii.	Diortothicon	xlvi.
Crassus	xxxvii.	Decoquere, decoctores, folio	cxxi. cxxii.	Diarium. lxxxviii.	clxxvi.	Diplinthii parietes, folio	xxxviii.
Crater	cxli.	Decollare pro fallere, folio	xxxii.	Diatreti calices	ci.	Dirimere tempus	lxxx.
Creatura omnis	xcii.	Decurie iudicū	lii. lviii.	Dica δίκη	xvi. & xxvi.	Dirimi auspicia	lxxxii.
Creditorem absoluere folio	clxx.	Decurie & classes	lxvii.	Dica & dicastæ	vi.	Diruptus hermitofus, folio	lxxxii.
Creui	cxv.	Decurrere	cxliii.	Dica impingere	xxvi.	Diruti ære	lxxxii.
Creui hereditatem, folio eodem.		Decursorium	cxliii.	Dicaotes	lxxi.	Disceptationes liberæ & legitimæ	lxxxii.
Cride	xxv.	Defectu iuris appellare, folio	lxi.	Dicere pro testimonio, folio	xxx.	Disceptare inter parietes, folio	lxxxii.
Criminales cause nõ erant differendæ	lv.	Deferre in ærarium, folio	lxxxviii.	Dicere peritiam	xxxvii.	Disceptare	lxxxii.
Critici	lxxxvi.	Deferuescere	clxi.	Dicere causam	lvii.	Disceptare in diuersa, folio	lxxxii.
Critolai libra	ix.	Deflagrare	clxi.	Dicere multam	xc.	Disceptare	lxxxii.
Cruminifera	clii.	Defungi	cxviii. bis.	Dictare actionem. folio	xxvi.	Discessio populi	xx.
Cubitum, Cubitus folio	cviii. bis.	Defunctus, defunctorie, folio	eodem.	Dictatura	lxv. lxxiii.	Distributum ius, folio	lxxxii.
Culinaris ratio	clxii.	Delatores	cxviii.	Dictator, folio	xxxiii.	Distringere	clxxxii.
Cum re presenti delibere	xxv.	Deliberare cum re present. fo.	xxv.	Dictum Catonis	cxv.	Discoboli, folio	lxxxii.
Cunctatores	cxvii.	Delio natatore indigens folio	cii.	Diduco	clxxiii.	Dies exhæresimi, folio	lxxxii.
Cupedipetæ	cviii.	Delos vmbilicus terre, folio	lxiii.	Dies exhæresimi, folio	lxxxvii.	Dies constituta & dies stat. folio	xxxii.
Cuppæ	clii.	Demagogi	xcix.	Dies magni	lxi.	Dies eximere	lii.
Curie Romanæ, xxxiii.		Demarati filius	xvii.	Diem tollenda	lii.	Diem distendere	lxxxii.
Curia quinquagenaria folio	lviii.	Demensum	clxii.	Diem iusti & stat. cxxiii.		Diem distendere	lxxxii.
Curia amplissima	lx.	Demetrius Phalereus, folio	lxxxv.	Die repetita	ciii.	Distinere	lxxxii.
Curia parisiensis.	liii.	Democratici	xlii.	Dies & diecula	cxliii.	Diuidere sententiam	lxxxii.
Curie parlamētaris & A. reopagi cõparatio	lx.	Democriti dit	xxxix.	Dies status	cxxiii.	Diuisio sententiarum, folio	lxxxii.
Curie centenariæ, folio	lx. & lxi.	Demosithenes. 6. & 38.		Dies legitimi, folio	xxxi. cxlii.	Diuisio iuris, folio	lxxxii.
Curie origo ex conuentibus iuridicis	lx. xcv.	Deponere in pœnam, folio	xxii.	Differre vadimonium, folio	xxvi.	Discurrere	lxxxii.
Curia parlamētaris olim non stataria vt nũc, sed indictiua erat	lxii.	Deprecatio	lv.	Diffundere diem. folio	lxxx. lxxxii.	Dysnomia Franciæ, folio	lxxxii.
Curiate leges & comitia, folio	xix.	Describere	viii.	Diffinitio	liii.	Dispungere rationes, folio	clv.
Curiosus	clxix.	Descriptio & ex scripto recitare	liii.	Diffinire	v.	Disputare	lxxxii.
Cursores pegasarii qui fiunt fo.	cviii.	Despoticum	xliii.	Digressio in latinitatis cõtemptores	ciii.	Disputare rationes, folio	clv.
Curulis Aedilis	xxxiii.	Despote	lxxi.	Digressio in mores præfentes inuehens, cxxiii.		Disquisitio	lxxxii.
Curulis sella	xcviii.	Desæuire	clxi.	Digestorū lib. l. locus restitutus	xcvi.	Distinere	lxxxii.
Custodes	lxxi.	Designatores & designare folio	lxxxvi.	Digestorū lib. l. locus restitutus	xcvi.	Diuidere sententiam	lxxxii.
D are mancipio, folio	xxiii.	Desultores. 35. Eorū leuitas: & equi desultorii, ibi.		Digitus. i. modulus aquarius, folio	xcviii.	Diuisio iuris, folio	lxxxii.
Dare actionem & iudicium	xxix.	Detineri	clxxiii.	Dii democriti	xxxix.	Discurrere	lxxxii.
Dare nomen	lxiii.	Deuorata verba	cxii.	Dii maiorum gentium, folio	xl.	Discurrere	lxxxii.
Dasyptus	xciii.	Deus qui fias	cxlv.	Dii selecti	ibidem.	Discurrere	lxxxii.
Dæmonistici	clvi.	Deus qui fias	lxxxii.	Dii minorum gentium seu ascriptitii	xl.	Discurrere	lxxxii.
Dæquo & bono respon-		Deus qui fias	clxxxix.	Diabolus per Aten.	39.	Discurrere	lxxxii.

Dotes animi

Echoliam ci.
 Ecclesiastici loc⁹ emēdat⁹. cxlvi
 Echemythi. n.6. ibidem.
 Echinus parturiens cun-
 ctatur cxv.
 Ecnephas cxlvii.
 Equus clxxiii.
 Edere xxxii. lxxxix.
 Edere nomen lxiii.
 Edere ludos cxii.
 Edere specimen clxvi.
 Edicta circūducere. xxxii.
 Edictum pretorium. xliii.
 Edictum perpetuum. fo-
 lio xliii.
 Edictū trāslatitium. xlix.
 Edictus & indictus Sena-
 tus xlix.
 Edictum Iustiniani. lxvi.
 Eferuere clxi.
 Effigies antiquitatis i duo
 decim tabulis iiii.
 Effluctio & abortio ci.
 Εγγεγραμμένοι ἠέ κερσο
 πώλη fo. xlvii.
 Εγγεγραμμένοι ἠέ κερσο
 πώλη fo. xlviii.
 Εγγυαῶν xxv. xxxviii.
 Εβουλαί, Echolia ci.
 Εγκύκλιοι lxxix.
 Εγκύκλιον ἀγορᾶς. 139.
 Εγκριτοί lxxix.
 Εἰκλόν τὸ πυχόν. 139.
 Εἰσφέρειν xix.
 Etulatio funebris. xxxvii
 Eucere. Eiectitius ci.
 Εὐκαρῶν clxxii.
 Εὐκρητοί lxxix.
 Εὐφρονῶν lliii.
 Εὐρυσείας ci.
 Εὐρωσμοί ci.
 Eleuare xxx.bis.
 Eleuare testimonia ibidē.
 Elogium, & mittere cum
 elogio xxx.
 Eloquentia pulsa Lacede-
 mone lix.
 Eloquentiæ munera. cvi.
 Emancipare. xxiii. xxiiii.
 Εμβαδύον lxxxvii.
 Embate cxvi.
 Emblemata ci.
 Embolismos lxxxvii.
 Emmelia lxxxiii.
 Εὐδαιμονία clxxiii.
 Enargia clxxiii.
 Energia ibidē.
 Encyclopædia. iiii. cix & fo
 lio cxxx.
 Enthorchius Iuppiter. fo
 lio lxxiiii.

Enneacrunos fons cxli.
 Ennoce xi.
 Enoplia saltatio lxxxiii.
 Ἐνθησι, & Enthēstici. fo-
 lio clvi.
 Ἐνθησάγυλλοι lxxix.
 Ἐπάφνησον xxviii.
 Ἐπακτός ὄρκος cxl.
 Ἐπαμφοτερῶν xcii.
 Ephebiōi lxxxiiii.
 Ephelides clx.
 Ephemeris. lxxxviii. clii.
 Ephippium xcviii.
 Ἐπιδημία lxxiii.
 Ἐπιδημῶν lxxxix.
 Epibatæ. xc. cxvi. Epibo-
 le. fo. xi.
 Ἐπιβατεύων xc.
 Ἐπιπέδες i. cvi.
 τὸ ἐπιπέδες δικάσιον. i.
 Epicaia ineptum vocabu-
 lum. i.
 Epices & Epicia i. & ii.
 ἐπικαρῶν clxxii.
 Epilepsia non epilensia. fo-
 lio cxxx.
 Epilogus de Senatu. fo-
 lio lviii.
 Epinyctis clxxxvi.
 Epistolæ Curii ad Cicero-
 nem declaratio xxiii.
 Epistolæ Pli. locus lv.
 Ἐπιτρέφειν τὴν ψῆφον. fo-
 lio xxviii.
 Epistomion cxlii.
 Epitome, Epitoma cxvi.
 Epulones lxxi.
 Epulum funebre cxvii.
 Equestris census xlvi.
 Equestris ex ordine erat ad
 Senatum transitus. fo-
 lio xlvi.
 Equi desultorii lxxxv.
 Equites & annulus aure⁹
 eorum & census xlvi.
 Equites iudices ibidem.
 Eques & Miles ibidem.
 Equitium lxxii.
 Equorum genera xcvi.
 Erasi lxxii.
 Eremodicum xxvi.
 Ergata cl.
 ἐρωλαβόντες cxvii.
 ἐρῆμη δίκη xxvi.
 Ergastulum cxxxvii.
 ἐρημῶν κατὰ δικασθῆ-
 ναι xxvi.
 Esse in cælo cxlv.
 Erugo, Eruce cxlviii.
 Ethici statuarii lxxxiii.
 Ethologi lxxxii.
 Ethopæi ibidem.
 Ethopœia lxxxiii.

Ethos ibidem.
 Ἠθονα λόγον &c. xxx.
 Euadere ad frugem bonā
 & redire cvi.
 Euangeliā lxxviii.
 Eunomia & Eunomi. fo-
 lio xxxix.
 Euocatio deorum xlv.
 Euocatio cxix. cxx.
 Euocare cxxx.
 εὐγένεια xlii.
 Eunomia duplex xl.
 εὐθυεαδῶν lvii.
 Euthymia clxxiiii.
 ἐξείρετος xcvi.
 Exarmare, & exarmare ac-
 cusationem cxvi.
 Exauctorare lxxxii.
 Exœuire clxi.
 Ex bona fide & ex bono
 & æquo arbitrari & sta-
 tuere i.
 Excedere ex asseclis. fo-
 lio clxvi.
 Exceptores lxxxix.
 Excurrens summa. cxxii.
 Excursio oratoria. cxxiii.
 Excutare clifi.
 Ex edicto bona possidere.
 folio xxvi.
 Exempli referre. xxxii.
 Exheresimi dies. lxxxvii
 Exhedra. lxxxiiii cii.
 De exilio cxxi.
 Eximere diem. actionem.
 folio lii.
 Eximere ex gratiis. xxxi.
 xlvi. ex reis, noxæ, &
 notæ xxxi.
 ἐξήρησθη cxi.
 ἐξήρησιμένοι xlvi.
 Eximere numero lxxxix.
 Existimatio clxxii.
 Ex iure manu confertum
 folio xxiiii.
 Exoleta fugienda. folio.
 xxxviii.
 ἐξορκῶν cxii.
 ἐξοσία xcvi.
 Exoluere religionē. fo-
 lio clvi.
 Expensum ferre. folio.
 xxiiii. clv
 Experiri intra parietes. fo-
 lio ii.
 ἐξηγνημένοι xxvi.
 Expolitionum genera. fo-
 lio cxviii.
 Expungere rationes. fo-
 lio clv.
 Ex tempore. clxxi. & seq.
 Extra primum lapidem.
 folio lxxiiii.
 Extractus ci.

Fabrica cix.
 Fabri Lesbii. i.
 Facere discessio-
 nem xlix.
 Facere tyrociniū. clxv.
 Facilitas iuris perdiscen-
 di. folio viii.
 Facinus indignum. fo-
 lio cxxxii.
 Factum memorabile lv.
 Fanatici clvi.
 Farcturæ cxxviii.
 Fas v.
 Fases. lxxviii. eos sum-
 mittere ibidem.
 Factorum diuulgatio. fo-
 lio xviii.
 Fatuus clix.
 Ferales præcones cxviii.
 Fercula cxliiii.
 Ferendarum legum mo-
 dus xix.
 Ferentarius libellus. cviii
 Feriæ latinæ xxxvi.
 Ferramentum cliiii.
 Ferre ad populum xix.
 Ferre iudicem xxii.
 Ferre expensum & accē-
 ptum clv.
 Festuca cxxix.
 Fide bona i.
 Fides & πίστις ciiii.
 Fides labefactata cxliiii.
 Fidem suam tueri cxliiii.
 Liberare cxliiii.
 Fidem alicuius sequi. fo-
 lio cxliiii.
 Fide sua esse iubere, & fidē
 aliena sumere cxliiii.
 Fide & esse in fide, & se cō-
 ferre & recipere in fidē.
 folio clxviii.
 Fide bona cxxxix.
 Fide optima ibidem.
 Fiduciaria possessio. xxi.
 Fiduciaria opera & fidu-
 ciarius heres xxi.
 Fidutia & fidutiam acci-
 pere xxii.
 Fiduciaria mancipatio, vē-
 ditio, hereditas, Fidutia
 committere. xxii.
 Filii terræ. xxiii. Celsi
 folio xxxiii.
 Finis iuris ciuilis iiii.
 Firmamenti causæ. xxix.
 Fiscus & eius præfecti. fo-
 lio lxxi.
 Fiscus, Fiscella clxix.
 Fistucatio, Fistuca. fo-
 lio cxxviii.
 Fistule applumbatæ. fo-
 lio cxliiii.
 Floralia cxlviii.

Formulā intēdere. xxvi.
 Formula cadere & excide
 re folio xxvii.
 Formula & formularii. fo
 lio xxxi.
 Fornacarius c.
 Fornices & fornicarii. fo
 lio clxix.
 Fornix & fornicatū opus
 folio cli.
 Foro cedere. cxx. & cxxi.
 Fortuna. xxvi. & xxxiii.
 Forum xxix. lviii.
 Forum suarium lxx.
 Franciē dynomiā repre
 hendit. xxxix.
 Fraterculus gigantum.
 folio xxxiiii.
 Fraus & quod sine fraude
 sua aliorūq; fiat. clxviii.
 Friuola cxiii.
 Friularii cxiii.
 Frontati lapides. cxviii.
 Frugi bonē & frugi ho
 mo cyi.
 Ad frugem bonam se re
 cipere, euadere ad fru
 gem bonā, redire ad fru
 gem bonam ibidem
 Fugax pomum & vinū.
 folio cxxxv.
 Fugere, Fugiens vinum.
 folio cxxxv.
 Fugientes gemmæ & lite
 ræ cxxxv.
 Fugitiuarius cliii.
 Fumose imagines. xxxii.
 Funditor verborū. xlii.
 Fundum mancipio dare.
 folio clxviii.
 Funebre epulum cxvii.
 Funerū ceremoniē. xxxiii.
 Funebrim iusta lxxx.
 Furiosi & prodigi. xxxii.
 Furor clviii.

Alericul⁹. clviii
 Gallorum mos
 improbādus.
 folio. lxxxviii.
 Galli olim elegantiae stu
 diosi ciii.
 Gallorum Hercules. fo
 lio cliii.
 Galli fratres Romanorū.
 folio lv.
 Galli senatoria dignitate
 Ro. donati lv.
 γέλωμα ci.
 Gelu⁹ cxlviii.
 Gemini an vno cōcubitu
 coicipiantur xciii.
 Gemini Hercules & Iphi
 des xlii.
 Gemmæ fugiētes. cxxxv.

Genera quæstorum varia
 folio lxxv.
 Genera pensitationū tria
 folio lxxii.
 Genera ludicrorum. fo
 lio lxxxii.
 Genera gladiatorum. fo
 lio lxxxvi.
 Genera ferendi xcv.
 Genera equorum xcvi.
 Genera structure xcix.
 Genera expositiōnū. n.
 Genera militiē cxix.
 Generositas xlii.
 Gētiles. v. & xxxiii. xlviii
 Gentilitas & ius eius. fo
 lio xxxii.
 Ad Gentiles deducen
 di ibidem.
 Gentilia insignia. xxxiii.
 Genus iiii.
 Geodēte, Geometre. cvii.
 Geometrica analogia. fo
 lio xlii.
 Geranion cv.
 Gerasia virtutis præmiū.
 folio lvi. lvii.
 Gestatoria pensilia. cxliiii.
 Gestatorium & Gestatio
 nes xcvi.
 γινόμενον cxxiii.
 Gymnasia, Gymnici. fo
 lio lxxxiii.
 Gymnicorum genera. fo
 lio lxxxiii.
 Gynecocratia & eius le
 ges xliii.
 Gynecocratumenos q in
 vxorum potestate sunt
 carpit. fo. xlii. & xv.
 Gladiatoꝝ genera. lxxxvi
 Glauci & Diomedis armo
 rū permutatio. cxxix.
 Gnomon cvii.
 Graculus cxlvi.
 Grandinum quatuor ge
 nera cxlvii.
 Graphis cix. cx.
 Gloria in virtute lxix.
 Gratia & pax xxxv.
 Gratiam canonis legisq;
 facere xliii.
 Gratiē lxix.
 Græcarū literarum laus.
 folio cxxxiii.
 Gressu s cviii.
 γυτάρια cxliii.
 Grytopole cxliii.
 Gubernator lxxxix.
 Abere rationē
 alicuius. lxliii.
Habere in sinu.
 folio clxxi.
 Habitudo iusta cxliiii.

Hæreditatem cernere. fo
 lio xxxii. cxv.
 Hæreditas iusta, Hæres, Hæ
 redium cxxiii.
 Hæresis clvii.
 Hæsitantes clx.
 Halteres lxxxiii.
 Haltici lxxxiii.
 Harinostæ lxxv.
 Hasta vi. xxxiiii.
 Hasta & centūiuralis hasta
 cur sit dicta xxxiiii.
 Hastæ & causæ centumui
 rales lviii.
 Hedui primi Senatorum
 ius in Vrbe adepti lv.
 Helciarū lxxxix.
 Heliocaminus xcvi.
 Hemisphærium cli.
 Hercules Gallorum. cliii.
 Herculana pars cxvii.
 Hercules & Iphicles. fo
 lio xciii.
 Hermiosus diruptus. fo
 lio lxxxii.
 Heteroplum clxx.
 Heterius Iup. lxxxiii.
 Hexapeda cviii.
 Hieronice lxxxvi.
 Hieronymi nō est noui te
 stamenti quā habemus
 translatio xxxv. bis.
 Hyle ὕλη xliiii.
 ὑπαρχεύειν liii.
 ὑπάρχων cxxiii.
 ὑπέγυρα xxvii.
 ὑπερχωρεῖν xxii.
 ὑπεθεματίζειν cxli.
 ὑπετραγίζειν clx.
 ὑπέσων xcvi.
 Hypetræ ambulationes.
 folio lxxxiii.
 Hypethrion & hypethrō.
 folio xcvi.
 Hypocaustum cxxiiii.
 Hypocritæ, Hypocritis. fo
 lio lxxxii.
 Hypogea cxxviii.
 Hypopion lxxx.
 Hypostasis cxxxv.
 Hypotheca cliii.
 Hypothesis x.
 Hippodromus cxliii.
 Hippopotamus xi.
 Hirciētes, Hircosi, Hircus.
 folio clx.
 Histrones lxxxii.
 ὑποθέσθαι cliii.
 ὑποτιθέναι cliii.
 ὑποτιθέναι cliii.
 Holosericati xlii.
 Homeri auctoritas. cxxx.
 de eo doctorum sentē
 tiæ. fo. cxxx.

Homeri poesēs & laus. fo
 lio cxxx.
 Homeri laus cxxx.
 Homo nou⁹. xxxii. xxxiii.
 Homines noui lxx.
 Homines ærarii lxx.
 Homines tres in omniar
 te considerandi cx.
 Homogn⁹ Iuppi. 74.
 Homologare lx.
 Honorarius tumultus. fo
 lio xliii.
 Honorariū mun⁹. lxxvii.
 Decurionū munus. fo
 lio cxliii.
 Horæ cxviii.
 Horrida sidera cxviii.
 Hortator in nau. lxxxvii.
 Hospitalia lxxxvii.
 Hospitalitatis deus Iuppo
 ter lxxxvii.
 Hospitium renunciare. fo
 lio lxxxvii.
 Hospitia priuata lxxxvii.
 Hospitalis tessera. lxxxvii.
 Actus cxvii.
 Janus bifrons
 fo. lxxxvii.
 Iatronicæ. cx.
 Ichnographia lxxxvii.
 Iconici pictores lxxxvii.
 Iconicæ imagines. fo
 lio lxxxvii.
 Illaudatus cxvii.
 Ilias malorum xlii.
 Illotis manibus & pedib⁹
 folio xvi.
 Illuuiēs cx.
 Imaginaria rei repre
 sentatio xxv.
 Imagines fumose. xxxii.
 Imagines subite. xxxii.
 Imagines maiorū in fune
 ribus adhibite. xxxii.
 Imbricamentum cli.
 Imbricatū opus. cxxviii.
 Immeiere cxvii.
 Impedata vitis lviii.
 Imperii munera
 & Consulare lxxv.
 Imperiū legis & hois. xci.
 Imperiū limina cvii.
 Impostores & Impostura.
 folio clviii.
 Inciti & ad incitos redā
 cli qui sint lxxxvii.
 In cælo esse cxv.
 In consilium mittere. fo
 lio xxviii.
 In consilium ire xxix.
 Incrustatio materiana. fo
 lio cxliii.
 Inculpatus clxxii.
 Inculpati heroes nouē. 77.

TABVLA ALPHABETICA

Indago	139.	Intercalatio	ibidem.	Iudices peculiariter dicti.	xii.
Indicatio & Indicare.	folio cxli.	Intercalaris annus	cx.	Iudicio decuriæ	lviii.
Indicatura	ibidem.	Intercedere Senatuscon.	poterant tribuni li.	Iudicia centumviralia.	folio lviii. lvii.
Indicare	clxxiii.	Intercessione sublata.	folio xxxi.	Iudicia publica	lviii.
Indicere iustitiam	124.	Intercessor	ibidem.	Iudicia areopagitarum.	folio lix.
Indicta causa	xxvi.	Intercessio tribunitia	li.	Iudicia legitima	lx.
Indictionales	lxvii.	Interdicere aqua & igni.	folio clxxviii.	Iudicia publica Romæ fie	bant per tabulas lx.
Inducere & Inducere sententiam aut decretum.	lvi.	Intergerinus paries.	folio cxxix.	Iudicium non precipitan	dum. folio lxxvii.
In ærarios & in arcem re	lati. folio xlviii.	Interim	clxxi.	Iudicia constuprata	169.
Infantia & inficitia	ix.	Interius consilium	lxvii.	Iudicia & auspicia omni	bus Magistratibus da
Infantes iurisperitos ta	xat. folio x.	Interior sermo	lxvii.	ta fo.	xc.
Infatuari	clix.	Interpretis officium	35.	Iupiter xenius, philius,	hetærius homognius,
Inferior causa	39.	Interpretatio noui testa.	vulgata non est Hiero.	phratrius, enhorci ⁹ &c.	folio lxxiiii.
In fide esse.	folio clxxvii. & clxxviii.	Interrogari legibus.	44.	Iuppiter hospitalis deus.	folio lxxiiii.
Informationes	xi.	Interrex	lxvii.	Iurare & peierare conce	ptis verbis cxl.
Infra classem	cxliii.	Interregnum cancellaria	tus. folio lxxviii.	Iuris prudentia olim nõ	fuit questuaria. iiii. quid
Ingenui	xlvi.	Interrogari legibus.	44.	fit. ibidem.	
In gleba vindicare.	folio xxliii.	Interthalmium	89.	Iuris ciuile in artem re	digendi propositum Ci
Inicere manum & infer	re. folio li.	Intertrimentum	cxliii.	ceronis	iiii.
Inire estimationem.	cii.	Intertritura	cxliii.	Iuris ciuile finis & par	tes. folio iiii.
Inire nexum	134.	Intertrigo	cxliii.	Iuris ciuile sacerdotii &	quæ sit ratio constituen
In manum mariti conue	nire	Intestinum opus	cii.	da. folio v.	
In numerato habere.	folio clxxvii.	Intra parietes experiri &	disceptare	Discendi facilitas.	iiii.
Inquire & inquisitor.	folio li.	Ioan. euang. locus	35.	Iuris diuifio	viii. & xiii.
Inquestæ	31.	Ioues humani	xlii.	Iuris naturalis vis	xi.
Inquisitionum consilium.	folio lxviii.	Iphicles & Hercules.	93.	Iurisconsulti copiam sui	faciebant omnibus.
In rem presentem veni	re. folio xxv.	Ire in consilium	29.	Iuris volumina	39.
In religionem verti.	clvii.	Ire in sententiam.	xliv.	Iuris librorum multitu	do obest & vocet xl.
Infantia	clviii.	Ire in sententiam pedi	bus. folio lv.	Iura in quibus constituen	da fo.
In sententiam pedibus ire.	folio lv.	Isthiacus dolor	130.	Iuris clemetia in quibus	fit cognitionibus lv.
Inficitia & infantia	ix.	Isonomia	xliii.	Iuris defectu appellare.	folio lxi.
Insignia gemitia que vul	go dicuntur arma	Isthmus	xcviii.	Iuris asyllum	lxxvi.
In sinu habere	clxxi.	Iubere est populi	lii.	Iure meo, tuo, suo	xcvii.
Insolentia	clxxix.	Iucundus architectus &	antiquarius	Iure suo decedere & agere.	folio xcvi.
In sole & puluere &c.	folio lxxxiii.	Iudex ius animatum est.	folio xliii.	Iurisperitorum recentio	rum commentarii eleua
Inspurare & spurcum vi	num. folio c.	Iudicatum facere	30.	tur. folio cxxxiiii.	
Institutum	xv.	Iudicis persona	xvi.	Ius. i. Strictum & sum	mum. folio ii.
Institutum memorabile.	folio lvii.	Iudicem ferre	xxii.	Ius ciuile. v	Eius sacer
Instrumetum litis	31.	Iudicium & arbitrium.	folio xxvii.	dotes & antistites. ibid.	
Instrumetum aulicū.	lxviii.	Iudiciorum mos	27.	Ius gentium	xi.
Insula	cxlvii.	Iudicium tabule.	folio 27.	Ius naturale	xi.
Insularius	cli.	Iudicium constituere.	folio xxix.		
Intelligentiæ incohata.	folio xi.	Iudicium dare	29.		
Intendere formulā.	xxvi.	Iudices equites	xlvi.		
Intercalare & Intercalari	ris mensis	Iudicium decurię vnde.	folio lii.		
	87.	Iudices petebatur a fena.	folio liiii.		
		Iudices ex legis præscri	pto iudicare oportebat.		
			folio liiii.		

RΑΤΑΔΕΔΙΚΑ
 σΜΕΝΟΙ. folio 136.
 ΚΑΤΑΔΟΥΜΑ folio
 xcvi.
 ΚΑΤΑΠΛΩΣ folio
 lxxviii.
 ΚΑΤΑΛΕΙΨΩ ΤΗΝ ΔΥΚΗΝ.
 folio xxvi.
 ΚΑΤΑΠΩΔΑΣΜΕΝΟΝ. 170
 ΚΑΘΕΤΟΣ. 137. ΚΑΒΙΖΩ. 28
 ΚΙΟΝΕΣ xcix.
 ΚΛΑΔΟΣ xcvi.
 ΚΛΕΠΗΣ clxix.
 ΚΟΝΙΑΜΑ cxix.
 ΚΡΑΝΙΖΩ cxli.
 ΚΡΥΒΩΝ ΦΗΦΙΖΩ. lx.
 ΚΡΙΝΕΩΣ lvii.
 ΚΡΙΝΟΜΕΝΟΝ 29.
 ΚΡΩΝΟΙ cxli.
 ΚΤΗΜΑ x xliii.
 ΚΤΗΣΙΣ x xliii.
Aβεφατatafides
 folio cxliii.
Labes. folio. 146.
 cxlvii.

Labra	cxli.	Lex nature, Lex æterna,	Lis compendinata	27.	Magistratus interdu non
Lacus	cxlii.	Lex summa	Litium cardo	xxix.	cedebat puocationi. 74.
Λαγχανῶν δίκην	xxvi.	Lex de quibus sit ferend.	Litis instrumentum	31.	Magistratibus omnibus
Laicus a. ñ.	clvi.	da. fo.	Litium miseræ	39.	data sunt iudicia & iudici
Lamachus	cxxv.	Legis virtus	Lites procuratorum par		cia. fo.
Lanistæ	86.	Legibus solutus princeps	bulum	lxvii.	Magistratus & de Magi
Lapidem primum extra		folio	Litem suam facere & in		stratibus & q̄ causam di
folio	lxviii.	Legibus soluere & nō te	rem suam vertere. clxv.		cebāt finito Magistratu
Lapis quadratus	xcix.	neri. fo.	Liti se offerre	xl.	folio
Lapis ordinarius	xcix.	Lege agere & legis actio	Litera salutaris & tristis.		Magistratus discutit. 74.
Lapides frontati. cxxviii.		seu actiones	folio	xxviii.	Maiestas Po. Ro. xlvi.
Lapidicinæ & lapidicinæ.		Legibus interrogari. fo.	Litere fugientes	135.	Maiestas lesa
folio	88.	eodem.	Litere abecedariæ. clxv.		Maiestas Senat. xlvi.
Lasciua & lasciuire. cxxix.		Lex de Senatu habendo.	Locare & locator	.116. 117.	Maiorum minorūq̄ gen
Later & testa	cxxviii.	folio	Locus digest. l. restitutus.		tum Senatores ac di
Lateritii parietes. ibidem.		Legum multiples com	folio	xcvi.	selecti
Laterculus coctilis. folio		mentarii sunt litū ma	Loc ⁹ ex epistola Plinii. lv.		Malleoli
cxxviii.		teria	Loci Ciceronis, Plinii, Lu		Malorum ilias
Latinarum prefectus. 36.		Leges inter se contradicē	ce. & aliorum videantur		Manceps .cxxvii. & cl.
Latinæ ferie	ibidem.	tes. i. antinomie in pan	in ipsis nominibus.		Mancipare & mancipatio
Latinitatis contempto		dectis	Logistarum abacus. cxix.		Mancipatio fiduciaria. fo.
res arguit.	ciiii.	Lex memorabilis	Logodædali verborū fun		lio
Λατομίδι	88.	Lex aurelia	ditatores	xiii.	In mancipatum dire
Latumiæ	88.	Lex & legis ac hominis	Lolium	cxlyi.	folio
Latomiæ.	88.	imperium	Luce euange. locus. folio.		Mancupi emptio
Latomi. ibidem.		Legitimi dies. xxxi. cxiii.	xxxiiii. & .34. iii. & .36.		xxii.
Latusclauus .xlvi. xlvi.		Lex durissima. cxxxvii.	duo & xcvi. & cxlvi. &		Mancipio & in mancipio
Laticlavium	xlvi.	Legitima iudicia	clxii. singulari.		tum dare
Laudare	clxvi	Leguleos taxat	Luciferi lapsus .xxxix.		Mancipi res
Laudatum	xl.	xxxii. & xxxviii.	Lucius Crassus .xxxvii.		Mancipium & mancipio
Laudes poetice	cxxxi.	Lepos	Lud ⁹ publici forma .47.		accipere & pmittre. fo.
Laus Ser. Sulpitii. ii. C.		Lesbia structura	Ludicrorum genera .82.		.23. In mancipio ma
Aquili. iii. duodecim tab		Lesbii fabri	Ludiones Ludii	82.	riti esse. fo.
ularum. iiii. Ciceronis		Lesum habere	Ludi & Ludos edere. folio		Mancipii sui esse & manci
ibidem. Lau. Vallenfis. &		Leucoma	cxii.		pui significata
Pandectarum	viii.	Libella	Luminibus obstruere. fo.		Mancipio fundū dare. 108.
Laudicœni	xxxvi.	Libellus & a libellis mini	lio	xcvi.	Mandati & Societatis vi
Lauren. Vallen. laus	viii.	stri. 76. & p̄fecti ibidem.	Lunatus calceus	xlvi.	olatores carpit
Non fuit tam eruditus		Libellorū magistri	Lusciosus & Luscitiosus.		Mandati iudicium
græce q̄ latine	xxxv.	prefectorum eorum nu	folio	clix.	Mantica & ad mancipium
Lautia	lxxii. lxxiii.	merus	Lustrum	cx.	res redit
Legatus xxi.	xxxiiii.	Libellorū magistri octo.	Luxuria segetum . folio		Manu colerti ex iure. &
Legati principis	lxxvi.	folio	cxlviii. clvii.		in manū conuenire. 74.
Legiones decimate	82.	Libellus ferētarius. cviii.	M Accellum .lxx.		Man ⁹ iniectio. li. Manū in
Legislatio	xlvi.	Liberare creditorem. 170.	Machrophori .		icere, aliterre & inferre. li.
Legisperiti	vi.	Libertini	folio	xlvi.	Man ⁹ iniectio nē recipere. 80.
Leges sancte	vi.	Libertinorum collectio.	Machinarius	cvii.	M. Manlius
Lex vna esse debet de		folio	Mastra, Magas, Magadiū,		Marci euang. locus. 92. 97.
vno negotio	vii.	Libertas dicendi in Sena	magis, magma, massa. fo		Maria claudi
Legibus soluere	viii.	tu. fo.	lio	cxv.	Marmoratum
Legis species	ibidem.	Libitina, Libitinarii .x7.	Magister equitum	34.	Martie calend.
Lex curiata	xvii.	Libra Critolai	Magistri scriptorū	76.	Mastigonomi
Legum ferēdarū mos. 19.		Libripens. xxii. & libris	Magistri requestarum. 76.		Mastigophori
Leges curiate & centuria		pendes. fo.	Magistri c̄rimoniarum.		Mastos
te. fo	xix.	Lyceum	folio	lxxxvi.	Mathematicum
Leges	xix.	Lictores	Magistri libellorum .77.		specimen
Leges tribunitie	xx.	Διμῖο ἀμυνέρχαι. cvii.	q̄ fuerunt octo	78.	Matgotechni
Lex	38. & 39.	Limina imperii	Magistratus habentes vo		Matreas
Legum interpretatio seu		Seruus ad limina. ibidē.	cationē & p̄hensionē .li.		Matrix .81. Matrices ve
commētatio multiplex		Limitanei	Magistratus gesti rationē		bes
& exacta, & earum volu		Linea alba	repostere	lvii.	Matrona & materfamilis
mina multiplicia	xl.	Lymphati	Magistratus accipit a gerē		as. fo.
q̄ eā noceant	ibidem.	Liquere & non liquere.	te vel ignominia vel de		Matth. lo. 97. 98.
Legum prestantia	xl.	folio.	cus. fo.	lxix.	Medianū. cii. medianū. 99.

Mediuntii, μεσοδικοί. folio xiiii.	Mortarium cxix.	Nothos λογισμός. folio xliiii.	Ordinarij filices. ibidem.
Medicinarū vocula pluscula reposita cxxx.	Μόσχευμα. μοχέειν τὰ κλίματα xc.	Notæ & noxæ eximere. folio xxxi.	Ordo castrensis 34.
Melancholici, & de eis ex Aristotele clviii.	Mucidum vinum 135.	Notis scribere 89.	Ordines Romę tres. 46.
Memorable factum lv.	Mulctam dicere & dicentes, mulctam certare & committere xc.	Notiones & p̄notiones. x.	Ordinum trium conuentus. fo. lxxviii.
Memorable institutū. 57.	Muliebria senatuscōs. 57.	Nouemviri lix.	Ordo amplissim⁹. 47. lx.
Menia columna lxxix.	Mulierū vectabula. 144.	Nouus homo 32.	Ordo, Tres Romę. In ordinem redigere 79.
Μέντρα, Menitra 68.	Mundi mens xli.	Numerabant sententię. lv.	Orgyia cviii.
Mens mundi xli.	Munera consulum & imperii. Iviii.	Numeratum & habere in numerato 177.	Orthographia cix.
Mesonauta 89.	Murices xcvi.	Nummarii fordidi. cviii.	Orthostatę cxlii.
Mensurari nomina. 108.	Muricati gressus. ibidem.	Nuncupare & nuncupatū testamentum. liii. Volum. tas. fo. lii.	Ortygometra lxxxviii.
Μεσοτί, Meo, tuo, suo, iure xcvi.	Mutuli cxliii.	Nutricia. lxviii.	Os sublinere xvii.
Merces professæ & improfeße clxxi.	N atalibus restituere, Nataliū restitutio. 47.	Nutrix xc.	Osculandi senatus cōsuetudo principib⁹ suis. lv.
Μεσοδικοί, Mergi xiiii.	Natatore delio indigens cii.	O betati & erati. 27.	Ostracismus xlii.
Μεσοδικοί, Mergis xc.	Naucleri xc.	Οβελίζειν. 155.	ὄρχος, Alatio. cxxviii.
Μεσοδικοί, Method⁹ & Methodici. 18.	Naturæ lex xli. Bis.	Obire vadimonium xxv.	Pallaca, Pellex. folio xxiii.
Metropolis 73.	Naues actuarię cxvi.	Oblationes lxxii.	παγκρατίζειν folio c.
Michael Francis numen sodalitiū xlvi.	Nauigandi tempus. xciii.	Obligatus pecunię cliii.	Palestra 83. & 84.
Miles 34.	Nauiculariam facere, Nauiculariū folio xc.	Obnūciatio augurū. li. 9x.	Palestrici, palestrite 84.
Militare æs lxxii.	Necessitudo quæstoris cū prætore aut consule. 70.	Obrisum aurum cli.	Palin 81.
Militū animaduersio. 82.	Necrophori cxvii.	Obstrigere religione. 157.	Pallamentum lxxiii.
Militēs castati. i. ære diruti. 82.	Negationis vsus ab Lauren. Valla non animaduersus. cxv.	Obstruere luminib⁹ 96.	Palmus & is duplex. 107.
Militēs stationarii 170.	Nexi & addicti 136.	Obtinere ius suum. 31. 61.	Paludamentum & palustus. xlv. cxx.
Militiæ genera tria 119.	Nexus. 13. inire nexū. 137.	ὀχρῆσις, ὀχρῆσις. folio lxxix.	Palus & ridica xcvi.
Mimi 82.	Neruus cxxxvii.	Ocho libel. magistri 78.	Pābasilia xlii.
Mimicum lxxxiii.	Niceteria νικητήρια. 68.	Oculos cornicum confingere vide Cornicum	Panceltion lxxviii.
Ministri a libellis 76.	Nyctalopes. folio. clxvi.	Oeconomicō. xliii. xlii.	Panetolion, Panionion. folio lxxviii.
Minos 65.	Nyctæris clxvi.	Officina equitatis 69.	Pancration. 84. xcix. c.
Minutiarii 72.	Nobiles carpuntur, Nobilitas & eius genera. 42.	Officiū interpretis 35.	Pandectarum laus. viii.
Myopes clix.	Noema xliii.	Officiæ clix.	Cōpositores. x. Pisanæ. folio xli.
Misanthropos cvi.	Nomen cxviii.	Offundo 173.	Panthera cxl.
Misofali iii.	Nomē accipere & mittere ad nomen, Nomina dare & edere ad nomina respondere lxxiii.	ὀικέτης cvi.	Pantomimi lxxxvii.
Miseriē litium 39.	Nomina lxxii. clv.	ὀικέτης, Oligarchici xliii.	Paracatabole xxi.
Μισομα, Μισοδύ, folio cxvii.	Nomi pelargi xi.	Olympionicæ 86.	παράδομις 84.
Mitte me in latumias. folio 88.	Nomi & Nomarchie. 76.	Olympias cx.	παράδομις 84.
Mittere in consilium. 28.	Nomarchæ. ibidem.	Omnis creatura xcii.	παράδομις 84.
Mittere cum elogio 30.	Nomarchi. 49.	Operæ precium 127.	παράδομις 84.
Mittere ad nomen. xliiii.	Nomophylacia. lxxii. Nomophylaces lxxii. lxxvi.	ὄφροντες κατὰ δίκαι. folio xlviii.	παράδομις 84.
Modulus aquari⁹. xcvi.	Nomothetæ. vii. Nomothetica cx.	ὄφροντες lxx.	παράδομις 84.
Moletrina, & mole trusa. folio c.	Non ideo cx.	Opinabile viii.	παράδομις 84.
Mos & more maiorum. folio xv.	N.L. Non liquere 27.	ὀπιδοδός 71.	παράδομις 84.
Mos maiorum saluo & in mores recepta. ibidē.	Norma. xcix. Norma & normalis angulus. cvii.	Optima fide 139.	παράδομις 84.
Morib⁹ cōstitutū ius. xx.	Noth⁹, Nothia & Nothacogitatio xliii.	Optimo iure p̄dia 168.	παράδομις 84.
Mos legum ferendarū. 19.		Opus intestinū 142. ciii.	παράδομις 84.
Mores prætextati lii.		Opus vermiculatum. 103.	παράδομις 84.
Mos Gallorum malus. folio lxxviii.		Orandi potestas athenis recisa lix.	παράδομις 84.
Mores p̄sentes taxat. 124.		Orationis pro Ligario cōmendatio 37.	παράδομις 84.
Morem gerere & Morigerari. fo. 271.		Eius vis ibidem.	παράδομις 84.
		Oratori quid necessarium seu quid in eo requirendum viii.	παράδομις 84.
		Orchestra xlvi. 83.	παράδομις 84.
		Ordinarij lapides 99.	παράδομις 84.
			παράδομις 84.

Parlamentum Parisien folio .lx.lxxviii.	Ixiii. Phyllinae. lxxxvi.	Philodici, Philosophari. 3.	Philodici, Philosophari. 3.	Postulationibus vacare. folio. lxxvii.	Proconsulare imperium ius, status, pro consul esse. fo. lxxv.
Parlamētū Tolosanū. 162.	Philodici, Philosophari. 3.	Philosophi professio .iii.	Philosophi professio .iii.	Potestas sacrosancta vi.	Procuratorum pabulum lites lxxvii.
Paristhemia xcviii.	Philosophia cxxx.	Philosophia cxxx.	Philosophia cxxx.	Potestas populi lii.	Procuratorum pabulum lites lxxvii.
Parones clii.	Phthoria ci.	Phthoria ci.	Phthoria ci.	Pothen. cxii.	Procuratorum pabulum lites lxxvii.
Parricida & Parricidū .19.	Philoxenus lxxxviii.	Philoxenus lxxxviii.	Philoxenus lxxxviii.	Pragmaticorum impo- sturae. fo. 39.	Prodigi & furiosi. xxxv.
Partes iuris. 4. Parti. 34.	Phonasci 83.	Phonasci 83.	Phonasci 83.	Præcarium & precario possidere. 178.	Prodire in publico. xxxv.
Partus iminaturus & vi- talis. folio ci.	Phonascia lxxxiii.	Phonascia lxxxiii.	Phonascia lxxxiii.	Præceptum Catonis. xci.	Producere clxxviii.
Passus. cviii. Pastilli cli.	Phratris, φράτρες. lxxi.	Phratris, φράτρες. lxxi.	Phratris, φράτρες. lxxi.	Præconio citati viii.	Productor clxxviii.
Patres conscripti allesti & ascripti. 46. Patricii. 61.	Phratris Iuppiter .74.	Phratris Iuppiter .74.	Phratris Iuppiter .74.	Præcones ferales cxviii.	Profani & profati. xxxv.
Patriciatus xlvi. ci.	Pychacia lxxii. lxxx.	Pychacia lxxii. lxxx.	Pychacia lxxii. lxxx.	Prædes. xxi. xxviii. clii.	Professio liberorum nro rum clxxviii.
Patricon xliii.	Pictæ Pictores lxxxiii.	Pictæ Pictores lxxxiii.	Pictæ Pictores lxxxiii.	Prædiatores clxxviii.	Proiecta, proiecture, pect da. folio clxxviii.
Pauli apostoli locus. 85. cx.	Pignerari pignerator. 154.	Pignerari pignerator. 154.	Pignerari pignerator. 154.	Prædia, Bona prædia, Præ dibus & prædiis cautū. 26.	Proletarii xli.
Pax & Gratia xxxv.	Pignora capere & eorum capio. fo. I.	Pignora capere & eorum capio. fo. I.	Pignora capere & eorum capio. fo. I.	Prædes & prædes. xxvi. 27.	Proleptis xxxv.
Pecunia attributa 72.	πυλαγόρας & Pyle. 64.	πυλαγόρας & Pyle. 64.	πυλαγόρας & Pyle. 64.	Prædia optimo iure. 168.	Promittere vadimonii folio xxxv.
Pedana Pedamētū. 95.	Pilæ xcix. cxliii.	Pilæ xcix. cxliii.	Pilæ xcix. cxliii.	Præfecturae. lxxv. lxxvi.	Proncea lxxv.
Pedari Senatores xlix.	Pileati serui xxliii.	Pileati serui xxliii.	Pileati serui xxliii.	Præfectus militū. 34. lati- narum & vrbis. 36.	Pronunciare lxxv.
Pedata & impedata vitis. folio xcv.	Philosophari iii.	Philosophari iii.	Philosophari iii.	Ratiocinatio lxx.	Pronunciandi grā. lxxv.
Pedem conferre xxxi.	Philosophi professio. iii.	Philosophi professio. iii.	Philosophi professio. iii.	Fisci, erarii, scriniorū, li bellorum. 75. Eorū nu- merus. lxxvii.	προσδοποιεῖν clxxv.
Pegarii cursores cviii.	Pilenta cxliiii.	Pilenta cxliiii.	Pilenta cxliiii.	Præfurnium. cxviii.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Peterare cōceptis verbis. folio cx.	Pyrrhica lxxxiii.	Pyrrhica lxxxiii.	Pyrrhica lxxxiii.	Præfurnium. cxviii.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pelargici xi.	πίσις. cliii. Pistrinū. c.	πίσις. cliii. Pistrinū. c.	πίσις. cliii. Pistrinū. c.	Prehensare 179.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pellex iusta xxliii.	Pythagorē auctoritas. 7.	Pythagorē auctoritas. 7.	Pythagorē auctoritas. 7.	Prendere, Phētio Senato- rū & eā habētes. fo. l. li.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pensilia vehicula. cxliiii.	Pitho .ciii. cvi.	Pitho .ciii. cvi.	Pitho .ciii. cvi.	Præire & præire descripto. folio cx.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pensitare clxxviii.	Pityocampe cxlviii.	Pityocampe cxlviii.	Pityocampe cxlviii.	Prelum cxlix.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pensitationum in Fran- cia genera lxxii.	Placere lxliiii.	Placere lxliiii.	Placere lxliiii.	Prælucere clxxviii.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pentodoros xviii.	Placitum & decretū 64.	Placitum & decretū 64.	Placitum & decretū 64.	Premere testimonio .30.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pentathli lxxxiii. c.	Plana area 127.	Plana area 127.	Plana area 127.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Perducere in rē pñtē. 25.	Plani & planus clviii.	Plani & planus clviii.	Plani & planus clviii.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Perductor, Productor. fo lio clxxviii.	Plantanimantes xcii.	Plantanimantes xcii.	Plantanimantes xcii.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Perendie, perendinatio, & perendinus dies. xxvii.	Planta & Plantarium. 95.	Planta & Plantarium. 95.	Planta & Plantarium. 95.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Perfunctorie cxxxviii.	Platea. 139. Plato. lxxv.	Platea. 139. Plato. lxxv.	Platea. 139. Plato. lxxv.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Perfungi cxxxix.	Plauti locus cxl.	Plauti locus cxl.	Plauti locus cxl.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pergula clii.	Plebiscitum. xviii. xix. lx.	Plebiscitum. xviii. xix. lx.	Plebiscitum. xviii. xix. lx.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Periergos clxxix.	πλεξία. 36. Plethrū. 108.	πλεξία. 36. Plethrū. 108.	πλεξία. 36. Plethrū. 108.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Periodouictor .cxxxvi.	Plinius in leguleos. viii.	Plinius in leguleos. viii.	Plinius in leguleos. viii.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
περιδουκτωνου cxvii.	Plinius hallucinatus. 93.	Plinius hallucinatus. 93.	Plinius hallucinatus. 93.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
περι γράφου lxxxviii.	Pli. loc. xxviii. 101. 13. 117.	Pli. loc. xxviii. 101. 13. 117.	Pli. loc. xxviii. 101. 13. 117.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Peripatetici lxxxviii.	Plutarchi opus. cxxx.	Plutarchi opus. cxxx.	Plutarchi opus. cxxx.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Periscelide donari 48.	Pocœnium 163.	Pocœnium 163.	Pocœnium 163.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
περισκιδου. clxxiii.	Poeticę laus cxxx.	Poeticę laus cxxx.	Poeticę laus cxxx.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Pes cviii.	Poetica quātū valeat. 130.	Poetica quātū valeat. 130.	Poetica quātū valeat. 130.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Peristochoregia cxii.	Polygamorū poenę. 122.	Polygamorū poenę. 122.	Polygamorū poenę. 122.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Peristerō. cli. Perones. clii.	Politia xci.	Politia xci.	Politia xci.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Perpendicularum. xcix. 168.	Pollincere. Pollictor. 117.	Pollincere. Pollictor. 117.	Pollincere. Pollictor. 117.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Persona xxii.	Pollucere Pollucibiliter. folio cxviii.	Pollucere Pollucibiliter. folio cxviii.	Pollucere Pollucibiliter. folio cxviii.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Perstringere clxxiii.	Pollucibilis coena, Pollu- ctor polluctum & pol- luctum. cxvii.	Pollucibilis coena, Pollu- ctor polluctum & pol- luctum. cxvii.	Pollucibilis coena, Pollu- ctor polluctum & pol- luctum. cxvii.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Persuadere clii.	Porthmos xcvi.	Porthmos xcvi.	Porthmos xcvi.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Persuasio clii.	Positio x.	Positio x.	Positio x.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Petere. 73. Petitiones. x.	Populi potestas iubet. lii.	Populi potestas iubet. lii.	Populi potestas iubet. lii.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Petri apostoli locus cxlii.	Populi maiestas sciscit. lx.	Populi maiestas sciscit. lx.	Populi maiestas sciscit. lx.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Petrus Crinitus xlii.	Posseio fiduciaria xxi.	Posseio fiduciaria xxi.	Posseio fiduciaria xxi.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
φρακτισμός clviii.	Possidere bona publice. fo. clv. Ex edicto. xxvi.	Possidere bona publice. fo. clv. Ex edicto. xxvi.	Possidere bona publice. fo. clv. Ex edicto. xxvi.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
φυροδικεῖν xxvi.	Postulare ius xxxi.	Postulare ius xxxi.	Postulare ius xxxi.	Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Philalethia Philepiicia. 67.				Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Philus Iuppiter. lxxviii.				Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.
Philip. pul. constitutio. lxi.				Prænotiones xi.	προφάσεως ἐνεκα lxxv.


Publice possidere bona. fo- lio clv.	nem lxxx.	Rogare sacramēto. lxxviii.	Sectores, Sectio. lxxv. 174.
Pugillatus lx xxiiii.	Recipere se ad frugem bo- nam cvi.	Rogandi sentētiarū ratio. l.	Securiclat ⁹ , Securicla. 143.
Pugna vmbra bilis & citra pulueris tactum. 84.	Receptores xxvii.	Rogare xix.	Securus Securitas. 174.
Pulpitum lxxxiii.	Rechamus cl.	Roratio cxlviii.	Seminarū & semia. 94. 95.
Purpurarii cxvi.	Recitare & ex scripto. liiii.	Rubigo, Rubigalia. 148.	Semisses clxiii.
Purus putus cliv.	Recredentia ii.	Runcare & Rūcatio. cxlvi.	Senaculum lyii.
Pustulatum argentū. clv.	Recta coena lxxvii.	Ruta & cesa recipere. cxlii.	Senat ⁹ Ro. institutio. xlv.
Pustule ibidem.	Recte atq; ordine. lxxiii.	S acerdotes iuris. folio v.	princeps. ibi. Maiores & minores gētes. ibi. Aucto- ritas. xlyi. Censur & le- ctio xlvii.
Putus Putat ⁹ Purus. cliv.	Rectores puinciarū. 76.	Sacerdotio indi- gnos carpit xxxix.	Sētētē ius. xlix. Conuoca- tio. xlix. Coactio locus & tēpus. xlix. Numerus le- gitim ⁹ . l. Auctoritas. po- testas. officii. lii. Maiestas liiii. Osculādi cōsuetudo. lv. dimissio. lvii. Cogni- tio libera lv.
Pugilice valere 85.	Recusare xxix.	Sacerdotio indi- gnos carpit xxxix.	Senatum non iudicasse reos liiii.
Q ua de re agit. 29.	Redactus ad incitos. 82. in ordinem lxxix.	Sacerdotes curiae iecti. 78.	Senatus consulta duo vno die non fieri l.
Quadrās summa fo. xxiii. clv.	Redimere & Redemptor folio cxvii.	Sacramētū. xxv. cvi. & 109.	Senatus p. discessionē. 49.
Quadringēta celsus eque- stris xlvi.	Refellere testes & tab. xxx.	Sacramēto iusto cōtende- re. & sac. vindicā. 24. 25.	Senatus consultum deferē- batur in aerarium liii.
Quadratus lapis xcix.	Referre ad Senatū. xix.	Sacristitium cxxiiii.	Eius forma liiii.
Quadruplatores. clxxiiii.	Rationes ad aerarium. fo- lio lxxi. & clv.	Sacramēto rogare. lxxviii.	Senatus consulta mulie- bria. fo. lvii. Tacita. lvii.
Qualisqualis & similia. fo- lio clv.	Referre in cōmentariū. 88.	Sacrosancta potestas vi.	Sensus communis xii.
Quanti plurimo perichli- tari non quanti pluri- mi cxxxviii.	Refutare xxx.	Sesire suapte spōte. lxxx.	Sententię tabellarie. 27.
Quassati milites lxxxii.	Regalia lxxviii.	Sagmina xlvi.	lviii. lx. ex breuiulo. liii.
Querere. xxx. xxxi. liii.	Reges Gallie xlii.	Sagum cxx.	Acēsentib ⁹ recitate. liii.
Questor & q̄stor. xxviii.	Regestum lxxxviii.	Saliētes. cxli. Sallusti ⁹ . 38.	Sētētē interdū nō nūero sed pōdere valebat. lxi.
xxxi. 72. Questoriū. lxx.	Regie primores ministr. folio lxi.	Saltatiōis species. lxxxiii.	Sententię diuidendę. lvi.
Questio. xxxix. xxx. xxxi. xxxvi.	Regula cxlix.	Saluo more maiorū xv.	Sententię numerabant. lv.
Questorum genera l.	Reicere iud viii.	Salutaris litera A. xxviii.	Septuaginta interptes. 34.
Questores parricidii. xix.	Relati in aerarios in arcē. folio xlvi.	Sanctum vi. & xliii.	Serendi genera xc.
aerarij. lxx. Urbani. lxxi.	Relatio cōs. liii.	Sāctius erariū & sacrariū. 6.	Sermo interior & exterior folio lxxvii.
Candidati lxxii.	Relatores lxxii.	Consilium lxxviii.	Serui pileati. 23. Ad. li. cvii.
Questoris cū Praetore aut Cōsule in prouincia ne cessitudo lxx.	Religio clvi. clvii.	Sandapilariū cxviii.	Seruitus xii.
Querere xxxv.	Religione obstringere in religionem verti. clvii.	Sane cū suplatiuo. xxxvii.	Seruoz ⁹ dissectio. cxxxviii.
Quinquagenaria curia. 58.	Religione exoluere. clvii.	Sannio clx.	Seruii Sulpitij laus ii.
Quintus Sceuola 37.	Remiges lxxxix.	Sapientie libri locus. cxlvi.	Sescuplex. 173. Sexuiri. lxx.
Quoad clxi.	Remittere iustitiū & cessa- tionem sacrorū. cxxiiii.	Sarculario. Sarritio. cxlvi.	Sicinnis lxxxiii.
Quoadaddum clxxvi.	Renūciare hospitij. 74.	Sartatecta xciiii.	Sigilla cxliii.
Quod sine fraude sua alio rumq; fiat clxviii.	Renūciatio Renūciare. 136.	Satyrica lxxxiii.	Sideratio, Siderati. cxlvii.
R atio iuris civilis consti- tuenda v.	Repetita die & repetere. fo- lio clv.	Satis non conuenit super latiuo xxxvii.	Σύγκλιτος xliix.
Rationē magistratus ge- sti reposcere lvii.	Repetita consuetudo. ciiv.	Satrapa lxxvi.	Συγκροτήσις c.
Ratio priuata lxxi.	Representatio rei imagi- naria xxv.	Saxa vir. cviii.	Syluiscere cxlviii.
Rationē habere. 64. 75.	Requeste lx.	Scalmus lxxxix.	Symphoniaci ferri. 89.
Rationem ad aerarium re- ferre lxxi.	Earum magistrū. lxxvi.	Scenographia cix.	Simplarie, Simples. 164.
Rationem dispūgere. clv.	Res mancipi & necman- cipi xxiii.	Scenus cviii.	Synanche cxxx.
Ratiociniorum præfecti. folio xlvi. lxx.	Res cōcertata & diudica- ta, & controuersa. xxix.	Scena lxxxiii.	Σύνδμοσ lxxiii.
Rationales xlvi.	Res & causa ad exemplum pertinens xxxii.	Scenici lxxxii.	Sin ⁹ & in sinu habere. 178.
Rauca cxlvi.	Res ad maticam redit. 82.	Schedia, Schedion. cxx.	Sitiseis, Σιτισεία. xcii.
Receptū & recipe. 87. 98.	Rescribere clvii.	Sciatheras cxl.	Societas hūana. xii. lxxxv.
Receptiūs seruus. cxviii.	Respōdere ad noia. lxxiii.	Sciatica cxxx.	Solarium xcvi.
Recipere manus iniectio- nem lxxx.	Resp. pmissa cōs. lxxiiii.	Sciographia cix.	Solidi clxiii.
	Reum denūciare testimo- nium xxxii.	Sciomachia lxxxlii.	Solidarii veditatores. 72.
	Reuocare testes xxx.	Scire xxix.	Sol & i solē ac puluerē. 84.
	Rhabduchi lxxxvi.	Sciscere xxix. lx.	
	Rhadamanthus lxvi.	Scotoma cxxx.	
	Ridica & palus xcvi.	Sculptura clvii.	
		Somma cxxxii.	
		Scribendi quæ fuerit Bu- dæo occasio viii.	
		Scribere clvii.	
		Scribere notis lxxxix.	
		Scriptura, Scripturarius. folio clv.	
		Scrinia duoz ⁹ generū. 76.	

Solonis resp.	xxxix.	Sullanus, Sullaturio, Sulla fo.	lxxxii.	Tyrociniū facere	clxvi.	Vascularius.	
Prudentia	xli.	Sūma q̄stio & summā totius litis cōstituerē.	xxix.	Toga	lii. clxvi.	Vestes, Vectarii	
Solui & teneri legibus. folio.	xlvi.	Sūma quadrās.	cxlii. clv.	Tolosanū parlamētū	lxii.	Vectores	
Sophi & Sophocleis.	36.	Summa excurrens.	cxlii.	Tōsilīe.	clxi.	Vectabula mulierū.	
Sordes	clxix.	Sūmū ius. ii. Q̄stio.	29.	Torcularia.	cl.	Vehicula gestatoria, sacra & oneraria	
Sordidi	cviii.	Lex. xli. Cognitio.	lviii.	Toreumata	ci. cliviii.	Venditores	
Sortes iudiciorum	lx.	Tribunal summū	lx.	Tornata opa & torn.	154.	Vendito	
Sortito animaduersio. folio	lxxxii.	Suo iure discedere & agere. fo.	xcvii.	Torques & Torquati.	48.	Venire in rē p̄senrē.	
Specimen edere	clxvi.	Superstitio	clvi.	Traducere. Traductio. folio	cxlii.	Verba. xxxviii.	
Species legis	viii.	Superfoetatio	xcii.	Tragomafchali	clx.	Verbenaca	
Specus	cxliii.	Superior causa	xxx.	Traiani memorabile verbum	lxv.	Veritas & Verum	
Spectatio & spectatores. folio	cxv.	Suppredes	xxvii.	Translatiū edictum.	xlx.	Vermiculatum opus	
Specularia	xcvi.	Supplicatiōes.	lxviii. 24.	Translatiue, Translatiū,		Vermiculatio	
Sperma	xcv.	Suscudes	cxliii.	Translatitium	cxix.	Versipellis	
Spheristici, Spheristeriū folio	cxliii.	Susceptores	lxxi.	Transcribere	cliv. Bis.	Versuram facere & solvere folio	
Spithama	cviii.	Abes	cxlvii.	Transuetio	lxxix.	Verti in religionē.	
Spōgiatores, αρωγῆς.	116	Tabellaris sententia	lviii. lx.	Trāuersaria	cxix. cxlii.	Vertere solum	
Sponsio. xxi. & actio ex ea folio	xxii.	Tabulē iudiciū.	xxvii. 28.	Trapetum	cxlix.	Vortex	
Sportula & coena rēta. folio	lxxvii.	Tabulis. xii. inerat effigies antiq̄tatis. & eaz̄ laus. iiii	τῶν α. lxxix.	Tribuli	xcvii.	Vespertilio	
Spurius & spuria cogitatio	xlvi.	Talea.	xcv.	Tribonianus.	xxxv. clxv.	Vespillones	
Spurcare & spurcū vini. c.		Talio. xliii.		Τραυλότῆς	clx.	Vestiarie	
Stabulatio. Stabulari.	139.	Talos.	lxvi.	Tribunal.	lviii. lxi. xc.	Veterator & veteratoris folio	
Stablina	xxxliii.	Taxis	lxxix.	Tribuni. xx. xxliii. li. lxxv. lxxi. lxxii. xc.		Via. xviii.	
Stadiodromi	lxxxliii.	Tectorium	cxviii. cxxx.	Trib. pl.	li.	Vicus athletarū.	
Stadiū & Stathmos.	cviii.	Tergemini	xcii.	Tribun. leges	xx.	Videāt consil. nequid rēp̄ detrimētū capiat.	
Stationarii milites	cvii.	Terre filii	xxxliii.	Tribunitia intercessio.	li.	Viere, Vietus, Vietor	
Status	cxliii.	Tertulianus de legisperitis. fo.	viii.	Tribunorum domus aperte	li.	Villan. xxxviii.	
Statumen	xcvi.	Tessere	lxxliii. xci. xcii.	Tribus Ro.	xxxliii.	Villa urbana.	
Statis proconsulis in pro folio	lxxv.	Testa & later	cxviii.	Triflegon	cxviii.	Villa rust.	
Statuarii variū	lxxxii.	Testamēti noui tralatio- nis errata.	xxxv. xxxvi.	Triumuirī capitales	lviii.	Ville partes	
Stemmata	xxxliii.	Testamētū mācipatū.	liii.	Troclea	cl.	Vindicie	
Stele	xcix.	Testes	xxx. cxliii. cxv.	Trophia	lxviii.	Vindicare	
Sterilitatum causē.	cxlviii.	Testimonia.	xxx. xxxi. 32.	Trullatio. Trulla	cxix.	Vini aci. sū, mucidū, fūg- ens, cōsistēs. cxxxv. Dona re. cxxxvii. Pēdes.	
Stephanite	lxxxvi.	Testudo	cl.	Tubi & Tubuli	xcvii.	Visceratio.	
Stitisse	lxxx.	Tetradoros.	xviii.	Tueri fidem suam	cxliii.	Viscerator	
Stomachus	clxi.	Tetragonum	cvii.	Tumulus honorari.	xliii.	Vis maior	
Stolones	xcv.	Terrigometra	lxxliii. 28.	Tumultuari	cxv.	Vitruuius	
Structilis. i.	xcix.	Thematici.	lxxxvi. 0. 28.	Tumultus insignia. Tumultuariū	cxix.	Vitis arbutiua. xcv. Imp- data & surrecta	
Structura	xcix.	Themis & Themistes. v. vi		Tunica, & Tunica laticlaui. fo.	xlvi.	Vitilia. ci. Vitia. clx. Vitia dices. Vlpianus & ceteri legū latores	
Sturnus	cxlv.	Thense	cxliii.	Turbo	cxlv.	Vmbilicus terre	
Strictum ius. ii. Suadame- dulla	cv.	Theomachi	cxvii.	Acare postulati- onibus. lxxvii.		Vmbratilis pugna	
Suadere persuadere	ciii.	Thermopyle	lxliii.	Vadaria. xxv. xxvi. Vadi- monium promittere & obire. xxv. differre & de- ferere	xxvi.	Vngueta. cl.	
Suada, Suadela.	ciii. cvi.	Theseis	x.	Vades	xxvi.	Vortex	
Subdialia, Subdualia.	95.	Thesmophylates	vi.	Vadimonium missum face- re, & Vadimonio obstris- ti. fo.	xxvi.	Vredo	
Sub corona venire	xxvi.	Thesmothete	lix.	Vadimonium missum face- re, & Vadimonio obstris- ti. fo.	xxvi.	Vrinatores, Vrinari.	
Suducere	clxii.	Thestalus	xviii.	Vappa	cxv.	Vius negationis	
Subite imagines	xxxliii.	Thymelici	lxxxliii.	Venire sub coronā	xxliii.	Via. cxxxv.	
Subleuare testimoniō.	xxx.	Thynni Thynnoscopi		Valgi, Vari, Vatii, Varius, clx. Varii. cxxxix.		Vxor matrona. & mīfama- lias. 24. Vxorios carpit. 24.	
Submittere.	lxxviii. xcvii.	Thynnarii Thynnosco- pia	xcix.	Vas	xxvi.	Xenia. 73. Xen ^o Iuppit. 44.	
Sublinere os	xvii.	Tyaneus	cxii.			Xystici, Xystos, & Xylthi folio.	
Subscribere & suffragia.	31.	Tymonion	cvi.			Zonarius sector	
Subsellia. xc. Sucula. cl.		Timemata	xc. cxliii.			Zoophyta.	
Suggillare pudorē. Suggil- latio. Suggillata	lxxx.	Timotheus tibicen	cxii.				
Suggrūde. Suggrūdia. ci.		Tympanū haustoriū	cl.				
		Typhon	xlvi.				
		Tyro & Tyrociniū.	clxv.				

1.

GVLIELMI BVDÆI
PARISIENSIS, REGII SECRETARII, ANNOTATIO
NES IN LIBROS PANDECTARVM.

Ex Lege prima, De Iustitia & iure.



Ius est ars boni & æqui. Accursius hunc locum enar-
rans aliud bonū esse censet, aliud æquum: nec satis hoc
explicat. Nos verò rem animaduersione dignā esse iudi-
cantes, explicandā latius censuimus. Ius est (inquit Do-
natus Grammaticus) quod omnia recta & inflexibilia exi-
git. Aequitas est, quæ ex iure multū remittit. Terent. in
Adel. Ille ut item me habeat facio sedulo, do, prætermi-
to, non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Non
est (inquit Donatus) necesse scire patrem, hoc est suo
iure agere. Et mire, inquit idem, ostendit Terentius ius non nisi necessitate esse
seruandum. Inde meo iure, tuo iure, suo iure: de quibus alibi dicendū. Iulianus de
contractibus bonæ fidei loquens. In his contractibus, inquit, alter alteri obliga-
tur de eo quod alterū alteri ex bono & æquo præstare oportet: id est non de eo
solo quod cautū est. Quod etiā ex bona fide dicitur alibi ab eodē. Paulus, De
sūt enim bonū & æquum esse iniuriarū condēnari eū qui æstimationem præ-
stitit. Papinianus, Quæsitum an ad heredem necessariū, cum se bonis non im-
miscuisset, sepulcri violati actio pertineret? Dixi recte eū hac actione uti quæ
in bonum & æquum cōcepta est: id est, ut inquit Accursius, non seruato iuris
rigore, scilicet quanti equū esse videbitur. Aristoteles lib. quinto Ethicorum de
iustitia & iure copiose disputās, duo hæc tanq̄ differentia ponit, non tanq̄ gene-
re diuersa, ius & æquum bonūmq;: id est ut ipse appellat, τὸ κατὰ τὸν νόμον δίκαιον,
καὶ τὸ ἐπιεικές. Bonū & æquum, inquit, cum sit cuiusdā iuris, ius est præstātius vel
melius: non autē ut genus aliud æquū & bonū, iure præstātius est. Porro æquū
& bonū ius est, non illud quidē lege cōprehensum, id est legitimū: sed legitimū
iuris emendatio, hoc est ἐπιεικὲς καὶ νομιμὸν. Siquidē cū lex posita sit in vniuer-
sum, sint autē quædā de quibus vniuersim caueri non potest: lex tamē nihilo se-
cius in vniuersum loquitur necessitate coacta, tamet si id recte fieri nequit. vi-
delicet, lex id quod plerunq; accidit, amplectitur, errati ipsa sui cōscia: q̄q̄ id nō
legis aut legislatoris, sed rei ipsius peccatum est. Sic enim natura cōparatū est,
ut omnia quæ aguntur eodē legis præscripto cōstitui non possint. Idem in. iiii.
Polit. Oportet, inquit, leges recte latas summā potestatē habere: magistratum
vero siue vnus siue plures sint, eorum potestatē habere, de quibus lege caueri
satis exacte non potest. Hac igitur ratione τὸ ἐπιεικές, ut Aristoteles vocat, id
est æquum & bonum, emendatio est iuris scripti, quod ipse τὸ δίκαιον appellat.
quatenus scilicet aliter de nōnullis statuit, de quibus lex ferri nō potuit in vni-
uersum. quod ipsum ut fiat, decreto opus est vel plebiscito. Quippe indefinitarū
rerum indefinita & norma esse debet: ut quæadmodū in Lesbīa structura plum-
bea norma adhiberi solet, quæ ad lapidis formam trāfformari possit, & subin-

Ius.

Aequitas.
Æquum.

Ex bona fide
Bonum &
æquum.

τὸ ἐπιεικές
τὸ δίκαιον

Lesbia stru-
ctura.

de immutari: sic ad huiusmodi species rerum, cum usus venerit, decreta accom-
 modari oportet legi derogantia. τὸ γὰρ ἀόριστος ἀόριστος καὶ ὁ κανὼν ὅστις, ὡς ἂν καὶ
 ἐν τῇ λισβίας δικαστικῇ ὁ μολιβδίνου κανὼν. πρὸς γὰρ τὸ χῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται, καὶ ὁ
 μολιβδίνου κανὼν, καὶ τὸ φήμισμα πρὸς τὰ πράγματα. Quibus verbis (si quidem recte
 vertimus) Aristoteles significat eos iudices quibus ex bono & æquo iudicare,
 re, aut legibus, aut moribus licet) cuiusmodi sunt suprema tribunalia, quæ
 præscripto iuris vsquequaq; non astricta sunt, id est quæ interdum pro re nat-
 ta liberam causarum disceptationem habent) æquo & bono ita uti debere, ut
 Læbii fabri cæmentarii fabri & structores Læbia norma utuntur. Cum enim cæteri fa-
 bri soleant structuras suas ad normam exigere: Læbii soli plumbeam normam
 habentes, pro arbitrato suo flexibilem & subinde mutabilem, ita ad normam
 structuram suam exigunt, ut interdum si lapidis natura non facile ad structuram
 æquabilis peruicerit, normam ad structuram inflectant: & structuram
 normam, non normam structuram accommodent: quò scilicet opus suum con-
 sumari possit. Sic & suprema tribunalia interdum non modo iuris præscri-
 ptum, sed ne suarum quidem sententiarum præiudicia sequuntur, prægravante
 æqui bonique lance in perpendendis temporum, personarum, locorum, & aliis
 qualitatibus. Proinde Aristoteles vno verbo Epiices appellat, quod nostri æ-
 quum & bonum dicunt, & interdum æquitatem, ut Aristoteles Epiician. Ma-
 le igitur & inscite Accursius æquum & bonum distinxit. Hanc Aristotelis
 Epiician non iam vulgus, sed etiam literati Epicaiam vocant. indeq; verbum
 Epicaiizare faciunt, ut proculcatissimum ac maxime protritum (Quis enim
 non hoc verbum identidem in ore habet?) ita a paucis satis ut arbitrator intel-
 lectum. Quod autem epicaiizare dicunt, latine dici debet ex æquo & bono sta-
 tuere, ex bono & æquo arbitrari, censere, æstimare, constituere. quod si nobis
 permittamus vno verbo dicere, epiicizare dici debet, non epicaiizare. Ἐπιικίζω
 dicitur & ex fide bona statuere apud antiquos. hinc contractus bonæ fidei di-
 cti, a stricti iuris contractibus distincti. Ius autem quod strictum Iurisconsulti
 dicunt, Aristoteles ἀκριβοδικαίον vocat, quasi ius exactius duriusq;: & qui
 illud æquitati præferunt, Acribodicai ab eodem dicuntur, quasi prædurum
 interpretes iuris, quasiq; deterioris iuris studiosi usurpatoresq;. Iudicem enim
 æquum & bonum describens, qui Epiices ab ipso dicitur, ita inquit, ὁ γὰρ πρὸς
 τῶν πρῶτων προσελεγκὸς ἢ πρᾶκτικός, καὶ μὴ ἀκριβοδικαίος ἐστὶ τὸ χεῖρον, ἀλλὰ ἐλαττωτικὸς καὶ ἐπι-
 κίων ὡμοῦ βουθῶν, ἐπιικνίς ὄσιν. Vtrumq; autem horum Cicero in oratione pro Ce-
 cinna eleganter descripsisse paucis verbis videtur: Istum locum, inquit, fugis &
 reformidas, & me ex hoc (ut ita dicam) campo æquitatis, ad istas verborum an-
 gustias, & ad omnes literarum angulos reuocas: in his ipsis intercludere vis in-
 iuriis quas mihi conaris opponere. Non deieci, inquis, sed eieci, peracutum hoc
 tibi videtur. Hic est mucro defensionis tuæ, in eum ipsum causa tua incurrat
 necesse est. Verba sunt Ciceronis refellentis eum qui in causa interdicti non se-
 vi de fundo deieciisse Cecinnam, qui ad fundum vsq; metu non accessisset: sed eie-
 cisse dicebat, quia accedere ausus non esset. Ego enim, inquit Cicero, tibi re-
 fero, si non sum ex eo loco deiectus quo prohibitus sum accedere: at ex eo sum
 deiectus, quo accessi, unde fugi. Quibus verbis appositissime refelli possum
 Iurisconsultorum recentiorum cauillamenta, qui huiusmodi verborum aucu-

Læbii fabri

Epiices.
 Epiicia.
 Epicaiia.

Ex bono &
 æquo arbitra-
 ri etc.
 Ἐπιικίζω.
 ἀκριβοδικαίον
 καίον

plis argumenta validissima elicere se credunt ad noua quædam iuris dogmata constituenda, quasi vnaquęque syllaba iuris & ciuiliſ & pontificii vim suam quandam certamq; obtineat. Stricti autem iuris vocabulum peculiare est Iurisconsultorum, vt & alia pauca. reliqui scriptores summum ius appellant. Cicerone in primo Offi. Existunt etiam sæpe iniurię calumnia quadam & nimis calida iuris interpretatione. ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbiū. Terent. in Heauton. Neque tu scilicet eo nunc confugas, quid mea? num mihi datum est? num illa oppignerare filiam meam me inuito potuit? Verum illud Chreme dicunt, Ius summum sæpe summa malitia est. Columel. libro primo de officio patriſfamilias erga colonum loquens, Summum ius, inquit, antiqui summam putabant crucem. Inde summo iure agere dicebant, pro eo quod est non ex æquo & bono, sed iniquiore quodam iure & præfracto. Cicerone pro Cecinna, Non enim minus laborat Cecinna ne summo iure egisse q̄ ne certum ius obtinuisse videatur. Vult, inquit Cicerone, Cecinna hanc me causam verbosius explicare, non q̄ euentum litis timeat, quippe qui certissimo iure nitatur si vti velit iure sibi legibus moribusque concessio: sed causam suam iudices vult vobis æquam probari non modo certam, & equitate quoq; non modo iure niti. Idem, Nam ceteri tum ad istam orationem decurrunt cum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant: si contra verbis & literis & (vt dici solet) summo iure contenditur, solent eiusmodi iniquitati boni & æqui nomen dignitatēq; opponere. Hoc ipse alibi ad extrema & inimicissima iura decurrere dicit: de eo loquens qui bona ex edicto possidenda postulabat, cum tamen alia via suum seruare posset. Et pro Quintio, Si quid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. id est aut inter amicos disceptandam rem permetteret citra iudicium, & extra cancellos forenses, aut apud iudicem concessio sibi legibus aut moribus iure vteretur, id est rigore iuris ad extremum non decederet. Et ad Atticum libro decimosexto, Ego si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitarem fortasse vtrum remissior essem, an summo iure agerem. At qui Ciceronianæ illi sententię in primo Officiorum congruit illa Pauli Iurisconsulti sententia, qui de bono & æquo loquens ita inquit, In hoc genere plerunq; sub auctoritate iuris perniciose erratur. Hoc illud est etiam Solomonis Ecclesiastæ septimo, Noli esse iustus multum, neque plus sapias q̄ necesse est, nisi iuris Δίκαιον πλεον, καὶ μὴ σοφίης περιστά. id est noli esse ἀκριβοδίκαιον, vt Aristoteles vocat. Secundum hoc videtur non cuiusuis hominis esse ἐπιείκεια tractare, quam Cicerone nunc æquum bonum, nunc æquitatem vocat: vt in Bruto, Hoc, inquit, cum sæpe alias, tum apud Cætumuiros in causa M. Curii cognitum est. ita enim multa Crassus tum contra scriptum pro æquo & bono dixit, vt hominem acutissimum Quintum Scæuolam, & in iure in quo causa illa versabatur peritissimum, obrueret exemplorum argumentorūque copia. Tranq. in Claud. Nec semper præscripta legum secutus, duritiam lenitatēq; mulctarū ex bono & æquo perinde vt afficeretur moderatus est. Nam & iis qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones, & in maiore fraude conuictos legitimam pœnam supergressus, ad bestias condemnauit. Quintil. libro quarto, Quo loco tamen iudicis natura noscenda est, iuri magis,

Strictū ius.
Summū ius.

Summo iure
agere.

Intra parietes
experiri
& disceptare.

Ἐπιείκεια

Aequum bonum.

Aequi boni facio.

Aequū bonū impetrare.

Ser. Sulp. laus.

In iuris non iustitiæ consultos.

an æquo sit appositus. Idem in sexto, Narrandum ne & quomodo, iure putō
 gnādum an æquo. Interdum æquum bonū sine copula dicitur. Cicero in Bru
 to, Deinde æquum bonum, testamentorum sententias voluntatēsq; tutatus est.
 Inde illa locutio, æqui boni facio, apud eundem ad Atticum libro septimo,
 Tranquillissimus autem animus meus qui totum illud æqui boni facit. Teren
 tius, Cæterum equidem istuc Chreme æqui bonique facio. Liuius, Cæterum si
 vos nec cura ciuitatis, nec exemplum, nec periculum mouet, nos æqui bonique
 facimus. id est non indignamur, æquo animo ferimus, & bene interpretamur.
 Et æquum bonum impetrare, pro eo quod lingua vernacula dicimus, habere
 rationem ab aliquo, id est ius suum obtinere, rem suam recipere. Cicero in Phi
 lip. secunda, Igitur a quo uiuo nec præsens nec absens quicq; æqui boni impe
 trauit, apud mortuum factus est gratus. Terentius in Phor. Dic quid tibi ve
 lis dari in manum, ut herus desistat his litibus? Nam sat scio si aliquam par
 tem æqui boniq; dixeris, tria non commutabis hodie verba inter vos. id est
 (ut vulgus loquitur) si ad rationem venire uolueris. Huius æqui boni utram
 tam studiosos non modo cauidicos, sed etiam Iuriscōsultos haberemus, quam
 fuisse ille putatur Seruius Sulpitius, cuius meminit Pomponius in titulo pro
 ximo. De quo in Philip. nona Cicero ita inquit, Nec uero silebitur admirabi
 lis quædam & incredibilis & pene diuina eius in legibus interpretandis, equi
 tate explicandis scientia. Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligen
 tiam iuris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non
 sunt comparandi. Neq; enim ille magis iuris consultus q̄ iustitiæ fuit. Itaq; que
 proficiscebantur à legibus & à iure ciuili, semper ad facilitatem æquitatemque
 referebat. Neq; constituere litium actiones malebat q̄ controuersias tollere.
 Haectenus ille. Huic si similes neoterici Iuriscōsulti extitissent, id est si tam
 æqui boniq; studiosi q̄ iuris summi fuissent, nec magis se iuris quam iustitiæ
 consultos uideri & esse exoptassent: profecto immensa illa & numerosa com
 mentariorum iuris volumina haudquaq; reliquissent, materiam & fomitem ac
 cendendarum litium: quibus nunc Gallia passim flagrat, incendio quidem uix
 unq; deflagratur: quippe cauidicorum calumniatorumq; commentis quali fa
 cibus indies inualescentibus, iudicumq; indulgentia litigiosis haud magnopere
 re infensorum, ueluti aura quadam aspirante. Eorum voluminum auctores, si
 enumerare ipsi eorum studiosi uelint qui bibliothecas in speciem iustæ doctrinæ
 confertissimas habent, nomenclatore plerisq; eorum opus sit. Huiusmodi
 librorum bona ex parte superuacaneorum congerie, prisca illa germanaq; ma
 iestas iuris prudentiæ obruta est: primum, circa tempora Alexandri Principis
 subindēq; Iustiniani auspiciis, & Tribuniani ductu atq; opera restitui instaurari
 riq; tentata uerius quam instaurata. nunc uero insana scripturientium eorumq;
 sequacium conspiratione etiam deleta: utpote cum scribentes sua scripta enar
 rationum uicem obtinere non contenti, citari se iam & (ut uerbo iuris utar)
 laudari pro legislatoribus uelint, ex uotōq; obtinuerint. eorū uerō sectatores la
 bori suo consulentes, per illa interpretationū uelut latifundia fructū se iuris fru
 dii percipere gaudeant, in quibus spinosa salebrosaq; iuris loca, runcata (ut ita
 loquar) complanataq; ab ipsis iuris magistris nullo negotio percurrere se cre
 dāt: incōsultos eos infelicēq; putātes qui per cōfragosa Pædectarū sententiōsq;

loca nullo præsertim quæstu misere conflictentur. id vero vitæ tranquillioris incommodum, quò minus accideret, ne Iustinianus quidem ipse vno & altero edicto quamlibet imperioso præstare posteritati potuit. Adde consilia *In cautelas iuris.* atque etiam (si diis placet) cautelas vt ipsi vocant, id est vafrities meras & commentitia verborum aucupia, simplicitati vulgari & probitati ciuili sæpe numero imponentia, aduocatis ansam calumniandi præbentia, iudicibus interdum inextricabilia, optimo iuri per sepe captiosa. quæ tamen nonnulli palmaria esse putant. Nec eos fefellit opinio. nulla enim scripta iandiu apud eos, qui rempublicam gerunt, plausibilia extiterunt. Proinde Ciceronia *C. Aquilii laus.* num illud ex tertio Officiorum exclamare libet, Sed nos veri iuris germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur: eas ipsas vtinam sequeremur. feruntur enim ex optimis naturæ & veritatis exemplis. Quantum igitur inter istos & Caium illum Aquilium interesse putamus, cuius prudentiam Populus Romanus in cauendo nõ in decipiendo perspexit, si Ciceroni credimus: vt qui iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate seiuixerit: qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promptam expositamque habuerit: qui ita iustus & bonus vir fuerit, vt natura non disciplina consultus fuisse videatur: ita peritus & prudens, vt ex iure ciuili non scientia solum, verum etiam bonitas nata esse videatur: cuius tantum ingenium erat, tam prompta fides, vt quicquid inde haurires, purum liquidumque te haurire sentires. Sed vereor ne e portu statim egrediens impingam, vt dicitur, qui receptæ auctoritatis scriptoribus in principio opusculi mei bellum indicere mediter: continuoque adueniens (vt Plauti verbis vtar) pilum reprehensionis iniiciam. Proinde (vt *Aequum & bonum.* eo reuertamur vnde digressi sumus) cum æquum & bonum dicimus, absolutam bonitatem æquitatemque significamus, & iuris (vt ita dicam) medullam germanamque iustitiam, quam censendo assequi non cuiusuis est iuris periti. Augustinus libro secundo de Ciuitate, An forte populo Romano propterea leges non sunt a numinibus constitutæ, quia (sicut Sallustius ait) ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat? Bonum pro æquitate dixit. Inde æquitatem animi dicimus, rectam animi constitutionem, *Aequitas animi.* tranquillamque affectionem omni indignatione vacantem. Cicero pro Marcello, Sæpe enim venit ad meas aures te idem istud nimis crebro dicere, Satis te tibi vixisse. Hic tu modum vitæ tuæ non salute reipub. sed æquitate animi definiens: id est, putas ne te propterea satis vixisse, quòd æquo animo & citra indignationem mori potes, & annos præteritos non requiris? Idem de Senectute, Quid quòd sapientissimus quisque animo æquissimo moritur: stultissimus iniquissimo? Plautus in Aulul. Pol si est animus æquus tibi, satis habes qui vitam colas. Animus æquus est in hoc loco moderatus & tolerans & minime querulus in aduersis. Cicero in Pisonem æquitatem absolute dixit. Quo quidem in spectaculo mira reipub. æquitas erat. vter eorum perisset, tanquam lanista in eiusmodi pari lucrum fieri putabat. Ex iis quæ diximus (vt *Philosophari* arbitror) satis illa verba Vlpiani explicata sunt, Ius est ars boni & æqui, & quæ sequuntur. Circa hoc enim philosophari (vt verbo eius vtar) hoc est *Philosophari* omni animi intentione incumbere, proprium est iurisperitorum institutum.

Iuris prudentia olim non fuit quaestuaris.

Philosophi Professio.

Iuris prudentia. Encyclopaedia.

Philodici.

Misocali.

Ex quo colligere possumus id quod antè dicebamus, studium nunc iuris profus ab antiquo illo veròque degenerasse. nisi verò arbitramur philosophiam, id est studium sapientiae quaestuariam olim fuisse: nummariùmque præmium, vni cum laboris sui finem Philosophos antiquos (quales se Iurisconsulti esse volunt) sibi proposuisse. id quod nostri temporis ferè iurisperiti faciunt, qui cum frontem perfricere, etiam vt plaudendum profiteri ac gloriari solent. quod vtrum ita agendum nec ne Vlpianus censuerit, cum ex hoc loco, tum ex illo libri quinquagesimi Digestorum facile intelligi potest: cuius hæc verba sunt, An & Philosophi professorum numero sint habendi? & non putem. non quia non religiosa res est, sed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam operam se spernere. Proinde nec iuris quidem ciuilibus professoribus ius dicent, est enim res quædam sanctissima ciuilibus sapientia, sed quæ precio nummario non sit æstimanda. Aut nisi Philosophos eos esse censebimus, qui nullas Philosophiae partes attigerint, immo qui liberalibus omnibus disciplinis, id est non quaestuosis, sibi suisque interdiceret soliti sint. denique qui suæ professionis auctores minime omnium intelligere possint. De quibusdam loquor non de elegantioribus qui iam multi extiterunt. Philosophi ipsius, inquit Cicero libro primo de Oratore, qui vnus omnia pœnè profitetur, est tamen quædam descriptio: vt is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causasque nosse, & omnem bene viuendi rationem tenere & persequi, nomine hoc appelletur. Propterea, inquit Vlpianus, iuris prudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. Quæ verba Accursius simpliciter & crassa, vt dicitur, Minerua intellexit. Hæc illa est Encyclopædia, de qua Fabius libro primo, Vt efficiatur, inquit, orbis ille doctrine quem Græci encyclopædiam vocant. Inde illud Vitruuii libro primo, Cum autem animaduertent omnes disciplinas inter se cõiunctionem rerum & communionem habere, fieri posse facile credent. Encyclios enim disciplina vt corpus vnum ex his membris est cõposita. Itaque qui a teneris ætatibus eruditionibus variis instruuntur, omnibus literis agnoscunt easdem notas cõmunicationemque omnium disciplinarum, & ea re facilius omnia agnoscunt. Hanc Marcus Tullius libro tertio de Oratore, concentum doctrinarum omnium consensumque vocat. Ecquid igitur Philosophos huiusmodi esse censebimus, disciplinarum præter vnam omnium non modo ignaros, sed etiam contemptores? Ego vero *ελλοδίκης* potius vocitandos censuerim, id est litium strepitu gaudentes. Quod (ne quis putet de Iurisperitis in vniuersum me dixisse) de illis intelligi volo sinistra Minerua natis, quos Græci *μισοκαλῆς* vocant, quasi omnem literarum elegantiam nitoremque dicendi perosos, ab omnibus doctrinis humanioribus abhorrentes, rusticos, inuentustos, illepidos, hircosos. Qui, nisi vt villicus allium, ita ipsi barbariem vbiq; ac semper oboluerint, decorum illud Accursianæ sectæ seruare se non credunt: homines affectatè rusticitatis, qui ne sic quidem satis sua tueri sibi videtur, nisi elegantie studiosos laceessant maledictis. Sunt enim vt dixi, sunt alii iam non pauci qui iuris peritiã festiuioribus literis & elegantioribus, velut condiendã putant, sunt etiam qui aliarum disciplinarum cognitione adminiculatiore eam reddant, quibus hæc nostra qualiacumque sunt legenda edidimus. qui si quædam scite dicta sunt, percipere ac probare poterunt: sicubi in præcipitato opere hallucinati

sumus, si ignorantia lapsi (vt non vno aut altero in loco facile potuimus) benigne condonare, in ancipitibus boni consulere, ac candide omnia interpretari didicerunt. Verumenimvero quid de iuris studio censeam (quandoquidem id etiam ad hoc nostrum institutum pertinet) malo Ciceronis verbis quam meis respondere: qui in dialogis de Oratore in persona Lucii Crassi, magni illius oratoris ac iuris peritissimi, de facilitate perdiscendi iuris ciuili in huc modum loquitur: Omnia enim sunt posita, inquit, ante oculos, collocata in vsu quotidiano, in congressione hominum atque foro: neque ita multis literis ac voluminibus magnis continentur. Eadem enim sunt lata primum a pluribus: deinde paucis commutatis verbis etiam ab iisdem scriptoribus scripta sunt sapius. Accedit vero quo facilius percipi cognoscique ius ciuile possit, (quod minime plerique arbitrantur) mira quaedam in cognoscendo suauitas & delectatio. Nam si quem haec aliena studia delectant, plurima est & in iure ciuili, & in Pontificum libris, & in duodecim tabulis antiquitatis effigies: quod & verborum prisca vetustas cognoscitur, & actionum genera quaedam maiorum consuetudinem vitamque declarant. seu quis ciuilem scientiam contempletur, quam Scaeuola non putat esse oratoris propriam, sed cuiusdam ex alio genere prudentiae, totam hanc descriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus ac partibus duodecim tabulis contineri videbit: siue quem ista praepotens & gloriosa Philosophia delectat (dicam audacius) hosce habet fontes omnium disputationum suarum qui in iure ciuili & legibus continentur. Ex iis enim cum dignitatem maxime expetendam esse videmus, tum vero & iustus ac honestus labor honoribus, praemiis, splendore decoratur. Vitia autem hominum atque fraudes damnis, vinculis, ignominiiis, verberibus, exiliis, mortemulantur: & docemur non infinitis concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates: nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Fremant omnes licet (dicam quod sentio) bibliothecas me Hercule vnus mihi videtur duodecim tabularum libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & vbertatis vtilitate superare. Hactenus ille. Cuius auctoritati nemo, nisi improbus derogare fidem ausit, qui modo librum eius de Claris Oratoribus legerit: in quo libro sic inquit, Ego autem iuris ciuili studio multum operae dabam Q. Scaeuolae Publici filio: qui quanquam nemini ad docendum se dabat, tamen consulentibus respondendo, studiosos audiendo docebat. Idem pro Murena de scientia iuris loquens, Difficilis autem res ideo non putatur, quoniam perpauca & minime obscuris literis continentur. Itaque si mihi vehementer occupato stomachum mouerint, triduo me iurisconsultum profitebor. Quo in loco multa de iuris scientia disserit, sed causae inseruiens: quapropter ille locus pondus fortasse non habet tantae auctoritatis. Macrob. libro tertio Saturn. de lege Licinia loquens, Lex vero haec, inquit, paucis mutatis in plerisque cum Fannia congruit. in ea enim ferenda quaesita est nouae legis auctoritas, exolescente metu legis antiquioris: ita Hercules vt de ipsis duodecim tabulis factum est: quarum vbi contempti antiquitas cepit, eadem illa quae illis legibus cauebantur, in alia locorum nomina transferunt. Vtinam vero Cicero ipse fecisset id quod in per-

Iuris perdiscendi facilitas.

Effigies antiquitatis in xii. tabulis.

Laus xii. tabularum.

Cicero iuris peritissimus.

Ciceronis
propositū de
iure civili in
artem redigē
do.

Ciceronis
laus.

De artibus.

Finis iuris ci
uilis.
Genus.

Diffinitio.

Partes iuris
civilis.

sona eiusdem Crassi loquens cogitasse se aliquando dixit, ut iuris civilis defini-
plinam in artis rationem formamque redigeret: Si enim, inquit, aut mihi face-
re licuerit quod iam diu cogito, aut alius quispiam aut me impedito occupari,
aut mortuo effecerit: ut primum omne ius civile in genera digerat, quæ perpar-
ta sunt, deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat, tum pro-
priam cuiusque vim definitione declaret, perfectam quidem artem iuris civilis
habet magis magnam atque vberem quam difficilem atque obscuram. Atque interea
tamen dum hæc quæ dispersa sunt coguntur, vel passim licet carpentem & col-
ligentem vndique, repleti ista iuris civilis scientia. Nemo autem qui Ciceronis li-
bros legerit oratorios & philosophicos, difficile hoc factum fuisse Ciceroni con-
tenderit. Quid enim non explicare potuisset illa vis ingenii? quid non illustrare
ille orationis splendor? quid denique non enarrare exuberans illa rerum omnium
praesertim politicarum copia? Nisi vero impar huic oneri ingenium illius fuisse
se credi potest, qui vniuersa philosophiae dogmata sinuosis disputationum me-
andris implicita, primus unusque a Graecis accepta, miro compendio explicata
nobis tradidit: homo a foro & Senatu nunquam ferè nisi peregre aut in diffinicioni-
bus civilibus feriat. Quanam autem ratione fieri id potuerit, ipse his ver-
bis docet in primo de Orat. quæ ne huc transcriberem temperare ipse mihi ne-
quiui, usque adeo & verbis & re ipsa oblectatus sum: Omnia, inquit, quæ sunt
conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt: in musicis, & nu-
meri & voces & modi: in geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudi-
nes: in astrologia, cæli conuersio, ortus, obitus, motusque siderum: in grammati-
cis, poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pro-
nunciandi quidam sonus: in hac denique ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare,
disponere, meminisse, agere, ignota quondam omnibus & diffusa late videban-
tur. Adhibita est igitur extrinsecus ars quædam ex alio genere, quod sibi totum
Philosophi assumunt: quæ rem diuisam dissolutamque conglutinaret, & ratio-
ne quadam constringeret. Sit ergo in iure civili finis hic legitimæ atque vtilitatis in
rebus causisque civilium æqualitatis conseruatio: tum sunt genera notanda, & ad
certum numerum paucitatemque reuocanda. Genus autem id est quod sui si-
milis communiōe quadam, specie autem differentis, duas aut plures comple-
ctitur partes. Partes autem sunt quæ generibus iis ex quibus emanant subie-
ciuntur. Omnia quæ sunt vel generum vel partium nomina, diffinitionibus,
quam vim habeant, est exprimendum. Est enim diffinitio earum rerum quæ
sunt eius rei propriæ quam diffinire volumus, breuis & circumscripta quædam
explicatio. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi apud quos hæc habere
tur oratio cernerem. Hactenus ille. Nos vero exempla ab eodem sumamus
ex libro Topicorum: quem librum ad Trebatium hominem Iurisconsultum scri-
bens, exemplis ex iure sumptis illustrauit: quo vel vno libro documentum in-
gens dedit se studio iuris operam plenam dedisse. Diffinitiones igitur (ut inquit
ipse) alia sunt partitionum, alia diuisionum. Partitionum, cum res ea quæ proposi-
ta est quasi in membra discerpitur. ut si quis ius civile dicat id esse quod in le-
gibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorum auctoritate, edictis ma-
gistratum, more, æquitate consistat. Diuisionum autem diffinitio formas
complectitur quæ sub eo genere sunt: quod diffinitur hoc modo, Ab aliena

tio est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio inter quos ea iure civili fieri possunt. Dicendum quis sit diffinitionis modus. Sic igitur veteres præcipiunt. cum sumpseris ea quæ sint ei rei quæ diffinire velis cum aliis *Diffinire?* communia, eousque persequi, dum proprium efficiatur quod nullam in aliam rem transferri possit, ut hoc, Hereditas est pecunia quæ morte alicuius ad quæpiam peruenit iure, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. *Gentiles?* Gentiles sunt qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt: quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Reliqua de genere & forma, id est specie, de differentia partitionis & diuisionis & alia eodem pertinentia, Cicero ab Aristotele accepta, Trebatio amico suo tradidit, compendiosa paraphrasi in latinum sermonem venustissime traducta. Quin & Ciceronem librum edidisse de iure civili in arte redigendo, auctor est Gel. lib. i. Noctium Atti. qui etiam locum ex eo libro citat. Hoc illud est autem quod Pomponius infra de origine iuris de Quinto Scauola dixit, qui ius civile generatim primus constituit in libros decem & octo redigendo. Proinde si quis olim feliciore aliquo seculo existat, Bartholo aut alio quopiam primi nominis viro iuris peritia non inferior, dialectica atque instrumento omni philosophico mediocriter instructus, orationis facultate Vlpiani aut Iuliani Paulive æmulus, qui Principem nostro non inferioriorem nactus sit: cuius exemplum atque auctoritatem sequi, & in cuius leges iurare (ut antiquum verbum usurpem) bona pars Europæ non dubitet: is igitur vnus aut plures, si præscriptum illud Ciceronianum aut aliud non ab simile imitatum, ex quinquaginta Pandectarum libris & duodecim Codicis eorumque appendicibus, adde etiam si placet ex Bartholi, Baldi, reliquorumque paucorum amplissimi nominis & primariæ auctoritatis commentariis, non iam centrones ut olim Tribonianus (vir alioqui doctissimus sui seculi si Sudæ credimus) sed iuris artem componant, sanctionesque legum, consulta Senatus, edictorum interpretamenta, Iurisconsultorum placita, interpretum decreta, in mores recepta, æquitate prægrauantia, omnia nunc vaga & sparsa, ac nulla certæ artis ratione circumscripta, ratis fixisque iuste artis præceptis, quatenus rei natura tulerit, quasi quibusdam cancellis circumsidatis concludant: nimirum res humanæ longe melius constitutæ videbuntur, nec (ut nunc) civilia iura, quibus homines libertatis retinentissimi æquissimo animo seruiunt, cuiusuis scripturientis libidini obuia expositaque erunt, duntaxat si Princeps ille hoc præstare edicto potuerit, quod Iustinianus nequiuit: id est ut nihil iis qui se iuris professores dicunt, in eam compositionem ultra scholasticam prælectionem liceat. Alioquin quis erit finis litium si nulla certa fuerint semelque recepta Iurisconsultorum decreta? Ecquid autem usque adeo fixum ratumque esse potest ut non hæc siue intemperantia, siue impudentia, siue etiam scribendi quædam libido intemperis (ut dicitur) acta, & labefactare facile & ad extremum conuelle re euertereque possit? Id quod si quis iure fieri defenderit, anniuersarios utique nobis Imperatores ingeniosos homines atque ambitiosos suboriri videbimus, qui alia atque alia indies orbi terrarum iura condant, qui præteritorum seculorum constanti persuasione recepta abrogare audeant, qui leges denique figere refigere pro animi sui libidine non dubitent: sicque res exitum haud dubie non inueniet, cum scribentes aucupandæ famæ cupidi (ut est humani ingenii natura) dicta maiorum refellere, Pandectarum ac constitutionum scripta inuertere, distorquere, contor-

*De consti-
tuenda ratio-
ne iuris ci-
uilibis.*

quere, corrumpere, vim antiquorum scriptis afferre, verborum aucupia, syllaba-
 barum tendiculas, literarum decipulas comminisci: nihil denique non inceperunt
 in animu induxerint illustrandi nominis sui gratia. Nam quod adhuc fecerunt
 faciuntque permulti recentiorum, quid est aliud quam ius civile calumniari, verbaque
 legum captare? id quod Paulus faciendum esse negat in titulo ad exhibendum.
 Sed hoc illud est profecto: homines ingeniosi iudemque ambitiosissimi, ut dixi-
 mus, indignantur argumentum sibi preceptum a maioribus ostentandi inge-
 niorum suorum, omnemque scribendi materiam consumptam esse summum
 fremunt ab iis qui anteverterunt. Itaque res eo tandem redigetur ut censentes
 in iudiciis prout his aut illis auctoribus addicti fuerint, & (ut ita dicam) in
 huius aut illius factionis verba iurauerint: quo iure quaque iniuria, & ut Graeci
 dicunt, *νοὶ δὲ δικαίως καὶ δίκως*, res iudicandas distrahant: id quod semel tuendum suscep-
 perint mordicus retinentes. Adde speciosos praetextus ambitiosorum, sordido-
 rum, iniquorum, id est infensorum iudicum: qui corruptissimas sententias cu-
 iuslibet enarratoris auctoritate obiecta, quo magis vulgo inauditi, eo plau-
 bilioris (sic enim assolet) pertinacissime tuebuntur. Hoc autem quod sit perni-
 ciosum ex verbis Ciceronis intelligi poterit. O rem praecalam, inquit, vobisque
 retinendam iudices. quod enim est ius civile, quod neque inflecti gratia, neque per-
 fringi potentia, neque adulterari pecunia possit? Quod si non modo oppressum,
 sed etiam desertum aut negligentius asseruatum erit, nihil est quod quisquam se
 habere certum, aut a patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur.
 Idem alibi, Nihil est enim in civitate tam diligenter quam ius civile retinendum.
 Etenim hoc sublato, nihil est quare exploratum cuiquam possit esse quid situm,
 quid alienum sit: nihil est quod aequabile inter omnes, atque vnum aut omni-
 bus esse possit. Hactenus Cicero. Hunc statum esse hodie litium disceptan-
 darum nihil ut satis certum esse possit, quis est paulo prudentior qui inficiari
 ausit? utpote cum prudentum responsa per secula alia atque alia inter se acerrime
 pugnent. Id vero utrum auctore Iustiano faciant, ipsi viderint, cum eius
 verba in Institutionibus legerint, sub rubrica de fideicommodis hereditatibus: ex sen-
 tentia, ut videtur, Papiniani sumpta: Nobis, inquit, in legibus magis simplici-
 tas quam difficultas placet. Proinde, ius est ars boni & aequi, inquit Ulpianus: cuius
 merito quis nos sacerdotes appellat. Nos, inquit, merito iuris sacerdotes a quo-
 dam dicti sumus: siquidem sanctissima res est civilis sapientia. Quemadmo-
 dum autem apud antiquos sacerdotes sui singulis diis consecrati erant, qui de
 futuris atque agendis consulentibus responsa dabant: sic venerandi illi Iur-
 risconsulti omni genere literarum instructissimi: gratuitam non quaestuariam
 iuris prudentiam habentes, in publicum quotidie prodeuntes, unicuique civi
 consulendos se antiquo instituto praebant: & tanquam oracula iustitiae themi-
 disque promebant: hoc est responsa boni & aequi plena. Vnde Servius Sulpi-
 tius iuris antistes appellatus est, auctore Quintiliano: ut sacrorum antistes
 antistitesque dicebantur. quomodo & Plinius libro. vii. Platonem, inquit, sapientiae
 antistitem Dionysius tyrannus vittatam nauem misit obviam. Enimvero The-
 mis apud Graecos, id est ius fasque, dea esse credita est, auctore Festo, quae suade-
 deret hominibus id petere quod fas esset: eandemque esse ipsam atque fas existi-
 mabant: vnde Themistes oracula & consilia consultaque & lege sancita dicuntur

Ius civile.

Sacerdotes
iuris.Servius
Sulpitius.
Antistites.Themis.
Fas.
Themistes.

Eustathio teste Homeri enarratore, id est vt ipse inquit τὰ μιντῆα, αἱ βολαί, καὶ τὰ βολῶματα, ἢ τὰ νομοθετήματα. Alii themin vel themista (vtrōq; enim modo dicitur) ius & iustitiam esse putant: eandemq; consiliorum oraculorūq; Præfide[m] esse. propterea Homerum θεμισθίην verbum, quod vaticinari & oracula dare significat, pro leges ferre, iura reddere, accepisse Odysseæ decimo. Sed & Δίκη dea iudicio dicitur: quæ dictio etiam ius significat: ob id græce dicta, quia lites & contentiones dirimat: eiusq; deæ diaconi & ministri, Δικασαί id est iudices dicuntur, quasi litium diremptores. Eustathius enarrans illud Homericum in pri. Iliados, Νῦν ἄν τέ μιν ἴης Ἀχαιῶν ἐν παλάμαις φερέσσι, θεμισθόλοισι, ὅι τε δίκην δέκασθαι πρὸς Διὸς ἀνάται. dicens & themin idem esse autumat. propterea, inquit, Themophylacas esse significat, id est eos qui circa reddenda iura versantur, Themophylacas esse ius significat, id est legum & institutorum custodes diuinitus præfectos. Quod munus, inquit, regium esse Homerus significat: regibus enim sceptrum nota est iustitiæ, hasta vero symbolon fortitudinis. Accursius peracute sane (vt solent plerūq;) sacerdotes hoc in loco absolute intelligit, non iuris sacerdotes, atque etiam (si diis placet) sacerdotes mœrentem ad pœnitentiam adhiberi solitos. aut, vt ipse inquit, pœnitentiam dantes: quasi vero Vlpianus huiusmodi sacerdotes nouerit, qui magister scriniî Alexandri Principis fuit, & in eius consilio princeps: cum quo etiam Pomponius, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Celsus, Proculus, Metianus, Triphonius, Modestinus, omnes iuris professores, si Lampridio credimus, discipuli omnes Papiniani: qui iuris asylum dictus est, & doctrinæ legalis thesaurus, vt auctor est Spartianus in Seuero: ab Antonio Caracallo ob id occisus, q̄ parricidium eius excusare noluisse. Antonius vero Pius iuris peritis vsus est Saluio Valente, Volusio, Metiano, Vlpio, Marcello, & Iuliano, vt auctor est Capitolinus. & Scæuola Marco Philosopho in consilio affuit & sanciendo legibus. Adriano autem affuerunt antiquiores Iulius Celsus, Saluius Iulianus, Neratius Priscus. hi autem omnes Principes Romani, vt eorum maiores, Christianam religionem nō agnouerunt. licet eorum postremus Alexander Christum & Abraham inter animas sanctiores in larario coluerit. Similis est ignorantiā Accursii vel seculi potius Accursiani, in lege vltima infra de mortuo inferendo, vbi Pontificum Vlpianus meminit de collegio Pontificū loquens, a quo ius pontificiū apud antiquos dictū, quod Accursius ad nostros Pontifices retulit. Age videamus (quandoquidem hucusq; prouecti sumus) quid id sit q̄ civilem scientiā rem esse sanctissimam Vlpianus dixerit. Sanctum, inquit Macrobius lib. iiii. Saturn. est interdum quod nec sacrum nec religiosum est, vt Trebatius libro Religionū refert, Sancta ad vos anima atq; istius insciā culpæ Descendam, inquit Turnus lib. xii. Aeneid. Sanctam, inquit, animā incorruptā voluit ostendere. Et illud eiusdē, Tūq; o sanctissima coniunx Felix morte tua. In quo castitatis honorem incorruptę vxoris amplexus est. Vnde & sanctę leges, quæ pœnæ sanctione corrūpi vetantur, ὁσίου dici potest. Hęc ille. Eodem modo sanctius ærarium ab antiquis dictum est quod prorsus intactū erat, ex quo nihil licebat ob annuas necessitates. Liius lib. vii. secundū belli Punici, Cætera expedientibus quæ ad bellū opus erant Coss. aurū vice

θεμισθία
Δίκη, Dicitur
Dicasæ.
Δικαστοί
Themophylacas
Sceptrum.
Hasta.
Vlpianus & ceteri legisperiti.
Alexander Imperator Romanus.
sanctum.
ὁσίου
Ærarium sanctius

sanctius
sacrarium.

Leges sana
et.
sacrosancti.

Sacrosancta
potestas.

Paratitla.

Demosthenes

simarium quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruabatur, promissum
cui. Cicero in Verrem Acti. v. Primum mihi literas quas in ærario sanctiore
conditas habent proferunt. De Syracusanis loquens. Et ad Atticum lib. vii.
Attulit mandata ad Consules ut Romam venirent, pecuniam de sanctiore
ærario proferrent. Sic sanctius sacrarium Quinti. lib. xi. Illic fundamenta
sunt, illic opes velut sanctiore quodam sacrario reconditæ. Itaque ne verò res
sanctas sacerdotibus solis attingere nullo reclamante licebit: rem verò san-
ctissimam civilem sapientiam, nulla pecunia (ut inquit Tullius) adultera-
bilem, magno voluminum numero, sed certo tamen circumscriptam, edicto
imperatorio munitam, scripturientis cuiuslibet libidini contrectandam con-
temerandamque publicus consensus permittet? Ego verò non modo sanctas
leges, sed etiam sacrosanctas habendas esse censuerim, ut sacrosancti magi-
stratus olim dicti sunt qui non sine capitali piaculo attingi violenter poterant,
ut Tribuni plebis apud Romanos auctore Plinio lib. vii. Livijs libro. ix. ab
vrbe condita, Tum Posthumius interea dedite, inquit, prophanos nos quos
salua religione potestis, dedetis deinde & istos sacrosanctos cum magistratu
abierint. Idem, Paulisper intercessum est à Tribuni plebis, pro eo quod spon-
dendo pacem seruassent exercitum populi Romani, pœnam nullam meritos
esse, neque ad extremum cum sacrosancti essent dedi hostibus violari posse.
Cicero pro Cornelio, Primum enim sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod
populus plebsve sanxisset. deinde sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso
aut obtestatione & consecratione legis aut pœnæ, cum caput eius qui contra
fecit, consecratur. Idem in Cati. Quid enim expectas? bellum? quid ergo
in vastitate omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? Sacrosan-
ctas, intactas dixit & ab omni iniuria tutas. Hinc sacrosancta potestas Li-
uio lib. xix. pro tribunitia: & sacrosanctæ ecclesiæ a Iustiniano dictæ in qua
bus est ius asyli. Ideo Principes Romanos legimus tribunitiam potestatem
assumere sibi solitos, ut augustiores se & sacrosanctos facerent: id quod in nu-
mismatis quoque eorum extat. Tranq. in Aug. Tribunitiam potestatem per-
petuam recepit, in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi con-
optauit. Tacitus libro. xii. Accurrunt patres, decernitur Othoni tribunitia po-
testas & nomen Augusti, & omnes Principum honores. De hac potestate
multa Cicero lib. iii. de Legibus, Maxime igitur oportuit post edictum illud
Iustiniani quod extat titulo de veteri iure enucleando (vulgo nunc ut video
neglecto, sed tamen non spernendo si emendate legatur) volumina iuris no-
stri tribunitiam potestatem accipere: ut omnibus prorsus scribentibus nihil
in ea licuisset, nisi hætenus ut indices rerum tantummodo & titulorum ar-
gumenta quædam ascriberent, quæ Paratitla, ut ipse inquit, dicuntur, quasi
titulis apposita. sin ad viuū refecare videor, post Bartholum certe & Baldum
attingere ea nulli oportuit licere, ut certa fixaque aliquando Iurisconsultorum
dogmata essent, nostratibusque cum Transalpinis de iuris tandem apicibus con-
niret. Demosthenes ille famigeratus orator Romanæ eloquentiæ, id est Cice-
ronianæ exemplar, ut iudicare possunt qui orationes utriusque non oscitanter le-
gerunt, in ea oratione que προς δειπνίου inscribitur, Solonem commemorat inter alia
cum legibus suis hoc quoque instituisse, cum lex aliqua rogatione ad populum fer-

retur, vt a legiflatore primū recitaretur: deinde vt in loco maxime celebri
 conspicuoq; proferberetur ad tertiam concionem vsq; (non aliter atq; Romæ
 leges trinundino die promulgari solitas esse, vt Macrobio referente legimus)
 inde Scribæ vt daretur palā pro concione legenda, vt si quid cuiq; non place-
 ret id in medium proferret. & si ea tum quoque populo placuisset, ita demum
 nomothetis daretur postremum exploranda: qui vt eam probassent impro-
 bassentve, ita proferretur antiquareturve. Hi autem nomothetæ ex iudicium
 numero deligebantur, vt eam operam populo iurati ipsi nauarent. Sed ope-
 ra precium mihi visum est locum ex oratione eius latine vt potero vertere, quo
 res tota melius intelligi possit. Cum igitur Demosthenes in illo iudicio legem
 Solonis Scribæ legendam dedisset (vt tum moris erat in iudiciis factitari, &
 fuit postea in Romanis) & ille recitasset, ita tum ipse subiicit: Intellexistis
 ne igitur viri Athenienses quā recte atque ordine leges promulgandas So-
 lon instituerit? Iam primum apud vos & quidem iuratos, vtpote apud quos
 alia quoque & constitui & rata haberi solent: deinde qui legem tulisset anti-
 quæ legi contrariam, hunc abrogandæ antiquæ legis causas expromere prius
 voluit, tum demum suam nouamq; rogationem proferre in medium, hanc
 cum illa componentem: Hoc ideo vt vna tantum, vnoquoque de negotio
 lex esset, nequando vulgus indoctum legum contrariarum dissidentia contur-
 baretur. Ita enim demum legum peritissimis spem precidī posse ratus est ne-
 gocium facessendi populari simplicitati, cum æquabilis facultas omnibus
 esset, & legendi & perdiscendi plana & dilucida iura. *Ἰὺ εἰς ἡ τὸ πρὶ τῆς ἐκείνων
 νόμου, καὶ μὴ τῶν ιδιωτῶν ἀπὸ τῶν ταράτῃ, καὶ πρὶ τῆς ἀπαντας ἐδόσαντο νόμους ἐλατῶν
 ἔχοντες, ἀλλὰ πᾶσι τὸ αὐτὸ ἀναγιῶναι, ἢ μαθεῖν ἀπλᾶ ἢ σαφῆ τὰ δίκαια.* His Demosthe-
 nis verbis satis illa Ciceronis congruunt de facilitate perdiscendi iuris. Nunc
 eo res redacta est, vt nulla ætas huic studio sufficiat, ceu verò scita plebis indo-
 ctæ, edicta Prætoris plerunque semidocti, Principum sanctiones & imperia
 interdum præcipitata, consulta Senatus nonnunq; ambiciosa, aut per metum
 Principum extorta, aut per assentationē effusa, aut necessitate aliqua expressa,
 denique ambigua sæpe iuris prudentum responsa, id est eorum qui suffragato-
 rum precibus aut summi beneficii loco a Principe impetrauerant vt iuris pru-
 dentes essent, & de iure publice responsarent: hæc inquam omnia quasi Si-
 byllinorum carminum instar sint, aut oraculorum propheticorum, ac nunq;
 satis enarrata, sæcunda hominum ingenia & ad omnes disciplinas (si per pri-
 scam iuris facilitatem licuisset) versatilia, æternum exercere debeant. vt ille
 quondam scriptus, & a tergo necdum finitus Orestes. Inde illæ cantatissimæ
 controuersiæ de diuiduo & indiuiduo, de suitate, de pacto nudo, necdum tot
 voluminū textura vestito, & aliæ huiuscemodi sinuosissimæ quæstiones, in qui-
 bus tanq; apud Sirenios scopulos consensescere claris atq; grandibus ingeniis
 necesse est. vnde nobis illa malorum Ilias orta, vt est in prouerbio: dum res iu-
 dicatæ nunq; præiudicatæ sunt: dū res sæpe ac diu disceptatæ ac decretæ, nunq;
 semel decretæ sunt, anniuersaria utiq; foetura suboriētium aliorum super alios
 doctorum dogmatumq;, & prisca obsoletaq; maiorū scripta posteris relinque-
 tiū: deniq; dū singuli iuris apices non modo pugnam sed etiam bellum intesti-
 num inter hos illōsq; factiosos ciere possunt. Quanam igitur fronte huiusmo-

Nomothetæ.

vna vno de
negotio lex
esse debet.Malorum
Ilias.

di non modo commentaria, sed etiam commentitia tuebuntur, qui Neratij de
 etum illud legerint? In omni parte error, in iure non eodem loco quo facti igno-
 rantia haberi debet, cum ius finitum & possit esse & debeat. An huius tempo-
 ris finita esse iura dicere perfricta fronte audebunt, cum iuris professorum in-
 terpretamenta citra criticorum censuram ius ab auctore sumant? quasi vero
 Pythagoricorum institutum in mores orbis terrarum receptum sit: de quo
 Marcus Tullius libro primo de natura Deorum sic inquit, Nec vero probare
 soleo id quod de Pythagoricis accepimus: quos ferunt, si quid affirmarent in
 disputando, cum ex iis quaeretur quare ita esset, respondere solitos, Ipse dixit
 (ipse autem erat Pythagoras) tantum opinio praedudicata poterat, ut sine ra-
 tione valeret auctoritas. Quemadmodum igitur Pythagorici ^{Αυτὸς ἔφα, dicit}
 bant, id est ipse dixit: sic Alexander, sic Paulus Castrensis, sic Fellinus dixit in-
 quiunt: sic denique vnus quiuus ex illa turba scriptorum qui luculentis prisco-
 rum consultorum scriptis Cimmerias (ut dicitur) tenebras multis in locis
 offuderunt. Proinde ne nimium sese admirentur isti qui vnicam hanc iuris scientiam
 quasi filiolum exosculantur suam (id quod Cicero quondam ad Sulpitium
 loquens dixit) id est qui praesto studio iuris omnes alias disciplinas
 despectui habere solent, tametsi liberis ipsas nomine & ingenuas, atramentum
 opes (ut ipsi dicitant) nec ut hanc vnam iuris scientiam ex suorum spoliis
 questuosas, quae ex ciuilibus tantum ipsa manubiis ornare sese potest. Iuris
 consultorum olim superbiam cum ferre non posset Caius Princeps, quasi scien-
 tia eorum omnem usum aboliturus, saepe iactauit se Hercle effecturum ne
 quid respondere possent praeter aequum & bonum. quanto minus quorundam
 nostri temporis ferenda est? qui certe si molesti esse pergant, arcem se literarum
 tenere censentes ac dicitantes, ad Fabium eos iudicem haud iniquum
 certe Iurisconsultis protinus vocabimus: qui de huiusmodi loquens hominibus
 ita inquit in primo, Difficultatis patrocinia praeteximus segnitiae, neque
 enim nobis operis amor est, nec quia sit honesta & rerum pulcherrima ciuilibus
 sapientia, petitur ipsa: sed ad vilem usum & sordidum lucrum accingimur.
 Dicant sine humanioribus disciplinis in foro multi & acquirant, dum sit locu-
 cupletior aliquis sordidae mercis negociator, & plus voci suae debeat praeco.
 Haec ille. Desinant igitur alios habere despectui, & quasi, quos Graeci vocant
^{Ματαοτέχνους}, id est inanium artium studiosos, incessere iuuenes liberalioribus
 disciplinis deditos: qui fructum studiorum suorum non stipe aduocationum
 aut capturis rerum iudicandarum, sed ex animo suo ac contemplatione & scien-
 tia petunt, perpetuum quidem illum, nec fortunae subiectum. Ne igitur ni-
 mium sibi placeant in hoc forensi plausu, aut etiam per palatium vltro citro
 volitantes, idem Fabius lib. xii. multos se cognouisse ait, qui taedio laboris
 quem ad eloquentiam tendentibus, id est rerum omnium politicarum cogni-
 tionem, perferre necesse est, confugerint ad haec diuerticula desidiae: quorum
 alii ad album se ac rubricas transtulerunt, & formularii, vel (ut ait Cicero)
 legulei quidam esse maluerunt, tanquam viliora eligentes ea quorum facilitatem
 sequebantur. Cicero pro Murena ad Seruium Sulpitium loquens, Quapropter
 (inquit) non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus ante-
 ponenda est, verum etiam dicendi consuetudo longe & multum ista vestrae exer-

Auctoritas
Pythagorica.

De aequo et
bono respō-
sitare.

Matatechni

Ad rubricas
se transferre.

citationi ad honorem antecellet. Itaque multi mihi videntur initio multo hoc
 maluisse, id est dicendi facultatem: post cum id assequi non potuissent, istuc
 potissimum sunt delapsi, id est legulei sunt facti: ut aiunt in Grecis artificibus
 eos aulcedos, id est tibicines, esse, qui citharædi fieri non possunt. Hactenus
 Cicero. Agedum (quandoquidē hucusq; præter institutum nostrum prouecti
 sumus) videamus quæ sit ista tantæ operæ scientia, quæ propemodum sola
 literatos ac doctos viros in Gallia existimari ac vocitari facit. Marcus Anto-
 nius orator ille nobilis apud Ciceronem lib. pri. de Oratore, In oratore autē,
 inquit, acumen dialecticorum, sententiā philosophorum, verba prope poe-
 tarum, memoria Iurisperitorum, vox tragicorum, gestus pene summorum
 artificum est requirendus. Hic vltimas prope partes, id est memoriæ fiduciam
 Iurisperitis tribuit. Fabius, Omne ius, inquit, quod est certū, aut scripto,
 aut moribus constat. dubium æquitatis regula examinandum est. quæ scripta
 sunt aut posita in more ciuitatis, nullam habent difficultatem: cognitionis sunt
 enim non inuentionis. at quæ consultorum responsis explicantur, aut in ver-
 borum interpretatione sunt posita, aut recti prauiq; discrimine. Vim cuiusq;
 vocis intelligere aut cōmune prudentium est, aut proprium oratoris. Aequi-
 tas optimo cuiq; notissima est. Verum hoc istis persuaderi nō potest, qui leges
 non ab homine scriptas ac conceptas, sed de cælo delapsas esse credunt, ut
 Tertulliani verbis utar. in quibus etiam sensus altissimos, & qui anagogici
 id est abstrusi dicuntur, reconditos esse putant, nec vnq; satis enarratos. Eorum
 vero insolentiæ præcipuum literarum meliorum studiosis solatium fuerit istā
 legum scientiam non modo singulis seculis, sed etiam lustris interpolabilem
 esse: de qua profecto Plinianum illud ex libro vigesimo nono parodia haud in-
 concinna vsurpare possumus: Mutatur ars, inquit, quotidie, toties interpo-
 lis, & ingeniorum Italiæ flatu impellimur, palamq; est ut quisq; inter istos no-
 ua comminiscendo polleat, imperatorem illico vitæ nostræ necisq; fieri: ceu ve-
 rō nō millia gentium sine huiusmodi leguleis degant, nec tamen sine legibus.
 Audiant igitur homines sortis suæ admiratores, audiant Tertullianū in Apo-
 logetico Christianorū ad proceres Romani imperiū (quos ipse legū tutores
 appellat) ita dicentē. Miramini hominē aut errare potuisse in lege condenda,
 aut resipuisse in reprobanda? Nonne & ipsius Lycurgi leges a Lacedæmoniis
 emēdatae tantum auctori suo doloris inusserūt, ut in secessu inedia de semetipso
 iudicaret? Nonne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras anti-
 quitatis, totā illam veterem & squallentem syluam legū, nouis principalium
 rescriptorum & edictorum securibus truncatis & cęditis? Eant igitur nūc isti,
 qui omnia studio iuris tribuūt: & sese hominū solos hac vna peritia iuris bea-
 tos & sapientes & rerū humanarum arbitros atq; adeo diuinarū esse prædicēt:
 dum tamen hoc cōstet, omniū gentiū moribus ut nomismatum, sic nomorum
 id est legum vsum variū & identidem mutabilem omni æuo fuisse. & has
 enim & illa temporario Principum populorūve consensu, non suapte vi pote-
 statēq; valere. Intolerandus certe est ineptiorum quorundam fastus, qui è stu-
 dio iuris cū carris librorū redeunt, velut Aegyptiorum opibus suffarcinati,
 reliquos omnis literarum studiosos sic vt inanes inopesq; aspernātur, velut ex
 paleis multis modicam frugem aut etiam nullam colligentes. qui si aliquan-

Aulædi.
Prouerbiū.

Quid in
oratore rea-
quirendū.
Iuris diuisio

De iuris
perdiscendi
facilitate.

In Leguleos.

Sententiā
Plinii in
Leguleos.

Tertullianus
de legisperi-
tis.

do cogitarent diuitias illas suas κεραιώς πλῆρη, vt dicitur, id est figulinas opes esse, vnico Principis edicto fragiles (quod futurum mox sperandum ingenti generis humani felicitate) nimirum altiores illos ac sesquipedales spiritus deponerent. De Pandectis vero quid sentiam, malo alienis verbis q̄ meis dicere. Prodeat igitur aliquis Latinorum operum æstimator idoneus. Is erit Laurentius Vallengis, vir certe cum latine doctissimus, tum vero alienorum scriptorum iudex vt optimus, sic minime ambitiosus: id quod inuidiosum nomen eius vulgo reddidit, vt iam publico consensu latine ignorantium tãq̄ iniquus iudex fere reiiciatur. Is igitur Laurentius censor ac criticus qlibet etiam morosus, vt illis quidem videtur, Elegantiarum suarum libro tertio sic inquit, Relegi proxime quinquaginta Digestorum libros ex plerisq; voluminibus Iurisconsultorum excerptos: & relegi cum libenter, tum vero quadam cum admiratione. Primum, q̄ nescias vtrum diligentia ne an grauitas, prudentia an æquitas, scientia rerum an orationis dignitas præstet, & maiori laude digna esse videatur. deinde, q̄ hæc ipsa ita in vnoquoq; eorum sunt egregia & perfecta, vt vehementer dubites quem cui præferendum putes. Et paulo post, Quod eo magis, inquit, in Iurisconsultis est admirandum, q̄ ii inter se etiam seculis distant, licet omnes post Ciceronem: ideoq; quibusdam in verbis ab eo differentes, quales omnes vsque a Vergilio atq; a Liuiio fuerunt. Nam Ser. Sulpitii atque Mutii Scæuolæ nihil extat: sed alterius Mutii recentioris. Et prisca quidem Iurisconsulti quales quantiq; in eloquendo fuerint, iudicare non possumus: quippe quorum nihil legimus. his autem qui inter manus versantur, nihil est (mea sententia) quod addi adimive possit, non tam eloquentia (quam quidem materia illa non magnopere patitur) q̄ latinitatis atque elegantia: sine qua cæca omnis doctrina est & illiberalis, præsertim in iure civili. Hæc ille, atq; alia eodem pertinentia satis liberaliter, nec pro solita eius severitate. Huius inquit isti: quid nobis cum elegantia? nobis tam placent guerra aut treuga & laudum & bannum & banniti & retorquitio: q̄ illis bellum & induciæ & arbitrium & proscriptio & proscripti aut præconio citati, & re percussio vel relatio ac etiam retortio. Antiqui Iurisconsulti exscribere ac describere dicunt & exemplum sumere, nos exemplare dicimus. illi exemplum recognitum, nos exemplatum collationatum. Antiqui & qui latine locuti sunt, condiciones quasdam arbitrarias & in potestate nostra vel in nobis sitas dixerunt: nos potestatiuas dicimus. Illi necessitatem quandam præcisam & absolutam, & quandam conditionalem, id est hypoteticam: nos causatiuam. quemadmodum & stipulationes alternatiuas dicimus pro disunctiuis & putatiuum pro opinabili: & dispensare, pro legibus soluere: & casum legis, pro specie: quo etiam Iustinianus sæpe vsus est, quod & thema & propositum dicitur a Cicerone & Quint. Insinuare donationem, pro profiteri: militem, pro equite: recusare iudicem, pro reiicere: quod & eiurare nonnunq̄ dicitur. æquum & iniquum iudicem antiqui dicere solent, nos suspectum & favorabilem & non suspectum dicere maluimus: permultaq; huiusmodi quæ proprium destinatumq; volumen desiderant, vt infra triduū pro intra. Sic est disciplina iuris, vt ventã facere melius & cõgruetius sit dicere, q̄ in rem præsentem venire. Deniq; multa gallice dicim⁹ quæ latine ignoramus. A pageis istas ser-

Vallengis laus

Pandectarū
l. vii.

Barbara vocabula a Leguleis recepta.

Proscriptio. Proscripti. Præconio citati.

Repercussio. Relatio.

Retortio.

Describere.

Exemplum recognitum.

Opinabile.

Legibus soluere.

Species legis

Profiteri donationem.

Eques.

monis lautitias. sordida nos delectat verba & triuialia, atque etiam in tostrinis
 futrinisque proculcata. Hoc tamen Laurētii elogiū me impulit vt diligētius *Scribēdi orā
 casio.* Di-
 gestorum libros legerē. qua in lectione cū multis in locis volumina ipsa par-
 tim mutilata, partim mēdosa inueni: tū vero (quod flagitiosius esse multo ar-
 bitratus sum) verba multa nō triuialis sed antiquę ac probę monetę, in alie-
 nū vsum ignorātia tēporū trāslata esse animaduerti. Ea indignitate permo-
 tus/ ausus sū pridē incōsultius temereque iactare inter amicos/ me aliquādo fa-
 cturū vt Pādectę emēdatius atque intelligētius legerētur. videlicet viribus nō
 stris necdū nobis exploratis: nec prestādę rei difficultate satis excussa pēsita-
 taque. Cuius me incepti cū postea ppigeret, triēnio partim multa causatus,
 partim pēgre agēs, liberatū me iri tādē hac molestia libēter mihi psuadebā:
 veluti huius incepti temeritate situ quodā obliuionis cōtecta atque sepulta.
 Ecce aut huius negocii securū appellātibus amicis, & tāq̄ procrastinati debiti
 arcessentibus, vltroneque pollicitationis admonitū idētidē cūctationē meam
Horat. i arie
 vellicātibus, eō tū me sensi ferocule euectū, vnde pedē proferre pudor vetet, vt
 inquit ille. continuoque aut rē suscipiēdā mihi, cui par omnino nō essem, aut te
 meritatis manifestū ac cōfessū ludibrio mox oibus me futurū. Ibi vero estuā-
 tē me & sentētis alternātē impulit amicus quidā meus vir amplissimę cu-
 rię: qui mihi huius incepti nō modo auctor, sed etiā efflagitator fuit. Is mi-
 hi industrię meę spōsor (vt ita dixerim) apud me fuit. Perpulit em̄ hoc sibi
 me credere, si operā enixe nauarē, nihil non eiusmodi euasurū quod ipse facere
 instituissem: causanteque inuidiosum hūc laborē nō gratiosum fore, qui tā an-
 cipitis enētus facinus designare nūc ausus essem, homo prope nullius in re li-
 teraria nominis, ad extremū susceptę rei euētū fide sua esse iussit. Huiusmodi
 spōsore nihil nō credere nominū factitator circūspectissimus potuisset. iā pri-
 mū præter singularē iuris peritiā, doctrina est etiā illa miscellanea ac politici-
 co hominī aut necessaria aut vtili perpolitus, iudicio nō mediocri ac sæpe no-
 bis probato præditus: cui etiā de me plusq̄ meo propemodū tribuo. vnus est
 denique ex paucorū numero qui nō illotis pedibus ad studiū iuris ciuilibus con-
 tulisse se videtur. Accedūt necessitudinis iura, quę mihi multiplicia cū eo iā
 pridē intercedūt, ne ab eo eludī me vereri vllō modo debeā. Huic istud a me
 contēdenti nisi morē gererē, existimaui (qua est ille in ordine suo auctori-
 te) nō tā id verecūdię ac modestię, q̄ rusticę ac pertinaci diffidētię datū iri.
 Itaque huius fide periclitandū mihi esse statui. Hęc fidutię operis, hęc est indi-
 catura, vt Plinii verbis vtar. Proinde perfunctoriā istā operā magis q̄ iustam
 plenāque profitemur. Sed ne sic quidē, vt intelligo, eorū cachinnos euadā, qui-
 bus cū musis, id est cū humanitate & doctrinę lepore, nullū est cōmerciū, vt
 Marcus Tullius inquit. Hi sanguinē legū querendū, nō cutē (vt eorū verbis
 vtar) arbitrantur: nō florē, sed frugē sciētię cōsectandā autumāt: denique ver-
 borū rationē nullā habendā esse dū sensus assequamur. Atque hęc ita dicunt,
 quasi aut verba rerū imagines esse nesciāt & sensuum inuolucra, quę q̄ ma-
 xime cōgruenter effingi & accōmodate rebus debēt: aut quasi Bartholus &
 Baldus & reliqui eiusce ordinis, quos isti verborū contēptores pro numini-
 bus colūt, & quorū scripta inter sacrorū vatū oracula in larariis (vt ita dicā)

Critolai
libra.

habēt, verba nō ipsi appendere quasi ad Critolai librā soleāt. Vt em̄ ille quā-
dā animi solertia in altera libræ suę lance animi bona imponēs, in altera cor-
poris & externa, multū admodū propēdere illā animi lancē deprehendebat:
sic isti iuris periti vnūquodq; verbū atq; adeo syllabā in quibus cōmodū sit lo-
cis ad cōstituenda sua dogmata, pōderanda solerter admonētes, verborū vi-
res excutere se, & scrupulari etiā differentia æstimare credi volūt. qui tamen
pręclara illa sua libra quid in diē addictio diē adiectę prępōderet, perscrutice-
re nō potuerūt, anteq; Laurentius Vallēsis examen librę suę multo certe ex-
actioris ad lectiōnē Pādectarū adhibuit. Nec ille autē in his quę in huiusmo-
di aduersus istorū opīniōnē quātūuis appobata dixit, æquā vnq; sententiā retu-
lit, dūtaxat in eorū foro. Nec nos in iis quę adhuc diximus, aut posthac cu-
cturi sumus aduersus receptos eorū aliorūq; errores, quippiā æqui boniq; la-
tuos nos speramus: nō inter eos modo ad quos ea res pertinet, sed vbicūq; &
apud quoscūq; res nō artificis statera (vt inquit Cicerō) sed populari truti-
na examinātur. Videamus tamē refellēdis istis verborū cōtēptoribus magni
aliquos nominis auctores opponere nec ne possimus. Fabius libro. xii. Quidē
(inquit) non quęstio iuris omnis aut verborū proprietate, aut æqui disputa-
tione, aut volūtatis cōiectura cōtinetur: quorū pars ad rationalē, pars ad mo-
ralē philosophiā redūdat. Gellius lib. xii. Labeo (inquit) Antistius iuris publi-
cę ciuilibis disciplinā principali studio exercuit, & cōsulentibus de iure publi-
ce responsitauit, cæterarūq; bonarū artiū non expertus fuit, & in grāmaticā se-
se atq; dialecticā literasq; antiquiores penetrauerat, latinarūq; vocū origines
rationesq; percalluerat: eaq; pręcipue scientiā ad enodandos plerosq; iuris la-
queos vtebatur. Sic quodā loco Cicerō proprietatē sermonis iuriscōsultorū
peculiarē esse affirmat. Quod igitur isti dicūt prudētiā in rerū esse cognitiō-
ne, orationis facultatē nihil ad rem pertinere, videamus qualiter cōstitui pos-
sit. Marc. Tul. lib. iiii. de Oratore, de eloquentiā loquens, Neq; vero, inquit,
hoc fugit sapientissimū Regē Philippū, qui hūc Alexandro filio doctorem
accierit (de Aristotele loquens) a quo eodē ille & agēdi pręcepta acciperet
& loquēdi. Nunc siue quis volet eū philosophū qui copiā nobis rerū oratio-
nisq; tradat, per me appellet oratorē licet: siue hunc oratorē quē ego dicā sa-
pientiā iunctā habere eloquētię, philosophū appellare malit, non impediam:
dūmodo hoc cōstet, neq; infantiā eius qui rē norit, sed eā explicare dicēdo nō
queat: neq; insentiā eius cui res non suppetat, verba non desint, esse laudādam.
quorū si alterū sit optādū, malim equidē indifertā prudētiā, q̄ stultitiā loqua-
cē. Idē in Oratore perfecto, Res autē, inquit, sic se habet, compositę & ornate
sine sentētiis dicere, insania est: sentētiōse autē sine verborū & ordine & mor-
do, infantia. Et rursus alibi, Illud verius, inquit, neq; quenq; in eo disertum esse
posse quod nesciat: neq; si id optime sciāt, ignarusq; sit facundę ac poliendę
orationis, diserte id ipsum quod sciāt dicere posse. Phoenix apud Homerum
lib. ix. Iliados ad Achillē loquens, ita inquit, Pater tuus Peleus cum te primū
ex Phthia patriā ad Agamemnonem misit paruulū adhuc & bellicarum re-
rum ignarū, me tibi ideo adiunxit, vt utroq; in genere instituendum te suscipi-
perem, censuit enim te & dicēdi pręcepta accipere debere & agēdi, *M. V. 10*

Infantia &
Inscitia.

ἔπι τοῦ ἐπιπέδου, περικτυθεῖ τὸ ἔργον. Doctum verba loqui, facilemque in rebus agendis.
 Ecquid autem turpius dici potest quam infantem esse qui se consultos, prudentes, peritos denique iuris dici viderique velint, dignosque solos omnium literatorum hominum qui rerum humanarum diuinarumque arbitrium disceptationemque habeant: quique viros principes, & supra humanum fastigium euectos soluere & illigare legibus interpretationibus suis possint? Infantes autem esse orationis facultate destitutos, latine loquentium consensus prejudicauit. Cicero in Topicis, Causa autem efficiens sic, ut cum quaeritur quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione sic, Possit ne eloquentia commutatione aliqua conuertere in infantiam. Et pro Cluentio, Tu vero ita sum perturbatus ut omnia timerem. si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. Et ad Quintum fratrem, Gabinius absolutus est. nihil illo accusatore Lentulo subscriptoribusque eius infantius. Non me fugit quid Lactantius libro quinto sextoque de eloquentia disputarit, vir ipse loquendo lautissimus: sed nos de latinitate & elegantia & sermonis puritate loquimur, non de illa disertata & oratoria eloquentia, quae iuris studiosis nostro seculo necessaria non est, tamen olim Marcus Cato cum in dicendo praestantissimus, tum iuris fuit idem peritissimus. & Scaeuolae Sulpitioque concessa est etiam facundiae virtus. & Marcus Tullius non modo inter agendum nunquam est destitutus scientia iuris, sed etiam componere aliqua de eo coeperat, ut auctor est Fabius. & Crassus apud Ciceronem in primo dialogo de Oratore, Quintus (inquit) Scaeuola homo omnium doctissimus, & disciplina iuris civilis eruditissimus, & oratione maxime limatus ac subtilis, atque (ut ego soleo dicere) iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus. Quae (malum) est igitur ista tanta in hominibus peruersitas, ut cum lautam atque elegantem utendi fruendique iuris suppellectilem habeant, latinam illam ab Vlpiano, Paulo, Iuliano, reliquisque eiusdem notae iurisconsultis relictam, librorum legentiumque inscitia & rugine infestata, eam ut a rugine abstergeri nolint, sordida etiam suppellectili hac Gothica & barbara uti malint: perinde atque primis illis seculis, frugibus iam inuentis nonnullis tamen tam aduerso genio nati fuisse dicuntur, ut glande vesci mallent. id quod inquit Cicero. Nostro enim seculo instaurata propemodum lingua latina, barbarica permulti nihilo secius delectantur. Romanum sermonem respiciunt homines palati corruptissimi, quorum plerique palatini. Videlicet hoc illud est quod idem Cicero libro tertio de Oratore inquit, de antiquis iuris peritis loquens, hominibus vndique consumatissimis, Quid enim Marco Catoni praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque aduentitiam defuit? Num quia ius civile didicerat, causas non dicebat: aut quia poterat dicere, iuris scientiam negligebat: aut quia utroque in genere & laborauit & praestitit, num propter hanc ex priuatorum negociis collectam gratiam tardior in re publica capessenda fuit? Nemo apud populum fortior, nemo melior Senator, facile optimus Imperator. denique nihil in hac ciuitate disci scribere potuit, quod ille non tum & inuestigauit & scierit, tum etiam conscripserit. Nunc contra plerique ad honores adipiscendos, ad rempublicam gerendam nudi veniunt atque inermes: nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit vnus e multis, effert se si vnum aliquid

In infantem
iuris peritorum.

Pandectæ. affert. Hactenus ille. Locus hic poscit, ut de Pandectarum vocabulo aliquid dicamus. Gellius igitur libro. xii. Tullius, inquit, Tyro Ciceronis libertus libros de variis ac promiscuis quæstionibus composuit: græco vocabulo Pandectas, id est promiscuâ & multifaria continentes libros inscripsit, tanq̃ omnium rerum ac doctrinarum genus continentes. Idem libro ultimo, Sunt, inquit, qui libros suos Pandectas, id est omnium receptacula inscripserunt. Hanc inscriptionem Plinius in præfatione inter illecebrosas & magna promittentes numeravit: propter quas (ut ipse inquit) vadimonium deferi possit. His Pandectis coagmentandis septem & triginta Iurisconsulti symbolas contulerunt: ex quorum verbis Digestorum leges velut centones consarcinatas sunt. Harum autem archetypos Florentiæ esse putant, quæ Litera Pisana vulgo dicitur: & nos cum Florentia iter Romam faceremus in numero Legationis Regiæ, funalibus eas accensis non sine ambitu honoris loco numeroq; vidimus. Quoniam vero hic Ulpianus subiecit hæc verba, Huius studii duæ sunt positiones: addam quid sit thesis, id est positio. Thesis (inquit Ioannes Grammaticus, Aristotelis interpretæ) differt ab axioma: quatenus axioma omnino est ἀναπόδεικτον, id est non demonstrabile: ut sunt positiones immediata, & communes animi conceptiones, quarum mox meminero, quas nature sponte vel naturali dictamēto tenemus, domoq; in scholam afferimus. Theseis vero, id est positiones ex præceptoribus discimus in singulis disciplinis. Cōuenit autem inter axioma, id est proloquium vel pronunciatum, vel ut Cicero vertit, enunciatum, & thesim: quæ nec hæc nec illud demonstratur: sed tamen theseis aliqua exhortatiuncula indigent, ut fidem discipulo faciant. ut illa propositio, Omnes a centro ad circumcurrentem lineam æquales esse lineas: cum axioma omnino sit indemonstratum: ut illud, Bis bina esse quaterna. Positionum igitur huiusmodi exempla sunt. Ponit arithmeticus monadem esse impartibilem vel insectile. Geometres vero id quod diximus de lineis a centro ad ambitum circuli pertendentibus. Medicus ponit corpora ex elementis quatuor esse concreta. Physicus omnia naturalia corpora constare materia & forma: tum naturam esse principium motus atq; quietis. Diuiditur autem thesis in hypothesim & diffinitionem. Etenim rursus hypothesis, in eam quæ æquiuoce hypothesis, id est suppositio dicitur, & in petitionem. Siquidem quæ positiones notæ sunt, quæq; simulac a præceptore ponuntur, admittuntur ab auditore, hypotheses vocantur: quæ vero non usque adeo notæ sunt, sed argumento quodam astruuntur anteq̃ fidem faciant, & tamen citra demonstrationem sumuntur a præceptore, *ἀπαιτούμενα*, dicuntur, id est petitiones vel postulata. Quæ rursus & ipsæ duorum sunt generum. nam quædam mediocriter notæ sunt, quæ dā ecōtrario: ut verbi gratia, geometra ponente, Omnes rectos æquales esse: auditor ἀγνοῦντις, id est est ignarus geometriæ, neutrum opinatur, id est nec æquos nec inæquales esse. Eodē vero dicente, Punctum carere magnitudine & esse indiuiduum: auditor ipse opinatur. Est autē diffinitio thesis: ponit enim arithmeticus insectile secundum quantitatem esse monadem. & nos ponimus hominem animal rationale mortale. Sic igitur Iurisconsulti ponunt huius studii duas positiones. Positio

A quot & quibus cōpositæ.

Thesis. Axioma.

Theseis.

Hypothesis.

Petitiones.

Απαιτούμενα.

Positio.

tio interdum naturam cuiusque rei significat. Quintilianus, Simpliciter, inquit, voces positione, id est natura sua constant: compositæ autem, præpositionibus subiunguntur, ut innocens. Idem, Quid vero quæ positionis eiusdem in diuersos flexus exeunt? cum Alba facit albanus & albensis. Sunt alia huius vocis significata: ut arsis & thesis apud Diomedem, & apud eundem Quintil. Thesis & aphæresis Areopagitæ: Thesis & hypothesis Ciceroni in Topi- cis: sed ad rem non pertinent.

Ex eadem lege.

(Legem nunc appello caput legis, quoniam ita fert usus.)

Videmus enim cætera quoque animalia, feras quoque bestias istius iuris peritiã cæseri. Censeri hic qualiter accipiatur nõ facile dixerim, ne ipse quidẽ Ac- cursius, qui hoc in loco modestissime tacuit. Cicero pro Archia poeta, Atque hoc ideo mihi concedendum est magis, quæ ex his studiis hæc quoque censetur oratio & facultas: quæ quantacumque in me, nunquam amicorum periculis defuit. Dicendi, inquit, facultas ex poetarum lectione censetur, id est precium & æsti- mationem meretur, & imprimis laudatur. a Græcis Δοκσιμὸν dicitur, quorum imi- tatione ita loqui solemus. Euripides in Hecuba, Δόξῳ δὲ ἔκτ' ἀδοξῶντων ἰσὺν καὶ ἄνδρῳ δοκῶντων, εὐτὸς δὲ ταυτὴν θένει. Animalia igitur quædam bruta naturali qua- dam intelligentia prædita, propterea cæsentur, id est admirationi nobis sunt præ cæteris, ut elephas: de quo Plinius libro octauo, Maximũ animal est ele- phas proximumque humanis sensibus, id quod ipse late prosequendo docet. Idem de tigride, quæ cæteris feris truculenta, atque ipsa etiam elephantĩ vesti- gia spernens, homine viso vel hominis etiam vestigio, transferre catulos dici- tur. Nimirum hæc natura est rerum, hæc potentia eius, sæuisimas ferarum maximasque, quæ nunquam vidissent quod debeant timere, statim intelligere cur sit timendum. Ex his Plinii verbis dicere possumus reuerentiam iure natura- li animalia omnia homini debere & quandam veluti religionem, ut saltem ei decedant via: ut sit illud Genesios pri. Dominamini piscibus maris, & vola- tilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Quid il- lud eiusdem de elephantis? Ipsius, inquit, animalis tanta narratur clementia contra minus valida, ut in grege pecudum concurrentia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens, nec nisi lacessiti noceant. Nonne ex iure quodam gentium esse videtur? Et illud de Ciconia proverbio græco testatum, ab Ari- stotele etiam confirmatum, quæ parentes senio confectas alere existimatur infantia suæ vices rependens. vnde ἀντιπελαργίῳ verbũ pro eo quod est pro- merentibus gratiam in tempore referre, & Antipelargia huiusmodi gratia- rum relatio, a ciconia dicta, quæ græce ἀντιπελαργίῳ dicitur. inde Pelargici no- mi ab Aristophane dicti, quasi Ciconiarum leges, quibus liberi parentes ale- re iubentur. id quod in iure quoque nostro cautum est. Ideo in sceptris regiũ antiqui ciconiam sculpere solebant in summo: in infimo autẽ hippopotamũ animal improbissimum: significare volentes iustitiæ obnoxiam esse violen- tiam, cuius iustitiæ symbolon est ciconia, quæ parentes senio confectas alere, humerisque gestare in volatu creditur. Laurentius tamen hunc locum repre- hendit lib. quarto Elegantiarũ. Jus naturale est quod natura omnia animalia

Iuris natura
lis vis.

Censeri

Δοκσιμὸν

ἀντιπελαργίῳ

γίῳ.

Nomi Pelar-
gici.

Hippopotã
mus.

docuit ius esse negans appetitum coeundi & procreationem educationemq;
 liberorum. in quo sententia mea fallitur. Cæterum quod hic Florentinus iuri
 gentium tribuit, Cic. in. iii. Offic. iuris naturalis esse tradit, id est vt ne læda-
 mus inuicem. sic enim inquit, Atq; etiam si hoc natura præscribit, vt homo
 homini quicunq; sit, ob eam causam q; is homo sit consultum velit, necesse
 est secundū eam naturā vtilitatem omnium esse cōmunem. Quod si ita est, vna
 continetur omnes & eadē lege naturæ. idq; ipsum si ita est, certe violare alte-
 rā naturæ lege prohibemur. Iuris autē cōsulti ius gentiū appellāt, non tam-
 tum id quod naturale secutū est, quod argēteo seculo natū existimatur, cum
 cōmercia rerum esse cœperunt: sed illud etiā primariū, quod inter homines
 solos intercedit, de quo Caius in lege Omnes, intellexit: quod naturale dicitur.
 vt idem libro primo Tuscul. Nulla gens, inquit, tam fera, nemo omnium
 tam immanis cuius mētem non imbuerit deorū opinio. multi de diis praua
 sentiūt (id enim vitioso more effici solet) omnes tamen esse vim & naturā di-
 uinā arbitrantur. Nec vero id collocutio hominū aut cōsensus efficit: non in-
 stituta opinio est confirmata, non legibus: omni autem in re cōsensio omnium
 gentium lex naturæ putanda est. Secundū hæc verba Ciceronis, notiones in
 animis nostris anticipatę sunt de iure naturali. quale est quod idem in primo
 de Natura Deorum, inquit, in persona Velleii Epicurei loquens, Solus enim
 (inquit) vidit Epicurus primum esse deos, q; in omnium animis eorum notio-
 nem impressisset ipsa natura. quæ est enim gens, aut quod genus hominum
 quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quā appel-
 lat Prolepsin Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationē:
 sine qua nec intelligi quicq;, nec queri, nec disputari possit: Et paulopost, Cū
 enim non instituto aliquo aut lege aut more sit opinio cōstituta, maneatq; ad
 vnum omnium firma cōsensio, intelligi necesse est esse deos, quoniam inatas
 vel potius innatas cogitationes habemus. Hæ & primæ notiones ab eodem
 dicuntur: alii præsumptiones & prænotiones vocant, id est ennoeas, quas di-
 uus August. lib. vii. & xii. de Ciuitate, notiones interpretatur quasi cōmunes
 intelligentias. αὐτόπιστοι dicuntur, quasi per se fidem facientes sine argumen-
 tis: vt supradictum est de axiomaticis. de quibus idem Cic. in pri. de Legibus,
 Quæq; in animis, inquit, imprimuntur incohatae intelligentiæ, similiter in
 omnibus hominibus imprimuntur. Informationes etiā dicuntur, vt idem
 in secundo de Natura Deor. Omnibus enim innatum est & in animo quasi
 insulptum, esse deos. quales sint, variū est: esse nemo negat. Cleanthes quidē
 noster quatuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse
 notiones. Appellantur etiā ὑπόβολαι. vnde Galenus καὶ πρῶτω ἐπιβολῶν, pri-
 ma animi notione, id est animi adiectione. Ista igitur fere quæ iuri naturali
 ascribuntur, id est quæ natura docuisse nos creditur, versantur in sensu com-
 muni, non illo quidem arbitro & disceptatore omnium sensuum, & cui sensus
 omnes ancillantur: qui principatus animæ dicitur a Cicerone, & a Gale-
 no τὸ ἡγεμονικόν τῆ ψυχῆς in decimotertio Therapeutices, & a Plutarcho in quar-
 to de Placitis philosophorū. cuius meminit memorabiliter Cic. in secundo de
 Natura Deor. & in. v. de Finibus, & Themistius in tertio de Anima. sed in

Ius gentium.
 Ius naturale.

Anticipatio
 & Prolepsis

Notiones
 Prænotiones
 Præsumptiones
 Ennoeas.
 Αὐτόπιστοι.
 Incohatae in-
 telligentie.
 Informationes.

Ἐπιβολαι.

Principatus
 animæ.

lo altero cuius meminit Quintil. in pri. his verbis, Sensus ipsum qui communis dicitur ubi discet puer cum se a congressu, qui non hominibus solum sed etiam mutis animalibus naturalis est, segregarit. Et Iuuen. Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna. Seneca, Sic in beneficio sensus communis locum, tempus, personas, obseruet. A grecis κοινός λογισμός dicitur. Gregorius, τὸ ἕτος κοινὸν ἔθος λογισμῶν. Similis est communis prudentia apud Cic. lib. iiii. de Finibus. Et si in ipsa, inquit, navigatione negligentia eius nauis euersa, maius est peccatum in auro quam palea. omnibus enim artibus volumus attributam esse eam quam communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique officio presunt, debent habere. Verum enimvero ad cognitionem illam veniendum, quam Florentinus Iurisconsultus inter humanum genus intercedere dicit, quam Accursius homo minime malus ad primum parentem ex historia Geneseos refert. Marcus igitur Tullius lib. v. & ultimo Finium, Pisonem Academicum his verbis hac de re differentem inducit, In omni autem honesto quod per se expetendum dicimus, nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quam coniunctio inter homines hominum, & quasi quaedam societas & communicatio utilitatum, & ipsa charitas generis humani: quae nata a primo statu quo a procreatoribus nati diliguntur, & tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foras cognitionibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitias, post in ciuitatibus cum ciuibus, & iis qui publice socii atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanae: quae animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc quam dico societatem coniunctionis humanae munifice & aequae tuens, iustitia dicitur. cui sunt adiunctae pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quaeque sunt generis eiusdem. Atque haec ita iustitiae propriae sunt, ut sint virtutum reliquarum communia. nam cum sic hominis natura generata sit ut habeat quiddam innatum quasi ciuile & populare, quod Graeci politicon appellant: quicquid aget quaeque virtus, id a communitate, & ea quam exposui charitate atque societate humana non abhorrebit. Hactenus ille. Quo in loco, primo statu pro statu corrupte vulgo legitur. Idem in pri. de Leg. altissime (ut ipse inquit) iuris principia repetens, ita quodam in loco ait, Omnium autem quae in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius quam plane intelligi nos ad iustitiam esse natos. neque opinione sed natura esse constitutum ius etiam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionemque perspexeris. Nihil est enim vnum vni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmetipsos sumus. Quae si deprauatio consuetudinum, si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret, & flecteret quocumque coepisset, sui nemo tam similis esset quam omnes sunt omnium. Ita quaecumque est hominis diffinitio vna in omnes valet: quod argumenti satis est nullam dissimilitudinem esse in genere. etenim ratio qua vna praestamus beluis, per quam coniectura valemus, argumetamur, refellimus, differimus, conicimus aliquid ac concludimus, certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facilitate par. Idem alibi, Quid est autem non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra ratione diuinius: quae cum adoleuit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. Est igitur (quoniam nihil est ratione melius, eaque & in deo & in homine) prima homini cum deo rationis societas. inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis est. quae cum sit lex, lege quoque conciliati ho-

Sensus communis.

Communis prudentia.

Societas humana.

Charitas humana.

Ratio.

mīnes cum diis putandi sumus. Inter quos porro est communio legis, inter
 eos communio iuris est. quibus autem hæc sunt inter eos communia, & ciui-
 tatis eiusdem habendi sunt. Si vero iisdem imperiis & potestatibus parent,
 multo etiam magis parent huic cœlesti discretioni, mentiꝫ diuinę, & prepo-
 tenti deo: vnde etiam vniuersus hic mundus, vna ciuitas cōmunis deorū atq;
 hominū existimanda est. Idem de igniculis loquens nobis a natura ad iusti-
 tiam consecrandam datis, corruptela autem malę cōsuetudinis extinctis. Qu-
 si quo modo, inquit, est natura, sic iudicio homines humani (vt ait poeta)
 nihil a se alienū putarēt, coleretur ius æque ab omnibus. Quibus enim ratio
 a natura data est, iisdem etiam recta ratio data est. ergo & lex, quę est recta ra-
 tio in iubendo & vetando. si lex, ius quoq;. at omnibus ratio, ius igitur datū
 est omnibus. Recteq; Socrates execrari eum solebat, qui primus vtilitatem a
 natura seiunxisset. id enim querebatur caput esse exitiorū omnium. vnde illa
 Pythagorica vox τὰ πῶν φίλων κοινὰ, id est omnia inter amicos communia. sed
 locus ille vulgo mutilate legitur. Ex prædictis apparet id quod Vlpianus
 inquit, Seruitutem iure gentium secundo constitutam esse, non illo primo
 iure, quod naturale dicitur, ab eo (vt Caius inquit) q; naturali ratione inter
 homines constitutum sit. Propterea Aug. lib. xix. de Ciuitate, seruitutem pri-
 mum culpæ non naturæ impositam esse dicit: cum Noe animaduertēs in fi-
 lium, seruire eum fratribus suis iussit. id quod Genes. nono memorię etiam
 proditum est. quam seruitutem iustam interdum atq; etiam vtilem esse ipse
 eodem libro demonstrare contendit. Ius autē gentium Liius lib. v. ab vrbe
 condita, ius humanum appellat, de Gallis loquens: quomodo & Verg. Sige-
 nus humanū & mortalia temnitis arma. Sunt & iura bellica. vnde illa Ca-
 milli verba apud Liium ad proditorem puerorum magistrum, Non ad si-
 milem tuū nec populum nec Imperatorem scelestus ipse cum scelesto mune-
 re venisti. nobis cum Faliscis, quæ pacto fit humano, societas non est: quam
 ingenerauit natura vtrisq;. est eritq;. Sūt & belli sicut & pacis iura, iusteq; ea
 non minus q̄ fortiter didicimus gerere. Arma habemus non aduersus eā ata-
 tem, cui etiā captis vrbibus parcitur, sed aduersus armatos. Inde illa nobis
 cōtrouersia apud Fabium Quintilianum in quinto, capite de argumentis,
 de iure belli, apud Amphictyonas commune Gręciæ consilium agitata. Atq;
 hæc in vniuersum dicta sint vsq; ad legem, Ex hoc iure gentium.

Ius.

Seruitus.

Ius gentiū & humanum.

Amphictyones.

Ius ciuile.

Ex. I. Ius ciuile.

Ius ciuile est quod neq; in totū a naturali iure recedit, neq; per omnia ei ser-
 uat. Hoc dictū quomodo intelligi debeat, nos Ciceronis verbis demonstrare
 possumus. Is enim lib. tertio de Finibus sic inquit, Quęadmodū igitur mem-
 bris vtimur prius q̄ didicimus cuius ea vtilitatis causa habeamus: sic inter nos
 ad ciuile cōmunitatē coniuncti & cōsociati sumus: quod nī ita se haberet, nec
 iustitię vllus esset nec humanitati locus. Et quomodo hominū inter homines
 iuris esse vincula putāt, sic hominī nihil iuris esse cum bestiis. Præclare enim
 Chrysippus, cætera nata esse hominum causa, eos autem cōmunitatis & so-
 cietatis suę, vt bestiis vtī ad vtilitatem suā possint sine iniuria. Quoniamq; ea
 natura esset hominis, vt cū genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui

id conseruaret eū iustum: qui vi ageret, eum iniustum fore. Sed quemadmo-
 dum theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest eius esse eum locū
 quē quisq; occuparit, sic in vrbe mūdove communi non aduersatur ius quo
 minus suū quidq; cuiusq; sit. Aristoteles libro quinto Ethic. Ciuilis autem iur-
 is, inquit, partim naturale est, partim legitimum siue legale. Naturale ubi-
 us gentium eandem vim habet, nec hominū opinione constitutum est. Legi-
 tum ab initio quidem nihil refert hoc modo vel secus: post positionem ve-
 ro tum demū refert. quo iure nituntur omnia rationē sciti decretiq; habētia:
 τὰ δὲ πολιτικὰ δικαία, ἃ μὴ φυσικὰ ὄντι, τὰ δὲ νόμικα φυσικὰ μὲν, ἃ πανταχῶς τὴν αὐτὴν
 ἔχουσι δάσκαλοι, ὅτι τὰ δὲ δικαία ἢ μὴ νόμικα δὲ, ἃ ἀρχῆς μὲν ἔθεν διαφέρει ἕτως ἢ ἀλλῶς, ὅτι
 δὲ δύνανται διαφέρει. Ipse vero iuris originem omnifariāq; rationem subtilissime
 scrutatus, ac compediōse omnia explicans, in hanc propemodum sententiam
 inquit, Iustitiā particularis & iuris quod ab ea proficiscitur, genus vnum est
 quod in distributionibus versatur, aut honoris, aut pecuniarum, aut ceterarū
 rerum quę distribuī inter eos possunt qui eiusdem ciuitatis consortes sunt. in
 iis enim & æquam & inæquabilem partē inuicem ferre possumus. Aliud au-
 tem genus est commerciis emēdandis corrigēdisq; comparatum. Commer-
 cia porro duorum generum sunt: quædam enim voluntaria, quædam non vo-
 luntaria sunt. Voluntaria vt emptio, venditio, mutuū. ob id voluntaria dicta,
 q; eorum principium in arbitrio nostro situm est. At eorum quę nō volunta-
 ria sunt, partim clandestina sunt, vt furtum, adulteriū: partim violēta, vt ver-
 bera, vincula, raptus. Enimvero distributiuum ius confessum est apud omnes
 pro dignitate cuiusq; statui oportere: quod ius ab eo δ κατ' ἀξίαν appellatur,
 de quo in tertio etiā Politicon mire disputat de æqualitate ciuili loquēs. verū
 in eo pugna est, q; Democratici, id est populari instituto viuētes, dignitatem
 in libertate cōstituūt. Oligarchici id est paucorū statu gaudētes, dignitatem
 partim in cēsu & facultatibus ponūt, partim in generis nobilitate: Aristocra-
 tici vero, id est optimatium statum fouentes, virtute dignitatem metiuntur.
 Proinde ius in proportione constitutū est. Proportio enim quā ipse analogiā
 vocat, æqualitas est rationis, quæ consistit minimū in quatuor. Diuiduntur
 enim & quæ distribuuntur, & quibus distribuūtur. Itaq; ius huiusmodi inter
 quatuor minimū intercedit, quæ analogia geometrica vocatur, in qua cōtin-
 git totum ad totū ita sese habere vt vtrunq; ad vtrunq; hoc est vtrunq; ad al-
 terum. Est autem hæc proportio hiulca & interrupta, id est non continua, hoc
 modo, vt a ad b, se habet, sic c ad d. Sit igitur exempli gratia super a, Lucius
 Crassus orator, vel Scæuola Iuriscōsultus æqualis eius: quorū alter disertorū
 cōsultissimus, alter cōsultorū disertissimus fuit, si Ciceroni credimus. sit autē
 super b, Paulus Castrēsis aut quiuis alius ex illa Gottica gente, quorū nemo
 nō infantissimus in verbis etiā iuris fuit: aut contra logodædalus aliquis (vt
 Plato sophistas appellabat) verborū funditor inanis, qui venustatē verbo-
 rum, non sensuum acumen consecetur, aut qui orationis concinnitatem potius
 q; pondera sententiarū præstare possit. vt vno verbo dicam, loquēdi peritus,
 ciuiliū rerum ignarus. sit rursus super c, magistratus aliquis amplissimus,
 vt apud nos cancellariatus, aut etiam stipendiū primariū, & (vt ita dicā) ta-

Diuisio iuris

Commercia.

δ κατ' ἀξίαν
 δίκαιοι
 Democratici
 Aristocrati-
 ci.
 Oligarchici.
 Aristocrati-
 ci.
 Analogia
 geometrica.

Logodædali
 verborū fun-
 ditatores.

lētariū. \bar{d} vero honor aliquis infimi subsellii, aut stipēdiū sesquibre atq; etiā
 (si dicere liceat) triobolare. Dico igit̄ quā rationē habet \bar{a} ad \bar{b} , id est culmē
 illud doctrinę & eruditio numeris omnibus sciētia humanioris absoluta, ad
 illā aut prudētis infatiā, aut loquacitatē inscii: eādē habere \bar{c} ad \bar{d} , hoc est ho-
 norū summū fastigiū & primariū stipēdiū, ad populare munus & gregariū
 stipēdiū. & permutatim, vt se habet \bar{a} ad \bar{c} , id est vir primī nominis ac meriti
 ad primariū honorē: sic \bar{b} ad \bar{d} , id est homo inferioris aut etiā postremę no-
 tē ad plebeiū prēmii, dūtaxat si iure distributiuo vtī volumus: quod Aristote-
 les analogū esse affirmat, id est proportione constitutū. quo iure in distribu-
 tione malorū omnia vice versa spectāda sunt. Quod autē præter hanc analogi-
 giā, inquit Aristoteles, distributū fuerit, non ius sed iniuria erit, cū sæpe po-
 steriōres honorū partes ferant quibus priores iure debentur: cōtrāq; malorū
 priores, quibus cōueniunt posteriōres. Quod si ita est (vt omnino certe est)
 hoc genus iuris rarissime moribus nostris vsurpatur. Nulla enim isonomia,
 id est equabilis honorum honorūq; distributio, in qua omnia omnibus paria
 ac demēsa respōdēt (vt inquit Marcus Tullius) in regno nostro quęrenda
 est: in quo & honores & opes & omnino præmia virtutis, arbitrio non dico
 vnus id est Principis (equissimo em̄ animo ferēdū illud esset) sed vnus aut
 alterius qui maioribus fatiis supprīncipes aut etiā Seiani (vt ita dicā) Prin-
 cipis euaserūt: aut qui quouis aulico artificio Principibus obrepserūt, nō tam
 distribuūtur q̄ dilapidātur, atq; etiā interdū turpi dinūdinatione indignis de-
 ferūtur. Vt enim ambitiosissimus quisq; partis cuiusdam reipublicę guber-
 nacula arripuit, ita cohortē sibi protinus amicorū clientiumq; cooptat: quos
 ad Principē redēpta cōmendatione insinuat, sicq; ad varia munia distribu-
 tos, tanq̄ vicarios habet, tuendarūq; partiū suarum institores: semel ipsi ob-
 strictos insinuationis auctoramento. Quare eximios sæpe viros in ordinem (vt
 dicitur) coactos consensescere videmus, nisi tædio inuisę in aula virtutis, atq;
 aliorum exemplis edocti, beatis illis aulicis sese mancipio dederint (vt ita di-
 cam) qualisq; grauitatis ac constantia maiestatem in eorū assentationē pro-
 stituerint: deniq; (vt plane dicam) nisi virtutis fasces inaneis fortis fortune
 sumiserint impotētię. cōtrāq; nebulones quosdā & leuissimos homines,
 aut ignaros, & (vt vocabulo gręco dicitur) analphetos, nec literarum nec
 nandi peritos: sed qui vēditare sese bellissime cuiq; in aula præpollenti dice-
 rint, virtutis præmia obtinere, insolenti confidentia: veluti magnis suis meriti-
 tis e numero (vt dicitur) exemptos. Geniūs hīc est fere æternus huius regni,
 ne forte seculi nostri infelicitati detur: & alioquin vt inquit Lucanus,
 Sceptrorum vis tota perit, si pendere iusta
 Incipit, euertitq; arces respectus honesti.
 Fortasse tamē hoc Principe meliora iamā omnia futura sponderē nobis de-
 bemus: siquidē non paucos iam paucis annis vidimus primarios viros ac de-
 literis literatisq; optime meritos, sola nominis ac famę meritorūq; cōmenda-
 tione, recta (vt cōstāter creditur) citraq; vllā suffragatorū redēptionem, in
 Regis gratiā insinuat, Principis vtīq; voluntati in deferendis primis hono-
 ribus, aulicorum quoq; votis certatim astipulantibus. Præterita igitur excu-

timus, futura vero meliora speramus. Verū ad id quod instat revertamur. Al-
 terū est genus iuris quod Diorthoticon ab Aristotele dicitur, quasi emenda-
 tiuū: quod in cōmerciis versatur, & a distributiō differt. Illud enim distri-
 buēdis cōmunibus bonis cōparatū est secūdū analogiā prēdictā, quę geome-
 trica dicitur a mathematicis. Hoc autē ius quod in cōmerciis spectatur, equa-
 litate quidē ius est & inæqualitate iniuriū: sed alia proportione constituitur,
 quę arithmetica dicitur. Etenim nihil refert siue vir bonus virū prauū circū-
 scripserit, siue bonū prauus: aut siue vir bonus adulteriū admiserit, siue impro-
 bus: sed damnū tantū aut noxa in hac specie refert, in qua iudicis partes sunt
 inæqualitatē ad æqualitatē reducere: cū scilicet ab eo qui plus æquo per cir-
 cūscriptionē tulit, multa inflicta lucrū aufert. tunc enim, dimensa noxa, vna
 pars danū, altera lucrū vocatur: vt lucrū (licet nomine nō admodū proprio)
 dicatur eius esse qui noxam aut damnū dedit: damnū autē eius qui accepit. sic
 damnū & lucrū minoris ac pluris vicē obtinent: mediū autē equalitatis. Plus
 igitur boni & minus mali lucrū est: & vice versa damnū. In hac proportione
 tria considerātur, duo extrema, maius & minus, mediū, ius emendatiuū corre-
 ctiuūq;: quod mediū est damni & lucri, quę sunt extrema. Cū igitur de hoc iu-
 re ambigitur, ad iudicem itur, ad iudicem autem ire, ad ius est ire. Iudex enim
 quasi animatū ius est, vt græce δίκαιορ ius, & dicastes iudex dicitur. Propterea
 quidā, inquit Aristoteles, Mesodicos iudices vocāt, quasi mediūrios, a medio
 ac iure cōposito vocabulo: quoniā qui mediū consequi potuerunt, ii ius suum
 obtinere videntur. Ideo, inquit, dicæon dicitur quasi dichæon, hoc est biperti-
 tū: & iudex Dicastes quasi dichastes, hoc est bipertiens. Porro quē admodum
 in geometrica proportione & iure distributiō quatuor esse cū minimū ne-
 cesse est, sic & in hoc iure commerciario & in hac proportione arithmetica &
 cōtinua: sed ita vt in hac mediū bis assumatur, hoc modo, vt a ad b, sic b ad c,
 bis enim assumitur b. & ideo cōtinua hæc proportio dicitur, non vt illa in-
 terrupta, vt vnū bis sumptū duorū loco est. Quomodo igitur se habet a ad b,
 id est æquo maius ad æquū: sic se habet æquū id est iustum, ad id quod iusto
 æquoq; minus est. Est itaq; mediū iustū iusq;, quo plus boni minusq; mali, quę
 luci nomine vocantur: & plus mali minusq; boni, quę damni, ad æqualitatē
 reducuntur. Quomodo autem id fiat, Aristoteles lineari figura demonstrat,
 qui iustū distributiūm, διαιμελικόν appellat, & ἀλλανλικόν vero id quod nos com-
 merciariūm. Est & aliud ius ab eo commemoratum, quod ἀντιπερθεός dicitur,
 & latine Talio. cuius iuris assertores fuisse Pythagoreos, iusq; Rhadamāthi
 vocitare solitos esse ait, versu græco dicitantes,

Diorthoticō.

Analogia ad
arithmetica.

Iudex ius ani-
matum est.
Mediūriū.
μεσόδικοι

Ius distribu-
tiūm.
Commerciariū
Διαιμελικόν
Ἀλλανλικόν
Ἀντιπερθεός
Talio.

Ἐἰ κε πάθοι τὰ ἕξ ἑξῆς, δίκη τ' ἰθεὶα ἤσοιτο.
 Ius rectum fuerit si factis perferat æqua.

Hoc genus iuris Aristoteles ipse improbat. Ait enim nec legitimo iuri, nec ei
 quod in ciuilitate versatur, id est in communione, conuenire, nec distributiō
 nec emendatiō, de quibus supra diximus, quod ipse rationibus demonstrat.
 In communionibus tamen cōmercialibus ius talionem cōtinere perhibuit,
 dūtaxat per analogiam, non per æqualitatē, κατ' ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα.
 vt cū sutor & structor inuicem aliquid faciunt artificii sui, vt sutor calceum,

I nstructor domū, & itidem de ceteris artificiis. in quibus omnibus talio illa per
 analogiā, inquit, interuenit. Sed vno aliquo opus est quo omnia dimetiātur
 vt ad æqualitatē reducantur. Hoc autem reuera est indigentia, qua ipsa com-
 mercia vniuersa continentur. Quippe si nullius rei indigerēt homines aut nō
 similiter indigerent, aut cōmerciū non esset, aut certe non idem esset. Itaq;
 nomisma veluti pro indigētia hominum instituto successit, quod hominibus
 inter se intercederet: inde nomē sortitū, q; lege id est nomo græce, non autem
 natura originem habeat. vnde numus latine videtur quasi nomus dictus.
 Hoc etiā dictū Aristoteles forma quadā mathematica demonstrat, vt fere so-
 let ea quæ tractat quantū per naturā rerū licet, sciētifice & mira arte explicat
 ta tradere. Talionis pœna. xii. tabulis cōstituta erat: sed postea Prætorij iuris
 clemētia reuocata est. vt docet Gel. lib. xix. Noctium Attic. Causas autē re-
 uocandæ duas præcipue assignat, legis incōmoditatem, & rependendæ pœ-
 næ id est retaliandæ difficultatem, vt latius ipse docet. Nec mirū tamen Ta-
 lionem iure. xii. tabul. cōstitutam esse, cum diuina etiam lege inductam legi-
 mus. Exodi vigesimoprīmo, & Deuter. decimonono, de pœna sycophantiæ &
 calumniæ, Non misereberis eius: sed animam pro anima, oculum pro oculo,
 dentem pro dente exigēs. Quintil. in octauo, Est & quod appellatur a nobis
 νόμισμα, qua vocē intellectus accipi potest. sed hoc nomine donarūt ea quæ nō
 dicunt, verū intelligi volunt: vt in eum quem sæpius a ludo redemerat foror,
 agētē cū ea talionis, q; ei pollicem præcidisset, eras dignus vt haberes inte-
 gram manum. sic enim auditur vt depugnare. Vbi ludum pro gladiatura
 Quintilianus intelligi voluit. Sunt & alia genera iuris ab Aristotele posita
 vt ius paternū, quod patricon: vt herile, quod despoticon ab eo dicitur: quod
 ciuile non est, sed ciuilibus iuris simile. cuius dicti hanc rationē assignat, Man-
 cipiū enim & liberi q̄ diu a patre per ætatē non recedūt, tanq̄ pars eius sunt.
 Atqui nemo inferre iniuriā consulto sibi ipsi creditur: nemo igitur in sese ius
 iniurius: ita nec iniuriā nec ius est duntaxat ciuile. Inter virū vero & vxorē ius
 magis intercedere ait q̄ inter patrem & liberos, aut dominū & mācipiū. hoc
 autem œconomicon a domestica dispensatione & constitutione familiari dicitur,
 alterū & ipsum a ciuili iure. In tertio vero Politicon, œconomicon mā-
 gistratum appellat, id est διοικονομικὸν ἀρχὴν, potestatem illam qua vir vxori, liber-
 ris, & omni familię præest: pudēdo eorū more, qui vsque adeo vxorū sunt (ne
 dicam ignaui) vt domi suæ priuati sint, & vxoriæ potestati pareant, cū foris
 magistratus gerant, & viris imperare se dignos esse censeant. quos Aristoteles
 in secūdo Politicon γυναικονοκρατίας appellat, id est in vxorio imperio vi-
 uentes: quorū status γυναικονοκρατία, dicitur ea forma qua aristocratia: qui etiā
 sentētia nostra ochlocratia proprie dici potest: hoc est turbulentus status, cū
 legibus illis gynæcocraticis parēdum est, Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratio-
 ne volūtas. &, Clames licet & mare cælo Confundas homo sum. &, Nil vnq̄
 inuita donabis coniuge, vedes Hac obstante nihil, nihil hæc si nolet emetur.
 Hęc dabit affectus, ille excludetur amicus iam senior. Propterea idem Aristo-
 teles in eodē secundo de his loquens ita inquit, καίτοι τί διαφέρει γυναικας ἀρχῆς
 ἢ τῶς ἀρχοντας ἐν τῇ γυναικῶν ἀρχῇ; ταυτὶ γὰρ συμβαίνει, id est, q̄q̄ quid refert

Numus.

Talio.

νόμισμα

Patricon
Despoticon.

œconomicon

In gynæco-
cratiamenos.
Gynæcoera-
tia & eius le-
ges.
Iuueni. sat.
vi.

putamus mulieres ne magistratus gerant, an magistratus gerentes mulieribus pareant: idem enim utrobique accidit. Ideoque Lacedæmoniorum politiam improbandam esse tradidit, quæ magna ex parte muliebri imperio regetur. Idem etiam multas gentes bellatrices & militariter vitam traducetes ultra Celtas, in γυναικοκρατία vivere tradit. Itaque inquit scitum illud fabulamentum videtur eius qui Martem cum Venere illaqueasse primus dicitur. huiusmodi enim viri in Venerem maxime prout muliebri imperio regi fere nati sunt.

ἄλλοτε κὰρ πυγχανῶσι γυναικοκρατῆες οὖνοί καθάπερ τὰ πλάτῃν στρατωνῶν καὶ πλεμνῆς ἡσῶν ἔξω κελτῶν. Plinius libro sexto, Gynæocratomenos appellat populos quosdam Amazonum vicinos, bello ab Amazonibus victos: ex eo sic dictos, quæ victricibus obsequantur ad procreandam eis sobolem. Hæc est summa ut arbitror Aristotelicæ sententiæ de iuris multifarii explicatione, cum eo quod antea diximus de æquo & bono & iure duriori. Quæ quoniam nobis ad hunc titulum maxime pertinere visa sunt, quæ potuimus brevissime ac explanatissime me ex auctoris eius copia in latinum sermonem transtulimus.

Gynæocratomenos

Ex eadem lege in fine.

Ut apud Græcos &c. Locus hic mutilatus est: ascribenda enim sunt hæc verba, τὸ μὲν ἀρχαῖον, τὸ δὲ νομικόν. Aristoteles in octavo Ethicorum, καθάπερ δὲ δικαιοῦσι διττῶν, ἀλλ' ἀρχαῖον τὸ δὲ, καὶ νόμον. Et in tertio meminit τῶν νόμων τῶν κατὰ γράμματα, καὶ τῶν κατὰ ἔθνη. Plato libro septimo de Legibus ἀρχαῖα νόμιμα, appellari a quibusdam dicit ius non scriptum, οὐκ πατρίδος, φησὶ, νόμους ἐπινομάζουσιν, quas patrias, inquit, leges cognomento uocitant. Idem paulo post tria genera ponens, νόμους, ἔθνη, ἐπινοήματα, id est leges, mores, instituta, πᾶσι γὰρ τῶν πόλεων ἢ πόλις ξυνοίεται. ἄνευ δὲ ἀλλήλων ἐκότερα τῶν ὄντων ὄντι μόνιμα. Omnibus his, inquit, pariter ciuitas indiget. utraq; autem sine alteris stabilia esse nequeunt. Mores & instituta quasi pro vno posuit: propterea utraq; dixit de duobus loquens. Instituti autem exemplum est apud eundem alibi in eodem libro. Totam enim noctem, inquit, sopiri ciuem vnum in republica, nec familie sue primum experrectum videri, & ex lecto surgere, turpe est: siue id lex, siue institutum potius vocandum est. Quemadmodum & matrem familias ab ancillis excitari, nec ipsam potius ancillis anteuertere ex somno expergiscentem. Quintil. lib. tertio, Afferunt (inquit) laudem liberi parentibus, vrbes conditoribus, leges latoribus, artes inuētoribus, nec non instituta quoque auctoribus: ut a Numama traditum deos colere, a Publicola fasces populo submittere. Institutum igitur est ius non scriptum, quod tamen certum auctorem habet, id est magnum aliquem auctorem, quem reliqui imitari non erubescant. Quale est Publicolæ illud factum, cuius meminit Liuius in primo: qui fasces primus populo sumisit. Instituire etiam aliquid, est auctorem quasi conditorē alicuius rei fieri, exemplumque posteritati relinquere, ut idem Quintil. Et si quod est (inquit) exemplum deforme posteris traditum, quale libidinosus vir Perfes in muliere Samia instituisse ausus dicitur. Sunt & exempla crebra apud Ciceronem, de moris significatione. Macrobius lib. tertio Saturn. Varro (inquit) more esse dicit in iudicio animi, quæ sequi debeat consuetudo. Sed Iulius Festus de verborum signi-

Institutum

Instituere aliquid

Mos

ficationibus, Mos est (inquit) institutum patriū pertinens ad religiones ceremoniasq; maiorum. Quod dictū idē Macrobius latius exequitur. Ex cuius verbis apparet morem obseruationem quandam esse, non lege sed iudicio & opinione cōfirmatā. Inde illa locutio, more maiorum, nata. Cicero libro secundo de Oratore, Me pro meo sodali qui mihi liberum loco more maiorū esse deberet, & pro mea omni fama fortunisque decernere. Cicero hoc morem pro obseruatione posuit, quodāq; hominū grauiorum placito, nō lege nō necessitate cōfirmato: scilicet vt Quæstor Prætori liberū loco esset. De qua re in Diuinatione loquens ita inquit, Sic enim a maioribus nostris accepimus, Prætozem Quæstorī suo parētis loco esse oportere: nullamq; iustiorē causam neq; grauiorem necessitudinis posse reperiri, q̄ coniunctionē sortis, q̄ prouinciā, q̄ officii, q̄ publicam muneris societate. quamobrem si iure possis eum accusare, tamen cum is tibi parentis numero fuisset, id pie facere non posses. Verba sunt Ciceronis ad Quintum Cæciliū, vtentis præscriptione illa, q̄ eum, qui parentis ei locō, more id est obseruatione maiorū esset, citra impietatem accusare non posset. Idem in Verrem Act. secunda hoc idem morem & institutum vocat, quod vulgo nunc dicimus laudabilem consuetudinem. Etenim si perturbare, inquit, omnia, si permiscere volumus, totam vitā periculosam infestamq; reddemus. si nullā religionem fors habebit, nullam societatem coniunctio secundæ dubiæq; fortunæ, nullam auctoritatem mores institutaq; maiorū. Paulus in hoc titulo, Vbiq; Prætor salua maiestate imperii sui, saluoq; more maiorum ius dicere constituit, recte ius appellatur. Terentius, Q̄ multa iniusta ac praua fiunt moribus: id est q̄ multa iniuste fieri hominū obseruatione comparatum est: Lilius libro sexto secundi belli Punici, Tribuni pl. appellati cum lege, negarunt se in mora esse quo minus quod ei more maiorū permissum esset, seu legibus seu moribus mallet anqueret. Quintil. de argumentis loquens, Præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione etiam, si non omnium hominū, eius tamen ciuitatis aut gētis in qua res agitur, in mores recepta sunt: vt pleraq; in iure non legibus sed moribus constant. Inde moribus agere. Cicero pro Cecinna, Ibi tum Cecinnā posse lassē vt moribus deductio fieret. id est vt de possessione deduceretur eo modo qui a maioribus obseruatus esset. Vlpianus, Moribus apud nos receptum est, ne inter virum & vxorem donationes valerent. Et Pomponius, Hoc ius (inquit) moribus non legibus introductū est. Inde in iure, ius moribus receptum, & ius moribus constitutum legitur.

Ex lege Iustitia.

Iustitia.

Iustitia est constās & perpetua volūtas ius suū vnicuiq; tribuēs. Aristoteles duplicem iustitiā ponit: vnā, quæ virtutes omneis cōplectitur: alterā, quæ vna virtutū est: de qua hic loquitur Iurisconsultus. Iustitia enim, inquit, virtus est perfecta dūtaxat relata ad alium: ideoq; optima omnium est virtutum, hespero etiā luciferoq; admirabilior, numeros omnes virtutis cōplectatur. Quippe multi in propriis virtute vti potuerunt, nihil quod vitio verti possit admittentes: at vero in iis quæ cū aliis transigenda sunt, nō item. Itaq; scitum illud Biantis est dictum, Ἀρχὴ τῶν ἐν δόξῃ δ' αἰεὶ, id est, Principatus virū demonstrat

More maiorum.

Saluo more maiorum.

Moribus & in mores recepta. Moribus ag.

Ius moribus constitutum.

bit ad alterum enim & iam in cōmuniōne magistratus. Proinde vna omniū virtutum iustitia alienū bonū esse videtur, quoniā ad aliū pertinet: nec ipsa virtutis tantū pars est, sed tota ipsa virtus est, vt viceversa iniustitia non vitii pars, sed tota vitio constans. Lactantius libro sexto diuinarū instituit. Quantū autē a iustitia recedat vtilitas, populus ipse Romanus docet: qui per foeciales bella indicendo, & legitime iniurias faciendo, semperq; aliena capiēdo rapiendoq; possessionem sibi totius orbis comparauit. Verum hi se iustos putant si nihil cōtra leges suas faciant: quod etiam timorī ascribi potest, si presentium pœnarum metu sceleribus abstineant. Sed cōcedamus sane vt id natura vel (vt ait Philosophus) sua sponte faciant quod legibus facere coguntur: num idcirco iusti erunt qui parent institutis hominum, qui aut ipsi errare aut iniusti esse potuerunt: Sicut illi. xii. tabularum cōditores, qui publicæ vtilitati pro conditione temporū seruiuerunt. Aliud est igitur ciuile ius, quod vbiq; pro moribus variatur: aliud vera iustitia, quā vniformem ac simplicem proposuit omnibus deus. Idem libro quinto figmentū illud poeticum enarrans de iustitia de terris excedente quæ aureū seculum cōmutauit, memorabilia quædam de iustitia dixit. August. lib. xix. de Ciuitate, hoc verbum exponens, ius suū vnicuiq; tribuere: iustitiæ, inquit, munus est ius suū vnicuiq; tribuere. vnde fit in homine iustus quidā ordo naturæ vt anima subdatur deo, animæ caro: ac per hoc deo anima ipsa & caro. Iustitiæ imaginem Gellius libro decimotertio ex Chrysippi Stoici libro quodam transcripsit his verbis, Facit Chrysippus imaginem iustitiæ, fieriq; solitā esse dicit a pictoribus rectoribusq; antiquioribus ad hunc ferme modū, Forma atq; filo virginali, aspectu vehemēti & formidabili, luminibus oculorum acris, neq; humilis neq; atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit iudicem, qui iustitiæ antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocentesq; immisericordem atq; inexorabilem, erectumq; & arduum & potētem, vi & maiestate æquitatis veritatisq; terrificum. Hæc a Græcis Dice dicitur præsertim poetis, vnde Dicastæ iudices dicti vt ante diximus: & δικαιωσάντων. De hac Hesiodus in Ergis cum multis versus, tum vero hos scripsit.

*iustitia imā
go.
iudicis per
sona.
Dice:*

ἦ δὲ τε πρὸθεν ὄσι Δίκη, Διὸς ἐκγεγαῖα.
 κούνητ' αἰδοῖα τε θεοῖς οἱ ὄλυμπου ἔχουσι
 καὶ ὅποτ' ἐν ἡε μὴ βλάβῃ σκολιῶς δνοτάζωσι
 αὐτὶκα πάρος Διὶ πατρὶ καθελόμενῃ κρονίωσι
 γκρύειτ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀκρίσι
 Δίμ' ἀτασθαλίαις βασιλέων, οἱ λυγρὰ νοδόντες
 ἄλλ' ἢ κλίνουσι Δίκας σκολιῶς γνέκντες.

Hæc, inquit, Dice visēda Iouis filia est, virgo diis etiā ipsis cœlestibus venerāda: quā si quis obliquo iudicio leserit, spreta statim apud Iouē patrē queribūda affidēs, humanarū mentiū iniquitatē incusat: idq; ideo, vt principū iniquitates populares pœnis expient, qui subdola ipsi mente transuersa iudicia rapientes, iura perperam reddere soliti sunt. Hos versus sic latinos fecimus, Nata Iouis summi est veneranda deis quoq; virgo

Coelicolis augusta Dice, quam si quis iniquo
Iudicio incessit temerarius, illicet acris
Assidet ante Iouem, queribundo protinus ore
Humanæ mentis fraudes expostulat, ipse
Vindicet in populos regum vt facta improba, qui fas
Atq; nefas miscent reddentes turbida iura.

Homerus Iliados. xvi. huius deæ vim ingentem esse ait. cuius etiam indignationem in iudiciis spectat, magnis terrarum cladibus expiari solere. Suda de hac loquens, Hesiodus (inquit) virginem & incorruptam esse hanc deam dicit cum alio omni modo, tum verò cubili venereo: videlicet significans ius nullo pacto adulterandum esse, non gratia, non stupro, nò alia quavis causa. Hanc autem colentibus deam, tellurem quidem fruges multiplici fœnore reddere, mare vero omnia quæ parere solet, suppeditare. Demosthenes vero in Aristogitonem duas iudiciorum præsidēs facit, hanc & Eunomiā. sic enim inquit ad iudices loquens, πάντα οὐ τὰ τοιαῦτα ἔδην πρὶδόντας τήμορον, ὅς ὄσος δὲ καὶ τὰ δίκαια ἀγαπῶντων εὐνομίαν πρὶ πλείστον κρισσαμύνης, ἢ πάσας καὶ πόλεις καὶ χώματα σὺν καὶ τὴν ἀπρῶτον καὶ σεμνὴν δίκην, ἢ ὅ τας ἀγιωτάτας ἡμῶν πελετὰς καταδείξας οὐ φοβῆς, πρὸς τὸν ἑὸς θεόν οὐ φοβῆς καθημύλων, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. ἢν εἰς ἑαυτὴν ἕκαστον νομίσαντα βλέπερ, ἔπω ψευδίζουσι δὲ, φυλακτῶν καὶ προσώμων μὴ καταχάσασθαι τὰν νόμον ἢ ἐπὶ νόμος ὅστις ἕκαστος ὁ ἀδικάζων λαχῶν, τὰ πάντα τῶν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει καὶ καὶ δίκαια ὁ συμφέροντα φυλάττων, Vos igitur huiusmodi instituta transmittentes recte atq; ordine iudicare par est, Eunomiā illam iuris amantissimam vrbium regnorumq; columen imprimis colentes: simul inexorabilem illam augustamq; Dicen, quam Orpheus ipse qui sacratissimarum nobis ceremoniarum auctor fuit, asseditantem Iouis solio, humanos omnes actus perlustrare oculis ait. Hanc quasi vos omnes (se se quisq;) intueri putates sic oportet censere in iudiciis, idq; etiā etiamq; videre, ne quid eidem pudendum admittatis. cuius gentilis est vnusquisq; vestrū iudicandi locum quocūq; tēpore sortitus, si modo iusti & honesti, vtilitatisq; politicæ rationē vsquequaq; habuerit. Hactenus ille. Qui iudices iuris & iustitiæ gentiles, id est cognominis propterea appellat, q̄ a Dice dicastæ, vt a iure iudices dicuntur.

Ex lege priore de origine iuris.

Illois manibus.
Illois pedibus.

Illois (vt ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis tractare. Illois manibus hoc in loco significat abrupte & nulla præfatione ipsam protinus aggredi, imparatis adhuc audientium animis. Simile est illois pedibus apud Gellium libro pri. Nunc autem isti qui repete pedibus illois ad philosophos diuertunt, non est hoc satis q̄ sunt omnino ἀδιδωρητοι, ἀμαρτον ἀγεωμέτρητοι, sed legem etiam dant qua philosophari discant. Hic a Symposio Platonis incipere gestit, propter Alcibiadæ comessationē: ille a Phædro, propter Lyfiæ orationem. Macrobius libro primo Satur. Copiam (inquit) rerū in Vergilio pedibus illois prætereunt. id est immaturi Vergilianæ lectioni rerū copiam percipere nō possunt. Lucianus, ὅν μὲν ἀνίπτοις γε πρὸς ἴν, τὸ τῶν λόγων, πρὸς

^{ταυτα ηεν} Nec tamē illotis pedibus (vt est in prouerbio) ad hoc studiū venit, id est præproperus & imparatus. Caius autem illotis manibus dixit, cū de con-
 tractatione loqueretur, quæ manuū est. Gel. pedibus dixit, quia diuertēdi verbo
 vti volebat, vt Macrobius prætereundi, & Lucianus veniendi. Hic hic, amabo,
 hic dicant nobis legulei iuuenes, nōnulliq; homines iuris periti, humanitatis (vt
 ipsi dicitant) contemptores: vt vero nemo non intelligit, eius rei quā sibi ma-
 la iam doctrina imbutis desperandā prorsus sentiunt, nō ab re inimici atq; ob-
 tractatores: vtrū se illotis pedibus ad studiū iuris venisse negare ipsi audebūt?
 fere enim hodie qui & foro & iuris scholæ destinati sunt: vt trienio aut summū
 quadriennio quolibet sub præceptore rudimenta grammaticæ posuerunt, con-
 tinuo ad studiū iuris non tā transeunt q̄ profiliunt, ^{εν τωθω κρημείω μαθηται} Prouerbium,
^{αξιωντε} vt est in græco prouerbio, id est a dolio fingendo figulinam auspican-
 dā esse sententes. disciplinarum illi quidē, & , vt ita dicā, seueriorū grauiorūq;
 studiorum incunabula lucrifacere maxīma quæq; protinus aggrediēdo existi-
 mantes. sed toto (vt dicitur) cœlo errātes: qui tot tantarūq; rerum copiam si-
 ne mediocri antiquitatis cognitione capere se posse tradentibus Accursianis
 sperent: quicq; sanctissimā iuris ciuīlis scientiā illotissimis sese manibus cōtami-
 nare non sentiāt. Tute vero literarū studiosus & intelligēs quid cū hisce homi-
 nibus agas, qui rerū diuinarū humanarūq; scientiā, atq; omnē omnino pruden-
 tiā, cancellis illis forensibus (vt inquit Cicero) circūscriptā esse putāt? Alii in-
 dolē multarū rerū capacem nacti, & naturali impetu literas meliores appeten-
 tes, vbi primoribus labris gustare eas cœperunt, non dico medio e curriculo,
 sed a carceribus etiā: ipsi protinus reuocātur, reclamātibus parētibus atq; ami-
 cis, & ohe ac satis superq; vix re bene cœpta dicitātibus. quæstiosa enim iā stu-
 dia capeſſenda: & quod est apud Satyricū, rubras leges maiorū perlegendas.
 Ita quintū post annum non iā Papinianistas sed Papinialtros videmus, atq; etiā
 velut somno beatos ac Papinianos effectos. ^{Qu} si vere existimare velimus,
 quotus iā quisq; eorū iuris peritus fieri cupit? pleriq; enim formulariū fieri contē-
 ti non iuriscōsulti, iuris ciuīlis finē nō legitimæ atq; vſitatæ in causis rebusq; ci-
 uium æqualitatis conseruationē esse putant, sed aut sordidā meritoria & velu-
 ti proſtātis vocis altercationē, aut stili mercenariū sacculariā illā operā. Neq; id
 ideo dicimus, quasi omnes huius instituti homines vna pertica (vt dicitur) me-
 tiri nos velimus. quosdā enim nouimus & grauiiter & ingenue aduocationum
 officia præstātes. quorū partim eo nomine magnā gloriā adepti ad primarios
 ordines euaserūt, partim in eodē vitæ instituto permanētes, eo nominis peruene-
 runt, vt e limine egrediētes cōsultorū litigatorūq; frequentiā veluti saluatorū
 habeāt, magnasq; necessitudines officiosis patrociniis aduocationibusq; cōqui-
 fuerint. nunc etiā videmus clariorum hic aduocatorū ordinē seminariū esse vt
 ita dicā amplissimæ curiæ. Verum honestatis horū splendor, sordibus eorū ob-
 ruitur qui se capturis ex professo etiā mancīpauerūt: quæ multo maxīma pars
 est huius generis, non iā honorariū aduocationis comiter accipiētes, sed opera-
 rum mercedē chartulatiim æstimātes, efflagitātēq; parū liberaliter. Horum il-
 lud inuentum haud sane ingenuum, literis trientalibus ^{δικαιολογιας}, id est iudi-
 ciales causificationes scribendī, sesquipedalibus versuum interstitiis, credo vt
 clarius iudices possent iustitiam eorum iuraq; litigatorum cernere. In vniuer-
 C

Prouerbialia
ter.

sum autem qui hunc finem professionis suae non modo non negant, sed etiam gloriabundi praedicant, quoniam modo iuris se civilis studiosos esse defendunt, cum omnia sua causa faciant non civium: ut in quadam epistola Cicero iocabundus ad Trebatium scripsit iurisconsultum.

Ex I. posteriore de origine iuris.

Demarati filius.

Qui fuit illis temporibus quibus Superbus Demarati Corinthii filius. Hoc in loco hallucinatus est Pomponius, aut error est audaculi cuiuspiam emendatoris. Non enim Tarquinius Superbus Demarati filius fuit, sed Tarquinius Priscus, ut ex Livio constat libro primo ab Urbe condita. Cicero libro quinto Tusculanarum, Demaratus, inquit, Tarquinius Regis nostri pater tyrannum Cypsellum quae ferre non poterat, fugit Tarquinius Corintho, & ibi fortunas suas constituit. Plinius libro trigesimo quarto, Demaratum, inquit, Tarquinius Prisci Romani regis patrem. Quod vero hic dicitur de legibus Curiatibus, ita intelligendum ut lex Curiatia dicatur a Curiatibus comitiis, ut Centuriata lex a Centuriatis. De quibus Gellius libro decimo quarto, & Cicero libro tertio de Legibus, & in Orationibus non semel.

Lex curiata & centuriata.

Ex eadem lege.

Gn. Flavius.

Fastorum divulgatio.

Cornicium oculos configere.

Sublinere os.

Gnaeus Flavius Scriba surreptum librum populo tradidit. Meminit huius historiae Livius libro nono ab Urbe condita circa finem. De hoc Flavio Cicero pro Muræna, Possit agi lege nec ne, inquit, pauci quondam sciebantur: a quibus etiam dies tanquam a Chaldaeis petebantur. inventus est Scriba quidam, Gn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiam compilarit. Valerius libro secundo cap. prius civile per multa secula inter sacra caerimoniaeque deorum immortalium abditum, solisque pontificibus notum, Gn. Flavius libertino patre genitus & Scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus Aedilis Curulis, vulgavit, & fastos pene toto foro exposuit. Cornicum oculos configere (ut id obiter dicamus) Cicero in exemplo superiori pro eo posuit quod est callidos & versutos homines versutia & calliditate supplantare & eluctari. Ut enim clavis clavo truditur, sic vafricitia vafer, & ars eluditur arte. Unde Aristoteles in Politicis, καὶ χηρσιμοὶ οἱ πόνηροι εἰς τὰ πόνηρα, ἢ ἀλλὰ γὰρ ἢ ἢ ἀλλὰ, ὡς ἂν ἢ πρὸς αὐτὰ, Utiles, inquit, improbi ad improba transigenda. clavis enim clavo, ut est in proverbio. Cicero pro Flacco, Hic Hercule corniculum (ut dicitur) nam hunc Hermippum hominem eruditum civem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. eius enim fide pecuniam sumpsit a Fufiis. Ac si diceret, veteratorem & perastutum hominem veteratoria fraude subvertit. Huic non absimile est quod Plautus sublinere os appellare solet, ut in Aulul. Fidei cesebam maximam multo fide, ea subleuit os mihi penissime. Tracta locutione Hieronymus in praefatione Paralipomenon imitatus est his verbis, Nunc vero cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, & germana illa ante

ti quaq; translatio corrupta sit atq; violata, nostri arbitrii putas, aut e pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere condere, illudentibusq; Iudæis cornicum oculos configere: id est materiam eludendi nostri Iudæis præripere, qui cum se credant solos habere literarum sacrarum veritatem, ludibrium nos habent propter vulgatas translationes. Vtinam vero prodeat nobis superstitibus Tribonianus alter qui cornicum oculos iurisconsultis nostri temporis configat, id est qui tot voluminum acervos, quot ne Ptolemæi quidem bibliotheca caperet, certo quodam numero circumscribat: sed ita ut ad viuum reseret, ne æternum hoc regnum perferamus istorum, qui citandis Bartholo, Baldo, Alexandro, Panormitano, Barbatio, collectimq; cæteris iuris interpretibus, cum domini etiam (si diis placet) præfatione, arcem se doctrinam tenere indoctis stupentiq; turbæ persuaserunt: solosq; se dignos esse qui Principi maria ac terras populosq; regenti in consilio adesse, aut regendæ reip. præfici debeant: tametsi nulla alia disciplina, nulla rerum cognitione instructi. Quibus ubi Bartholum & Baldum ademeris, ad infantiam redactos ne hincere quidem videbis. De insolentibus nunc loquor & ineptis, non de iis qui solidioris doctrinæ conscientia huiusmodi ineptias ostentationum perosi, nihil non opportune ac grauiter plenis e pectoribus promunt.

Ex eadem lege.

Et ita factum est ut inter plebiscita & legem species constituendi interesset, potestas esset eadem. Quomodo locus hic intelligi debeat. Gel. libro decimo quarto docet his verbis, Tribuni autem neq; aduocant Patricios, neq; ad eos referre de vlla re possunt. Ita ne leges quidem proprie sed plebiscita appellantur, quæ Tribunis ferentibus accepta sunt. quibus rogationibus antea Patricii non tenebantur, donec Quintus Hortensius Dictator eam legem tulit, ut eo iure quod plebs sciuiisset, omnes Quirites tenerentur. Livi lib. iiii. Omnium primum cum velut in controuerso iure esset, tenerentur Ine patres plebiscitis, legem Centuriatis comitiis tulere, ut quod Tribuni plebis iussissent, populus teneret. qua lege tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum est. Est igitur plebiscitum quod nulla auctoritate patrum constitutum est.

Ex eadem lege.

Notissime sicut ad pauciores viros iuris constituendi via transisse rebus ipsis dictantibus videbatur. Via interdum docendarum rerum rationem significat. Cicero in Partitionibus, Quid diffinitionis quæ ratio & quæ via? Et de Claris oratoribus, Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen & de scripto plerosq; dicere. A græcis methodus dicitur, quod verbum Theodorus viam rationemq; docendi transtulit. Quintil. duas grammaticæ partes facit methodon & historiam. Methodon appellans quam Cicero viam, artem, & rationem vocat. sic enim inquit libro primo Institut. Et finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur, id est ratio loquendi & enarratio auctorum: quarum illam, methodicem: hanc, historicen vocant. Idem alibi methodon, breue dicendi compendium vertit, quasi breuem viam qua quæcelerrime ad peritiam euadimus. Cicero de Finibus, Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in iis aliquid dignum assumere

Methodici.

Amethodi.
Thessalus.

Iatronices.

ptione, tum q̄ consent ex cognitionibus, & contineant quiddam in se ratione constitutum & via. De hac via Quintil. in secundo de libris Technicorum loquens, Sed adiuuatur his quoq; ars dicendi, si tamen rectam viam, non vnam orbitam monstrant: a qua declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem. Quo in loco eleganti metaphora Quintil. vsus est. A methodo Methodici dicti sunt, qui rationem artis & discendi compendia sequuntur. Quo nomine vocauerunt se quidam medici illius Thessali discipuli, vt auctor est Galenus libro quinto Therapeuticæ, qui nec vsus experimentaq; secuti, vt empirici: nec indicationes & naturæ cognitionem, hoc est euidentium abditarumq; causarum notitiam, vt inquit Celsus: vt qui rationales dicuntur, cum nullum tertium sit aut reliquum instrumentum quo medicina tractari exerceriq; possit: dignos tamen se censuerunt qui methodici vocarentur, quasi viam rationemq; artisq; compendia commenti & sectantes: quos ipse Galenus ἀμεθοδωτάτας appellat, id est maxime omnium amethodos, hoc est a via & ratione docendi discendiq; abhorrentes quasiq; auios. De hoc Thessalo methodicorum principe Plinius libro vndetrices. ita inquit, Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum transfiliuit, delentem cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnis æui medicos perorantem. Hic tanta arrogantia fuit, vt iatronicen sese inscripserit, quasi medicorum victorem. Galenus libro nono eiusdem Therapeu. primum se dicit medicinam via & ratione tractasse, quod ipse μεθόδω θεωρητικῆν appellat. quam tamen viam Hippocratem primum secuisse dicit: sed viam ab eo sectam a se veluti stratam esse. Vnde librum suum methodon therapeuticam nominauit, quæ vulgo therapenica dicitur ab ignaris. Duas enim partes omnis artis & scientiæ facit, methodon & ascesin, id est viam & exercitationem. Neq; enim possumus, inquit, alicuius nobis artis scientiam comparare, nisi & commentationum in vniuersum viam quandam pernouerimus, & artis meditationem per singulorum exemplam exercuerimus. εἰ δὲ οἶδες ὡς εἶχ' οἰόντ' ὅτι τέχνης ἕδ' μιᾶς ὑπὸ τῆμιω κτήσας, καὶ τὴν μεθόδον μὲν τινὰ διὰ τῆν καθόλου λεγομένην θεωρητικῆν, ἄσκησιν δὲ διὰ τῆν ἐν μέτρῳ λαμβάνουσαν πρὸς ἀγαθμάτων. Idem in libro πρὸς ὄρωρ, id est de finitionibus, tres sectas medicinæ ponens, μεθοδικήν, inquit, ὅτι λόγῳ ἀπὸ φαινομένων ὁμοῦ μὲν ὅ, καὶ ἀόρατα καὶ ἀφανῆ κινεῖται, hoc est, Methodice est ratio, quæ ab apparentibus deprehendit occulta: vt si sudores sunt, etiam pori sunt. sudores enim res est euidentis: meatus autem esse sudoris, res est abdita. Celsus libro tertio, Medicinam ita finit, quasi viam quandam, quã methodicen Græci vocant: eorumq; quæ in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendunt. ac neq; rationabilibus se, neq; experimenta rerum sectantibus annumerari volunt: cum ab illis eo nomine dissentiant, q̄ in coniectura rerum latentium volunt esse medicinam: ab his, q̄ parum artis esse in obseruatione experimentorum credunt.

Ex eadem paulo post.

Ædiliū cura

Itemq; vt essent qui ædibus præessent in quas omnia scita sua plebs deferretur, & reliqua. Lilius libro tertio ab Vrbe cond. Institutum est etiam ab illis eadem Consulibus, vt senatusconsulta in ædem Cereris ad Ædiles plebis deferrentur, quæ ante arbitrio Consulium supprimebantur, nunciabanturq;. Leges

igitur & plebiscita & senatusconsulta ad curam *Ædiliū* pertinebant. postea tamen hæc cura ad *ærarium* translata est, vt alibi videbimus.

Ex eadem lege.

¶ Hi appellabantur *Quæstores parricidii*. *Parricidium* quo modo hic intelligendū sit docet *Festus* his verbis, *Parricidii* *Quæstores* appellabantur qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum. Nam *parricida* non vtiq; is qui parentem occidisset, dicebatur, sed qui qualemcunq; hominem. Sic autem fuisse indicat *lex Numæ* his composita verbis, Si quis hominem liberū morti sciens duit, *parricida* esto. *Tranquillus* in *Cæsare*, *Pœnas* facinorum auaritæ: & cum locupletes eo facilius scelere se obligarent, q̄ integris patrimoniis exulabant, *parricidas* (vt *Cicero* dixit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte mulctauit. Vbi *parricidas* pro homicidis accipiendum. *Parricida*, inquit *Priscianus*, tam a pari q̄ a patre deduci potest.

Parricidii

Quæstores.

Parricida.

Ex eadem lege.

¶ Et cum placuisset leges quoq; ferri, vt omnes magistratus se abdicarent, quod *Decemuirii* constituti vno anno, & reliqua. In hoc paragrapho multa verba deprauata sunt. pro cuius intelligentia, repetenda a *Liuiō* historia. Is igitur libro tertio sic inquit, Anno trecentesimo altero q̄ *Roma* condita erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab *Consulibus* ad *Decemuiros*, quemadmodum a *Regibus* ante ad *Consules* venerat. *Translatio imperii* minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit. læta enim principia magistratus eius nimis luxuriant: eo citius lapsa res est, repetitumq; duobus vti mandaretur *Consulum* nomen imperiumq;. Idem alibi, *Opinio* etiam sine auctore exierat, non in præsentis modo temporis eos iniuriam conspirasse, sed *foedus clandestinum* inter ipsos iureiurando ictum ne comitia haberent: perpetuoq; *Decemuiratu* possessum semel obtinerent imperium. Idem alibi, iam redierant *Legati* cum *Atticis* legibus. *Eo* intentius instabant *Tribuni* vt tandem *scribendarum legum* initium fieret. *Placet* creari *Decemuiros* sine *prouocatione*, & ne quis eo anno magistratus esset. *Legendum* igitur magistratu non magistratus: vt paulo infra, *Fufficere* magistratus, non magistratibus, hoc est substituere. Et quo ad *Decemuirii*: non quod aut quia, vt *Accursius* credidit, hoc sensu, latum est ad populum a *Tribunis* vt populus scisceret iuberetq; omnes qui cum imperio essent, magistratu sese abdicare: vt *Decemuirii* legibus ferendis crearentur, & ne quis illo anno magistratus præter *Decemuiros* esset. *Dicimus* enim abdicare se magistratu, vt abire magistratu. *Liuius*, *Valerius* curia egressus *Dictatura* se abdicauit. Idem, *Factum* senatusconsult. vt *Decemuirii* primo quoq; tempore magistratu se abdicarent. Hoc in loco perq̄ scite *Accursius*, *Latum* est, inquit, ad populum, hoc est dictum inter prudentes. Si tam lotis manibus *Accursius* tractanda iuris interpretum scripta, q̄ *Caius* (vt supra vidimus) censuisset, profecto haud huiuscemodii compluribus nugis pulcherrimam hanc legem inquinatā nobis reliquisset. Ferre ad populum legislator tum dicitur, cum legem in medium profert, vnde legislator dicitur. Ferre ad populum græci *ἄντισφάρα* dicunt, quasi afferre in medium. vnde *ἄντισφάρα*, legem legi contra

Decemuirii.

Abdicare se magistratu.

Ferre ad pop.

ἄντισφάρα.

ἄντισφάρα.

riam ferre, quod tum fiebat cum legem aliquam abrogari volebant, quod & παροφείπειν. παροφείπειν dicitur. Demosth. πρὸς Δεμήτριον, ἀναγνώσεται τὸν νόμον ὑμῶν ὃν παροφείπειν
 Rogare. ἡγάτωντες ἀντὶ τῶδε. Quo in loco multa de ferendis legibus dicit. Rogare etiam
 Plebiscitum. legislator dicebatur, unde rogatio dicta. Plebs vero sciscere dicebatur: hoc est
 Scire, sciscere. statuere decernereq; unde plebiscitum, quod græce πλεισισμα, dicitur, ut saepe
 apud Ciceronem legimus. Legis, rogationis, plebisciti, & aliorum verborum si
 quis differetiam nosse cupit, videat Gellium lib. ix. Referre de re aliqua ad Sen
 natum Cōsules & ii quibus Senatum cogere licebat, dicebatur, cū rem in Sen
 natu agitandam decernendamq; proponebant, rogantes Senatorū sententias
 cuius exempla apud Liuium scitent. hoc græci χρηματίζουσι πρὸς τῶδε dicunt, cuius
 χρηματίζουσι. exempla apud Aristotelem in Politicis. Vulgo dicimus ponere rem in delibe
 rationem curiæ. De more ferendarum olim legū Cicero pro Facco, O morem,
 De more ferendarū legū. inquit, præclarum disciplināq; quam a maioribus accepimus, si quidē tenerem
 mus: sed nescio quomodo iam de manibus elabitur. Nullam enim illi nostri fan
 cientissimi & sanctissimi viri vim concionis esse voluerūt. Quæ scisceret plebs
 aut quæ populus iuberet, summota concione, distributis partibus tributim &
 centuriatim, descriptis ordinibus, classibus, etatibus, auditis auctoribus, re per
 multos dies promulgata & cognita, iuberi vetariq; voluerunt. Erant autem le
 ges quædam Curiatæ a curiatis comitiis dictæ, id est tributim coactis: quæ
 Curiate le ges. Centuriate leges. dam Centuriatæ a centuriatis comitiis, id est centuriatim ex censu & ætate di
 stributis. de quibus multa Cicero de lege Agraria contra Rullum, & libro. iiii.
 de Legibus. Centuriatæ autem leges maioris auctoritatis erant, quasi plenis
 iustisq; comitiis perlata. Ideoq; gloriatur Cicero centuriata se lege ab exilio re
 uocatum esse. Vnde in oratione quam de reditu suo inscripsit, Quid deniq;
 inquit, illo die, quem P. Lentulus mihi fratriq; meo liberisq; nostris natalem co
 stituit: non modo ad nostram, verum ad sempiternam memoriam temporis
 Comitia cēturiata. quo die nos comitiis centuriatis (quæ maiores iusta dici haberiq; voluerunt)
 accersuit in patriam: ut eadem centuriæ quæ me Cōsulem fecerant, Consulatus
 meum comprobarent. Quo die quis ciuis fuit qui non nefas esse putaret
 quacunq; aut ætate aut valetudine esset, non de salute mea sententiā ferre: Idem
 pro Publio Sextio, Cur cū de capite ciuis, & de bonis proscripti ferretur: cū &
 sacris legibus & .xii. tab. sancitū esset neue priuilegium irrogari, neue de capite
 nisi comitiis cēturiatis rogari, nulla vox est audita Consulū: Et paulo post, Tu
 princeps rogatus sententiā Cotta, dixit nihil de me actum esse iure, nihil more
 maiorum, nihil legibus non posse quenq; de ciuitate tolli iudicio. de capite non
 modo ferri, sed ne iudicari quidem posse nisi centuriatis comitiis. His verbis
 significatur non censerī iudiciū esse populī, nisi tum demum cum cēturiatis
 comitiis coactus est. ideoq; se indēnatū a P. Clodio Tribunoplebis pulsum esse
 Priuilegium. se in exilium colligit, priuilegio de se lato comitiis non cēturiatis. Priuilegium
 enim appellat legem de proscriptione sua latam, quasi legem de priuo homine
 latam, ut Gel. docet in nono Noctium Attic. & ipse Cicero lib. tertio de Le
 gibus. Leges quædam Consulares erant, quædam Tribunitiæ, ut idem de lege
 Leges. Agraria, Leges enim sunt veteres, neq; eæ consulares (si quid interesse arbitrat
 mini) sed tribunitiæ, nobis maioribusq; nostris vehemēter gratæ atq; iucundæ
 dæ. Tribunitiæ leges plebiscita proprio vocabulo dicuntur. Consulares vero

absolute leges vocantur. Tribunus sacrosanctus magistratus erat, ut alibi diximus. Plebeius tamen, custos & praeses libertatis, ut inquit Cicero in eadem oratione. Quanta autem populi potestas fuerit in legibus & rogandis & abrogandis, docet Appianus in eo libro qui Libycus inscribitur, ubi de Scipionis Consulatu loquitur: & Livijs lib. primo de interregno loquens, Cum sensissent, inquit, ea moveri patres, offerendum vltro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt summa potestate populo permissa, ut non plus darent iuris quam detineret. Deceuerunt enim ut cum populus Regem iussisset, id sic ratum esset si patres auctores fierent. Hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur id ius, ut enim adempta, priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiarum eventum patres auctores fuerunt. Meminit huius rei & Cicero in Bruto. Vnde Fabius apud eundem Livijs lib. viii. ita inquit ad Papyrium Dictat. Tribunos plebis appello, & prouoco ad populum, eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti Senatus iudicium iudicem fero. qui certe vnus plusquam Dictatura tua potest, polletque: videro cessurus ne prouocationi sis, cui Rex Romanus Tullius Hostilius cessit. Haec tenus ille. Summa autem illa populi potestas ad Principes Romanos monarchiae temporibus delata est, ut inquit Iustinianus in primo Institutionum, Vnde Iuuenal. Satyra. x. Iam pridem ex quo suffragia nulli viderimus, effugit curas: nam qui dabat olim Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se continet.

Tribunus sacrosanctus magistratus.

Ex eadem paulo post.

¶ Vindicias filiae suae abdicasse, vel ut in quibusdam legitur, abdicasse. Legendum abiudicasse. Est enim abiudicare, iudicio auferre: ea forma dictum quae abiurare. Livijs lib. iiii. in principio, Latini ergo audiuere patres Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati defecisse. Cicero de lege Agraria, iudicabit Alexandriam regis esse, a populo Romano abiudicabit. Et pro Cecinna, Hoc iudicat, cum is qui in seruitute iusta fuerit, censu liberetur, eum qui cum liber esset censi noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. Quod autem de secessione hic dicitur, historia nota est apud Livijs duas secessiones fuisse. Prioris meminit libro secundo, quam in Auentinum factam esse dicit: per quam populus a patribus extorsit, ut duo Tribuni plebei crearentur sacrosancti, quibus auxilium latio aduersus Consules esset. Posterioris meminit in. iiii. quam in sacrum montem factam esse dicit, per quam tribunitiam potestatem repetiit populus, prouocationemque per Decemviratum ademptam. & alia quaedam. vnde Cicero in tertio de Legibus, Concessa, inquit, plebi a patribus tribunitia potestate arma ceciderunt, restincta seditio est. inuentum est temperamentum quod tenuiores cum Principibus aequari se putarunt. de Tribunitia potestate loquens, Hanc posteriorem sexagesimo anno post reges exactos factam fuisse testis est idem libro secundo de Finibus. Verum enim uero quod hic de vindicijs dicitur, latius enarrandum est, tamen si Accursius mire id interpretetur, ut alia permulta in hac lege: sed ita ut nusquam haesitantiam hominis reprehendere possis, ita certus vsquequaque securusque enarrationum suarum fuit, ita explorata omnia non bis compertaque tradidit, ut etiam illud fabulamentum circulatorium de graeco exploratore qui Romam a Graecis missus erat, quique trinitatis mysterium fortuita gesticulatione significasse dicitur, pro verissima historia commemorat.

Abiudicare.

Secessio populi.

Accursiana ignorantia.

re sustinuerit, aut etiam crediderit. Ex quibus atque huiuscemodî nugis eius intel-
 ligere facile possumus, nec historiarum notitiam ipsum nec annalium habuisse
 se, nec qui quoque tempore aut iurisconsulti, aut legiflatores, aut Imperatores,
 aut qui quibusque æquales fuerint, quicquam pensi habuisse. Quod si ita est (vt certe
 est) quonam modo ipse in tanta iuris per alia atque alia secula varietate, certus
 esse sententiæ potuit: multæ enim antinomix dissolui & explicari sine eius rei
 cognitione nequeunt, quam Accursius ignorauit. quod eo certe perniciosius
 esse iudicandum est: quod sequaces fere suos (quæ bona pars est interpretum iu-
 ris) in eosdem errores iurare (vt ita dicam) haud dubitanter impulit. id quod
 semel atque in vniuersum dicendum habuimus, ne aut singula commenta ho-
 minis aut arriolamenta reprehendere nobis necesse sit, aut incuriæ præuarica-
 tionisve opinionem subire, si tædîo plerumque posthac in huiusmodi conuiebi-
 mus. Vt autem ad Vindicias veniamus, Lîuius lib. tertio de filia Virginiû lo-
 quens, ita inquit, Hanc virginem adultam, forma excellentem Appius amore
 amens, precio ac spe pellicere adortus, posteaque omnia pudore septa animadu-
 terat, ad crudelem superbamque vim animum conuertit. Marco Claudio clienti
 negocium dedit vt virginem in seruitutem assereret, neque cederet secundum li-
 bertatem postulanti- bus vindicias: quod pater puellæ abesset, locum iniuriæ esse
 ratus. Item paulo post, Aduocati puellæ cum Virginiû reip. causa abesse dix-
 xissent, bîduo adfuturum si nunciatum ei sit: iniuquum esse absentem de liberis
 dimicare: postulant vt rem integram in patris aduentum differat: lege ab ipso
 lata vindicias det secundum libertatem. Vindicias secundum libertatem dare
 & Lîuius & Pomponius intellexerunt, decernere vt interim dum pater puellæ
 accersitur, dumque ipsa status sui quæstionem patitur, in possessione ipsa sui ac li-
 bertatis esset. Vt vindicias postulare secundum libertatem, pro eo quod est po-
 stulare vt interim libertate potiretur. Quod autem sequitur de Bruto qui vindi-
 cias secundum libertatē dixisset in persona Vindicis Vitelliorum serui, Vindi-
 cii non vindicis legendum est, ex eodem Lîuio libro secundo, Præmium, inquit,
 indicii pecuniâ ex ærario, libertas & ciuitas data. Ille primum dicitur vindicta
 liberatus: quidam vindictæ quoque nomen ab illo tractum putant. Vindicio il-
 li nomen fuisse. post illum seruatum vt qui ita liberati essent, in ciuitatem acce-
 pti viderentur. Itidem Plutarchus in Publicola. Restat vt videamus quomodo
 vindicias Brutus secundum libertatē in persona serui dedisse dicitur Vindicii.
 Hoc igitur ex Plutarcho requirendum: nam Lîuius tacuit, qui tamen non Vi-
 telliorum seruum sed Aquiliorum fuisse dicit, nisi sit erratum apud Plutarchum vt
 facile reor. Sic igitur idem auctor in Publicola inquit, Aquiliû mollitiæ Colla-
 tini Cõsulis confirmati, petierunt ad respondendum tēpus. Vindicium seruum sibi
 reddi iubētes, nec apud accusatores asseruari. Inclinate ad hæc Cõsule, dimitte-
 rentque hac conditione concionē, Valerius turbæ permixtū hominē non pote-
 rat dimittere, neque populum dimissis proditoribus abire sinebat. Ad postremū
 cum iniiecisset in hos manus, Brutum implorabat, Collatinū clamitās rē indig-
 gnā facere, si imposita collegæ necessitate occidēdi liberos, æquum ipse duces
 ret sceminis per gratiā proditores patriæ & hostes cōcedere. His permoto ve-
 hemēter Cõsule, & cōprehendi Vindicium iubēte, lictores repulsa turba cepe-
 runt hominē, conatibusque eripere incusserūt verbera. At amici Valerium repugnā

Vindicia.

Vindicia se-
cū dū liberta-
tē postulata
datur.

res aderant, populusq; Brutum adesse iubebat. Ex his verbis apparet Brutum quodam modo vindicias secundum libertatē dixisse, ex eo q; Vindiciū bene de rep. meritum, interea dū Vitellii causam maiestatis dicerēt, in manum ac potestātē infensissimorū dominorum ob accusationē, excarnificandū tradī non fuit, quod Collatinus collega permiserat. Vindiciarum nomē non a Vindicio, *Vindiciae vnde.* vt Accursius putauit, sed a vindicādo tractū est: id quod ex Liviō intelligi satis potest, Appius, inquit, cum virginē non defendi ab Icilio, sed inquietū hominē locū seditionis quærere diceret, nō præbiturū se illi eo die materiā, ius eo die se non dicturū, neq; decretū interpositurū, a Marco Claudio petiturū vt decederet iure suo, vindicariq; puellā in posterū diē pateretur. Vindicari puellā Liviū *Vindicari in posterū diē.* us pro vindiciis puellæ secundū libertatē dari dixit, hoc est asseri interim in libertatē, & in possessione libertatis esse vsq; in posterū diē. Idem paulo post, Ita vindicatur Virginia spondētib; propinquis. Vindicias hodie recredētiam *Vindiciae. Recredētia.* vocamus, quod ex verbis Asconii Pædiani in Verrinas Ciceronis intelligere possumus. Lis vindiciarū est, inquit, cū litigatur de ea re apud Prætorē cuius incertum est quis debeat esse possessor. & ideo qui eā tenet, satisfat pro præde litis vindiciarum aduersario suo, quo illi satisfaciatur nihil se deterius in possessione facturū de qua iurgiū esset: rursus sponsione ipse prouocatus ab aduersario certatæ pecuniæ aut æstimationis, quā amittat nī sua sit hæreditas de qua contēdit. *Prædes.* Prædes ergo dicuntur satisfatores locupletes pro re de qua apud iudicē lis est, ne interea qui tenet diffidēs causæ, possessionē deteriore faciat, tecta dissipet, excidat arbores, & culta deserat. Hæc verba apud Asconium vulgo adeo deprauiata leguntur vix vt intelligantur. Cicero in Prætura vrbana, Si habuisset, inquit, iste edictum quo ante istū & postea omnes habuerunt Prætores, possessione Minutiæ genti esset data. Si qui testamento se hæredem esse arbitraretur quod tum non extaret, lege ageret in hæreditatem: aut prædes litis vindiciarū cum satis accepisset, sponsionē faceret: ita de hæreditate certaret. Hoc opinor iure & maiores nostri & nos semper vsi sumus. Quæ verba Pædianus exponens *Vindiciarum lis.* ita inquit, Aut peteret vt possessor esset, aut acciperet ab aduersario satis pro præde litis vindiciarum, & ipse sponsionem faceret, & ita de hæreditate certaret. Fortasse autem non prædes apud Ciceronem sed præde legendum est, hoc modo, Aut præde litis vindiciarum cum satis accepisset. sic erit sensus congruentior. Ex supradictis satis (vt opinor) apparet vindiciarum litem eam esse qua controuersę rei possessionem fidutiariam petimus, interea dū lis de re ipsa aut de possessione disceptatur, quā recredētiam dicimus. Huiusmodi enim possessio quā Pædianus intelligi ex Cicerone voluit, non iusta & absoluta est possessio, sed fidutiaria & veluti depositaria, vt hæc nostra recredētia rationibus reddendis & fructibus est obnoxia. Fidutiariam autem appello quam sub manu regia possidere vocant, quasi fide data acceptam, a fiducia tamen dictam, vt statim videbimus. Liviū libro secundo de bel. Maced. Nabidī eā tyrannō videri fidutiariā dare optimū visum, vt victori sibi restitueret: siquid aduersi acciderat, vt ipse haberet. de Corintho loquēs quam Philippus Nabidī ea lege dediderat, vt si victor ex bello rediisset, Nabidī ei restitueret. Sic Cæsar libro secundo de bello ciuili, Neq; se ignorare quid sit officium Legati, qui fidutiariam operam obtineret. Legatum pro Vicario, id est locū tenente intelligēdum, quē *Legatus.*

Fiduciaria
opera.
Fiduciarius
heres.

Sponsio.
Paracatabo-
le.

Sponsio in
interdictis.

propterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore aut Cōsule cedere eum oportet. Curtius etiam eodem modo vsus est. Inde fiduciarius hæres ab Iaboleno vocatus est fidei commissarius, in l. Seius ad Trebel. Verū enim uero fiducia & sponsio in superioribus exemplis posita, haud dubie uerba iuris, in Pandectis tamen nostris nusq̄ in significatione propria sumpta, quod equidem meminimus, admonuerunt nos ut nonnulla uerba iuris quæ apud auctores quidem Latinos reperirentur, in Pandectis autem nostris nusq̄ comparerent, nec in .xii. libris Codicis, nec in quatuor Institutionum Iustiniani, nominatim citata ad hunc locum accerferemus, & ueluti ad iudicium iuris studiosorum sifteremus. Tribonianus enim & qui cum eo operam consarcinandis his libris nauauerunt, immensam illam librorum multitudinem, inclementiorum medicorum more, ad uivum reserantes, accisas nobis Pandectas uerius q̄ compendiosas dederunt. Nimia enim religione uerentes ne de sece (ut dicitur) .xii. tab. hausisse uiderentur, id est de prisca nimis & obsoleta antiquitate, dum deliquido tantum & nitido promere uolunt, aridiora fortasse uolumina, nec sicciorum quorundam expletia reliquerunt. De uindicta iam dictum est. meminit & Gellius libro .xix. Sponsio genus erat actionis apud antiquos, cui similis erat apud Athenienses $\pi\acute{\epsilon}\alpha\kappa\alpha\tau\alpha\beta\omicron\lambda\eta$. Cicero in Verrem Actione quarta, Quid cum palam Syracusis maximo conuentu te audiente P. Rubrius, Q. Apronium sponsione laceffiuit ni Apronius dicitaret te sibi in decumis esse socium. Hac te uox non perculit? non perturbauit? sedasti etiam lites illorum, & sponsio illa ne fieret laborasti. Idem, Sponsio est ni te Apronius in decumis socium esse dicat. Prouincia tua est, abs te iudicium postulat. Fiebat autem sponsio interposita stipulatione certæ pecuniæ quæ perderet is qui sponsione uinceretur: & contra recuperatoribus aut iudice disceptabatur. Erat autem decima pars rei conuouersæ in causis priuatis, in publicis autem quinta apud Græcos auctore Poluce & aliis scribentibus: hoc est τοῦ δέκατος τοῦ ἀμύματος ἢ δι' ἑκάστου, pœna scilicet temere litigantium. Valerius libro secundo, Pertinacius, inquit, progressa intentione, Valerius sponsione Luctatium prouocauit, non se petiturum triumphum ni suo ductu Punica classis esset oppressa. nec dubitauit restipulari Luctatius. Itaq; iudex conuenit inter eos Attilius Calatinus. Hactenus ille. Prouocans igitur sponsione ita dicebat, Spondeo me tantam pecuniam daturum, ni & reliqua. Prouocatus autem contra restipulabatur. Simile est illud Ciceronis in .iii. Officiorū, Fimbriam Cōsularem audiebā de patre iudicem Marco Luctatio fuisse equiti Romano sane honesto, cum is sponsionē fecisset ni uir bonus esset. Idem in Verrem, Cum eodem Apronio postea Scandilius eques Romanus eandem sponsionem de societate fecit, quam Rubrius facere uoluerat, institit, oppressit, facta est sponsio sester. quinq; milibus. cœpit Scandilius recuperatores aut iudicē postulare. Sed ubiq; apud Ciceronem in pro ni legitur. Fiebat autem sponsio plerunq; in interdictis: id quod ostendit Quintil. in .vii. Quoties autem, inquit, poterimus efficiendum est, ut de re quoq; bene sentiat iudex: sic enim iuri nostro libentius indulgebit, ut in sponsionibus quæ ex interdictis fiunt. etiā si non proprietatis est quæstio, sed tantū possessionis: tamē non tantū possedisse nos, sed etiam nostram possedisse dicere oportebit. Exemplum sponsionis est apud Ciceronē in oratione pro Cecinna, Erat enim Cecin-

na de fundo vi armata deiectus, propterea Prætor interdixerat de vi: id est inter-
dicto vnde vi concessio iusserat Ebutium, qui vim fecerat, restituere Cecinnam in
possessione. Cuius autem Ebutius Prætoris se edicto satisfecisse diceret, Cecinna au-
tem se plane restitutum esse negaret, facta est sponsio nisi Cecinna restitutus ex edi-
cto Prætoris esset. Verba autem Ciceronis apposuimus, quo res tota melius per-
cipi possit. Cuius igitur Cicero vim illatam Cecinnæ iudicibus sponsionis exposu-
isset, ita demum subdidit, His rebus ita gestis, P. Dolabella Prætor interdixit, ut
est consuetudo de vi hominibus armatis sine ulla exceptione: tantum ut vnde deie-
cisset restitueret. Restituere se dicit, sponsione vobis iudicandum. Idem circa finem,
Negas deici nisi qui possideat. Ostendo si sine armis coactisve hominibus de-
iectus quisque sit, eum qui fateatur se deiecisse, vincere sponsionem si ostendat eum non
possedisse. Negas deici nisi qui possideat. Ostendo ex hoc interdicto de arma-
tis hominibus, qui possit ostendere non possedisse eum qui deiectus sit, condennari
tamē sponsionis necesse esse, si fateatur esse deiectum. Qui autem totam illam ora-
tionem legerit, & intellexerit, satis ut arbitror intelliget quid sit sponsio. Intende-
batur autem hæc actio interdum contra improbe aliquid negantes. sicque aut susci-
pere sponsionem aut fateri cogebantur. Liviū de Appio Claudio loquens, qui
Virginii filiam in servitutem ex libertate addixerat, Proinde ut ille sapius atque
iterum provocet, sic se iterum ac sapius iudicem illi ferre nisi vindicias in servitutem ab
libertate dederit. Si ad iudicem non eat, pro danato in vincula duci iubere. Ver-
ba sunt Trib. plebis. Erant enim verba sponsionis, Iudicem tibi fero nisi & reliqua.
Plautus, Cedo qui cum habeam iudicem nisi dolo malo instipulatus sis, nisi nondum
siem quinque & viginti annos natus. Verba sunt loquentis ad servum. Sunt & alia
exempla apud Liviū & Ciceronem. Hæc autem actio ex sponso vocabatur. ut apud
eundem pro P. Quintio, quam orationem habuit ipse apud Caium Aquiliū nobilem Lu-
risconsultum sponsionis iudicem: Sponsione, inquit, Quintius facere maluit, fecit, te iu-
dicem Cai Aquili sumpsit, ex sponso egit. in hoc summa iudicii causaque consistit.
Sponsio autem erat, Nisi bona sua ex edicto publico Burrieni dies. xxx. possessa non
essent. Proinde sponsio accessio interdum erat & appedacula interdicti. Ut verbi
gratia, hodie si iudex edixerit de possessione deiectum in primis restituendum,
& reus quidem dicat se omnia impleisse: actor vero neget plane se restitutum: liticu-
la quædam suboritur. Quod vero Papinianus lib. xx. Digest. dicit, Si quis sponsio
nis causa annulos acceperit, nec reddidit, victori præscriptis verbis in eum actio
cõpetit: alterius generis sponsio est, id est quæ pignoris depositis ludicra ple-
runque esse solet, quam nemo non novit: quo modo etiam accipitur in. l. Rebus, de
aleæ usu. Huius exemplum est memorabile apud Pliniū lib. ix. ubi de unionibus
loquitur, quos Cleopatra una cena absumere voluit, ut sponsionem cum Antonio
factam ipsa vinceret. Usus est etiam metaphoricus lib. vii. de Asclepiade medico lo-
quens: Sponsione, inquit, facta cum fortuna, ne medicus crederetur si unquam inuali-
dus fuisset. Vulgo dicimus, deponam in poenam tantam aut tantam: vel sic, deponam
in poenam, vel pignoris loco paciscar ut ne unquam medicus existimer si unquam inuali-
dus fuero, id est ut indignus medici appellatione iudicem. Fidutiæ exemplum est
apud Ciceronem in Topicis, Si tutor fidem præstare debet, si socius, si cui manda-
ris. Si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Fiduciam hic Cicero inter
bonæ fidei contractus nominavit. Idem lib. vii. Epistolarum ad Trebatium iuris-

Vindicias in
servitutem ab li-
bertate dare.
iudicem ferre.
Cedo iudicem.

Actio ex spõ
so.

Sponsio.

Sponsionem
facere.
Deponere in
poenam.
Fiducia.

Fiduciam acci-
pere.

Mancipare.

Fidutiaria
mancipatio.
Fidutiam cō-
mittere.

Fidutiaria
venditio.

Fidutiaria
hereditas.
Mancipatio.

Libripens.

Mancipare.

Emācipare.

consultum, Sed quonā modo ius ciuile defendes, cū omnia causa tua facias non
ciuū? vbi porro erit illa formula fidutię. Inter bonos bene agier oportet. Quis
est enim qui facit nihil nisi sua causa? Verba sunt iocātis cū Trebatio Ciceron
nis. Boethius in.iiii. cōmentario Top. Fidutiā, inquit, accepisse dicitur cuiusq;
res aliqua ea lege mācipatur, vt mācipātī aliquādo remācipet. Veluti si quis
tēpus dubiū tīmens, amico potētiori fundū mācipet, reddituro cū tēpus illud
dubiū prēterierit. Hęc mācipatio fidutiaria nominatur, idcirco q; restituēdi fr
des interponitur. Conferātur hęc verba Boethii cū exēplis pręcedētibus, & fa
cile intelligetur fidutiā bonę fidei cōtractū atq; etiā optimę fidei fuisse. Sic in
telligēdus locus Ciceronis pro Flacco, Pecuniā adolescētulo grādi fœnore, fr
dutiā tamen accepta occupasti. Hanc fidutiā cōmissā tibi tenes hodie ac pos
sides. eum tu testem spe recuperādī fundi paterni venire ad testimoniū dicēdū
coegisti. Pecuniā, inquit, fœneratitiā a te sumpsit adolescens, ob eāq; fundū tibi
fidutiarium dedit, id est fidutiaria mācipatione. Hoc contractu hodie quidam
vtūtur qui vectigalia certę summę in fundis & possessionibus comparāt, quas
rētas vocant quasi redditus. Quod vt conditione meliore faciant, fundos mā
cipari sibi iubent, tam diu fruendos quoad vectigalia & pēsiones redimantur.
Omnino fidutiariam mācipationem vel venditionem, venditionē hodie vocat
mus sub redimēdi redhibēdiq; lege factam. Ex hoc contractu nascebatur actio
fidutię, vt est apud Ciceronē in.iii. de Natura Deorū, inde tot iudicia de fide
mala, tutelę, mandati, pro socio, fidutię. Reliqua huius fidutię quędam in iur
re vestigia adhuc extāt, sed obscura & parū impressa: vt cū fidutiarię tutelę, &
contractę fidutię fit mentio. Ex quibus nihil intelligi datur, nisi intelligamus
patrē ita emācipare filiū, vt retineat manus iniectionē cū libuerit: & propterea
ad eum legitima emācipati filii deferatur hęc hereditas: vt non plane manu emā
fisse, sed quasi adhuc sui propter naturā contractus fidutię. Expressius est illud
Iaboleni supradictū, & aliud Vlpiani in. l. Certi, de rebus creditis. Quibus in lo
cis fidutiaria hęc hereditas pro fidei cōmissaria ponit. Mācipatio porro quid sit,
idē Boethius cōmētario.iii. docet: Mācipatio, inquit, imaginaria quę dā vt
ditio est, quod ipsum ius propriū est Romanorū ciuū. Ea res ita agitur. adhibi
bitis non minus q̄ quinq; testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui libripens
dicitur: is qui mācipiū accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex
iure Quiritiū meum esse aio, isq; mihi emptus est hoc ære æneaq; libra. deinde
ære percutit librā, idq; æs dat ei a quo mācipiū accipit quasi precii loco. Inde
mācipare pro vēdere. Cic. Phil.ii. Tum iste vēditū atq; mācipatū Tribunatū cō
filiis nostris opposuit. Mācipatum emphaticos dixit plusq; venditū. Quintil. in
sexto, Requiebat Crassus vbi essent eę possessiones, omneis autem illas Brutus
vendiderat, & cū paterna māciparet prædia turpis habebatur. Dicitur &
hoc emācipare. vnde illa emācipatio cuius meminit Iustinianus in secundo
Instit. in titulo de testamentis. Tranq. in Othone, Cuidam etiam de parte fi
nium cum vicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit emācipa
uitq; id est suum iam factum mācipio tradidit illi. Plinius in Epistolis lib. vii.
Nam pro quingentis milibus nūmū, quę in alimenta ingenuorū ingenuarūq;
promiserā, agrū ex meis longe pluris actori publico mācipauī, eundēq; vecti
gali imposto recepi. Plinius mācipare non pro vendere posuit, sed pro alienare.

Cū enim vellet vectigal publice donare in alimēta puerorū. id est rentā consti-
 tuere, vt verbis vulgi loquar. fundū suū imaginaria vēditiōe reip. donauit, &
 subinde eundē factū vectigalē recepit. Idē ad Traianū Epist. iiii. quę vulgo non
 extat. Nā fundos, inquit, emancipauit, & cetera quę in mācipatione implēda so-
 lent exigī, cōsumauit. Inde mācupi emptio. Plinius lib. xxxiii. Populus Roma-
 nus ne argēto quidē signato ante Pyrrhū Regē deuictū vsus est. Libralis & di-
 pondius appēdebatur assis, vnde adhuc expēsa in rationibus dicūtur. Quin &
 militū stipendiorū, hoc est stipis pōderandę pēfatores Libripēdes dicūtur. Qua
 consuetudine in iis emptionibus quę mancipi sunt, etiā nūc libra interponitur.
 Inde etiā in mācipatū dare. Plinius lib. ix. de vnione loquēs, Et hoc tamē æter-
 nā prope possessionis est, sequitur hæredē, in mācipatū venit vt prædium ali-
 quod. Abalienationis autē duo genera Cicero ponit, hoc modo, Abalienatio est
 eius rei quę mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea
 iure ciuili fieri possunt. Quæ verba exponēs Boethius inquit, Omnes res quę
 abalienari possunt, id est quę a nostro dominio ad alterius trāsire possunt, mā-
 cipi dictæ sunt. Et ea abalienatio per quandā nexus fiebat solēnitatē. Nexus au-
 tem quod & nexū genere neutro dicitur, est quædā iuris solennitas, quæ fiebat
 eo modo quo in Institutionibus Caius exponit. Deinde subdit ea quę de māci-
 patione diximus. Huius nexus meminit Iustinianus in. l. vnica, Cod. de vsucap.
 transformāda. nec alibi in iure legisse memini. Idem paulo post, Cessio vero in
 iure tali fiebat modo, vt idem Caius secūdo cōmentario exposuit: Apud magi-
 stratū populi Rom. vel apud Prætorē vel Præsidiē is cui in iure ceditur, rem te-
 nens ita vēdicat, Hunc ego hominē ex iure Quiritū meū esse aio. Deinde postq̄
 hic vendicauerit, Prætor interrogat eum qui cedit, an cōtra vindicet. quo negā-
 te aut tacēte tūc ei qui vēdicauerit eā rē addicit, idq; legis actio vocabatur. Res
 igitur quæ mācipi sunt, aut nexu vt dictū est, abalienabantur, aut in iure cessio-
 ne. At si ea res quæ mancipi est nulla solennitate interueniente tradatur, abalie-
 nari nō potest, nisi ab eo cui traditur vsucapiatur. Sui iuris aut ceterę res, nec
 mācipi vocabantur. Iure autē ciuili fieri aliquid nisi inter ciues Romanos non
 potest: propterea Cicero inquit, Inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Itē de aru-
 spiciū respōsis, Multæ sunt domus P. C. in hac vrbe: atq; haud scio, an pene cun-
 ctæ iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure auctoritatis, iure
 re mācipii, iure nexi. Item pro Cecinna, Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non
 sustulerit eorum hexa atq; hæreditates. Et pro Murena, Quod si in rebus repe-
 tēdis quæ mācipi sunt, is periculū præstare debet, qui se nexu obligauit: profes-
 to etiā rectius in iudicio Cōsulis designati, is potissimū Consul qui Cos. decla-
 rauit, auctor beneficii populi Ro. defēsorq; periculi esse debebit. Var. li. ii. de re
 Rust. de pastoribus loquēs, In emptionibus, inquit, dominiū legitimū sexfere
 res perficiūt: si hæreditatē iustam adiūt: si, vt debuit, mācipio ab eo accepit a quo
 iure ciuili potuit: aut si ei in iure cessit cui potuit cedere, & id vbi oportuit:
 aut si vsucepit: aut si e præda sub corona emit, tūve cum in bonis sectione ve
 cuius publice venit: (In horum autē emptione solet accedere peculium) aut si
 excipietur, stipulatio intercedere sanum esse, furtis noxifq; solutum: aut si man-
 cipio non detur, dupla promitti, aut si ita pacti, simpla. Mancipio dare est ne-
 xus solennitate abalienare, ita vt rem omnino accipientis faciamus. Ea vero re.

Mancipi em-
ptio.Expensa.
Libripēdes.In mācipatū
dare & ve-
nire.Abalienatio-
nis genera.

Res mancipi.

Nexus.

Cessio.

Res nec man-
cipi.Mācipio da-
re.

mancipia quæ sub corona aut in sectionibus, id est proscriptorum hominum
 auctionibus veniebant, mancipio non dabantur, sed periculo ac fortunis (ut
 vulgo loquimur) ementis accipiebantur. quod cum ex loco Varronis supra
 dicto intelligimus, tum vero Gellius scriptum reliquit libro septimo his ver-
 bis, Pileatos seruos venum solitos ire, quorum nomine venditor nihil præsta-
 ret, Cælius Sabinus iuris peritus scriptum reliquit. Cuius rei causam esse ait, quod
 huiusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, ut emptor-
 res errare & capi non possent: neque lex vendendi opperienda esset, sed oculis
 perciperent quodnam esset mancipiorum genus. sicut antiquitus mancipia iure
 belli capta coronis induta veniebant, & ideo dicebantur sub coronis veni-
 re. Nam ut ea corona signum erat captiuorum venalium, ita pileus imposi-
 tus demonstrabat eiusmodi seruos venundari, quorum nomine emptori ven-
 ditor nihil præstaret. Plautus in Perfa, Iste qui tabellas affert adduxit simul
 forma expetenda Liberalem mulierem, furtiuam, adductam ex Arabia penitenti-
 sima. Eam te volo accurare ut istic veneat: ac suo periculo is emat Qui eam mer-
 cabitur. mancipio neque promittet neque quisquam Dabit. Verba sunt epistolæ adu-
 lterinæ & circumueniendo Lenoni a Toxilo veteratore seruo confictæ. Et paulo
 post respondet Leno, Nihil mihi opus est Litibus neque trichis quamobrem
 ego argentum numerem foras, Nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus mer-
 cimonio? Et paulo post mercator subdititius a seruo veteratore fraude alligatus
 in tradenda Lenoni puella ita inquit, Prius dico, hanc mancipio nemo tibi
 dabit. Ex quibus satis apparet mancipio dare esse rem ita dare ut emittens
 nem præstaturus nos spondeamus. Et mancipio accipere ea lege emere. Man-
 cipium enim dominium & possessionem significat, vel domini traditionem.
 Cicero in primo de Oratore, Cum enim Marius Cratidianus ædes Aurate
 vendidisset, neque seruire quandam earum ædium partem in mancipii lege dix-
 isset, defendebamus quicquid fuisset incommodi in mancipio: id si venditor
 scisset neque declarasset, præstare debere. Quo quidem in genere Bucculeius ho-
 mo neque meo iudicio stultus, & suo valde sapiens, & a iuris studio non abhor-
 rens, simili quodam modo nuper errauit. Nam cum ædes Lucio Fusio vende-
 ret, in mancipio lumina uti tunc essent ita recepit. In mancipio, id est ædium do-
 minio transferendo cedendoque. Vnde Marcus Curius Ciceroni libro septimo
 Epistolarum, Si vales bene est, sum enim *χρήσιμα μοι* tuus, *κτίσιμα δὲ* Attici nostri.
 Ergo fructus est tuus, mancipium illius. Vsu quidem (inquit) tuus sum, posses-
 sione vero Attici. Mancipium autem pro iure domini posuit, quod ab usu
 distinguitur. Vnde Brutus ad Ciceronem, Quærenda esse arma putasti quibus
 dominari prohiberetur Antonius, scilicet ut illo prohibito rogaremus alio-
 rum qui se in eius locum reponi pateretur: an ut esset sui iuris ac mancipii
 respublica? nisi forte non de seruitute sed de conditione seruiendi recusatum
 est a nobis. Sui mancipii rempublicam dixit Brutus, quæ nullius dominio
 subiecta esset antequam scilicet Augustus imperium occupasset. Mancipium igitur
 tur & *κτίσιμα*, significat, id est *ἀνδράγαθον*, & *ἀρχιμάλοισιν*, hoc est hominem in
 bello captum & seruituti mancipatum: & *κτίσιον*, id est domini comparationem,
 possessionem, possidendique ius: atque etiam *ἀσποτέα*, id est dominium: & *χέρας*, id est
 mancipationem. Propterea varia ac multa exempla collegimus. Lucre. lib. iii.

Pileati serui.

Sub corona venire.

Mancipio promittere.

Mancipio accipere.
Mancipium.

Epistole Ciceroni ad Ciceronem locus.

Sui mancipii esse.
Significata mancipii.

κτίσιμα.

κτίσιον.

ἀσποτέα.

χέρας.

Sic aliud de alio nunquam desistet oriri: Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usque, id est nulli ita datur ut propriam ac perpetuam habeat. Mancipium latine dici debet proprie id quod sasinam lingua vernacula dicimus, & macipare sasire, cum scilicet aliquem rei sibi titulo iusto quaesitae possessorem efficere volumus: ut in illo Pliniano, Fundos emancipauit, & cetera quae in emancipatione exigi solent consumauit. id est ut nunc loquimur dominio & possessione se deuestiuit desequiuitque. Huiusmodi moris antiqui vestigia adhuc visuntur, cum notarii publici hodie quoque in syngraphis venditionum oppignerationumque ascribunt, venditorum oppigneratore vel fundo se dispoliuisse, & huiusmodi verba eodem pertinentia. Mancipare igitur fundum est mancipio alicui dare. Emancipare autem est mancipio suo emittere & alteri possidendum permittere. Ex supradictis (ut arbitror) satis intelligitur quid sibi velint illa verba mancipi & nec mancipi in codice Iustiniani de usucapione transfor. Age videamus quid sit quod Gellius libro quarto Noctium Atticarum ait, Pellicem autem appellatam Seruius Sulpicius ait in libro de dotibus, probrosamque habitam esse, quae iuncta consuetaque esset cum eo in cuius manu mancipioque alia matrimonii causa foret. Boetius igitur in secundo Topicorum commen. Tribus, inquit, modis vxor habebatur, usu, farre, emptione. Sed confarreatio solis Pontificibus conueniebat. Quae autem in manum per coemptionem conueniant, haec matrefamilias vocabantur. Quae vero usu vel farre, minime. Coemptio uero certis solenitatibus peragebatur, & sese coemendo inuicem interrogabant. Vir ita, An sibi mulier matrefamilias esse vellet? Illa respondebat, velle. Mulier, An sibi vir paterfamilias esse vellet? Ille velle respondebat. Itaque mulier viri conueniebat in manum, & erat matrefamilias viro loco filiae. Quam solenitatem in suis Institutionibus Ulpianus posuit. Haec ille. Cicero in Topicis, Si ita Fabiae pecunia legata est a viro, si ei vir matrefamilias esset: si ea in manum non conuenierit, nihil debetur. Genus est enim vxor, eius duae formae: vna matrufamilias, haec sunt quae in manum conueniunt: altera earum quae tantummodo vxores habentur, qua in parte cum fuerit Fabia, legatum non debetur. Sulpicius igitur eam quae in manum conueniat, in manu mancipioque mariti esse dixit, id est iustam esse matrefamilias, eaque concubinam quae cum viro huiusmodi vxoris consueffet, iustam pellicem esse. Est enim pellex proprie quae cum eo consueta est qui vxorem habet. Quae cum caelibe consuecunt, non pellices sed pallace dicuntur verbo graeco Plinio & reliquis. quaeque pellices apud Curtium errore librariorum aut etiam emendatorum legatur. Gellius lib. xii. Idonei, inquit, vo cum enarratores tradiderunt matronam dictam esse proprie quae in matrimonium cum viro conuenisset, quae in matrimonio maneret: etiam si liberi nondum nati forent: dictaque esse ita a matris nomine non adepto iam, sed cum spe & nomine mox adipsendum: unde ipsum quoque matrimonium dicitur. Matrem autem familias esse appellatam eam solam quae in mariti manu mancipioque, aut in eius cuius maritus mancipioque esset. quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti & in sui haeredis locum venisset. Secundum hoc moribus nostris vxores & matronae & matrefamilias sunt, quae consortes non modo lecti genialis, sed etiam bonorum fortunarumque sunt, quod non est in iis locis quae iure scripto reguntur. Hactenus de mancipio mancipandoque & nexu & reliquis. Transendum ad alia, quorum in primis occurrit Ex iure manu conseruum, quod verbum est anti-

Emancipare.

In mancipio mariti esse.

In manum conuenire.

Vxor matrefamilias. Vxor non matrefamilias.

Iusta pellex.

Pallaca.

Matrona.

Vxor matrona & matrefamilias.

Ex iure manu conseruum.

In gleba vindicare.

Sacramēto iusto cōtēdere.

quī iuris. Varro libro secundo de lingua latina, Conserere manum dicimus cū hoste, inde ex iure manu conserutum vocant. Quid sit autem manu conserutum, Gellius libro nono docet, cuius verba huc pauca transcripsimus. de vindicatione enim loquens, id est rei vindicatione quæ olim in re præsentī ex. xii. tab. iure fiebat, ita inquit, Sed postq̄ Prætores propagatis Italiæ finibus latis iurisdictionibus negociis occupati, pacisci vindiciarum dicendarum causa longinquas res grauabantur, institutum est contra. xii. tabulas tacito consensu, ut litigantes non ex iure apud Prætores manum consererent, sed ex iure manu conserutum vocaret, id est alter alterum ad conserendam manum in rem de qua ageretur, vocaret. Atq; profecti simul in agrum, terræ aliquid ex eo uti vnâ glæbâ, in ius in urbē ad Prætores deferrent, & in ea glæbâ tanq̄ in toto agro vindicaret. Cicero pro Muræna formulæ verba huiusmodi fuisse ait, Fundus qui est in agro qui Sabinus vocatur, meus est. eum ego ex iure meū esse aio. Ibi ego te ex iure manu cōserutum voco. Hæc erāt verba eius qui vindicabat. a quo vero vindicabatur, eius hæc erāt verba, Vnde tu me ex iure manu cōserutum vocasti, inde ibi te ego reuoco. Idē de Oratore libro primo metaphoricis hac locutione usus est in persona Scæuolæ, Quod vero, inquit, in extrema oratione tua Crasse, quasi pro tuo iure sumpsisti, oratorē in omnis sermonis disputatione copiosissime me versari posse, hic nisi in tuo regno essemus, non tulissem: multisq; præfessim qui aut interdīcto tecum contēderent, aut te ex iure manu cōserutum vocarent, q̄ in alienas possessiones tā temere irruisses. Ageret enim tecum lege primū Pythagoræi omnes atq; Democritici, cæteri q; in suo genere physici: vindicarentq; ornati in dicendo & graues, quibuscum iusto sacramēto cōtendere non licet. Aut interdīcto (inquit Scæuola) tecum philosophi illi cōtenderent, vpo te a possessione disciplinarū, quæ propriæ sunt eorum, deiecti: quippe quas tu vniuersas oratoriæ facultati tribuis. (Dixerat enim Crassus oratoris esse propriū de re quacunq; proposita copiosissime dicere.) Aut ex iure te manu cōserutum vocaret, id est vindiciarū litem tibi intenderet, illarū disciplinarum facultatē possessionemq; sibi scilicet vindicātes assereretq;. Inde illa verba Scipionis ad Annibalem apud Liviū lib. x. de. ii. bel. Punico, Quod ad me, inquit, attinet, & humanæ infirmitatis memini, & vim fortunæ reputo. & omnia quæcūq; agimus subiecta esse mille casibus scio. Cæterum quæadmodum superbe & violenter me facere faterer, si priusq̄ in Africam traiecissem, te tua voluntate cedente Italia & imposito in naues exercitu, ipsum venientē ad pacē petendā aspernarer, sic nunc cū prope manu cōserutum restitanti ac tergiuersanti in Africā atraxerim, nulla sum tibi verecundia obstrictus. Sic, ut opinor, melius legitur, q̄ manu conseruta. Quorum verborum huiusmodi est sensus, non ante tu Annibal ad pacem, quam nunc petis, adduci potuisti, q̄ ego te ex Italia reuocatum de patria tua in Africa dimicare coegi, & quasi te in Africa manu conserutum vocaui. quam scilicet ita nunc mihi Romanisq; vindico, ut tu dudum Italiam tibi & populo Carthaginensi vindicabas. Annibal enim ad tuendum patriam frendens fremensq; (ut idem Liviū inquit) aliis super alios nunciis reuocatus erat. Sed quod in illo Scæuolæ exēplo dicitur iusto sacramēto contēdere, verbum est & ipsum iuris. Cicero pro Milone, Eum deniq; cui nulla lex erat, nullum ius ciuile, nulli possessionum termini: qui non calumniā litium,

non iniustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat. Clodius, inquit, non iam aliquo iuris pretextu alienas intrudebat possessiones, ut calumniatores & litigiosi solent: sed vi armata aperta, & tanquam hostili praelio. Ex quibus verbis apparet vindicias & sacramentum, & vindicationis formulam, qua in iure manu confertum vocabant, similes quodammodo inter se ac cognatas actiones formulasque fuisse. Quae in aliis quoque litibus sacramenti formula locum etiam haberet: ut idem pro domo sua ad Pontifices, Maiores, inquit, nostri etiam si Decemviri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamen quotiescunque vellet quis, hoc in genere rem iudicatam referre, posse voluerunt. Valer. libro. vii. cap. vii. Nam L. Sextilius & P. Pompilius quos Marcus Ancus sanguine sibi coniunctos, eadem ex parte qua Tullianum haeredes fecerat, sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt: tamen si praecipuis eo tempore Pompeii viribus ad defendendas tabulas testamenti inuitari poterat. Et rursus cap. viii. Aphronia tum cum sorore sacramento contendere noluit. Sacramentum autem non absimile fuisse sponsonis ex Varronis verbis intelligi potest libro secundo de lingua latina: Et qui enim petebat, inquit, & qui inficiabatur, de aliis rebus utriusque quingentos aeris ad pontem deponebant, de aliis item rebus certum numerum assium. Qui iudicio autem vicerat, suum sacramentum a sacro auferbat, victi ad aerarium redibant: id est victus ea pecunia quam deposuerat mulctabatur in poenam iniustae litigationis, quae aerarium cedebat. Sacramentum igitur a sacro dictum, quod de ponte (ut arbitror) intelligendum. Valerium enarrator hoc apud Valerium non intellexit, quemadmodum nec apud Ciceronem. Poenales igitur lites erant sacramentum & sponso. Iusto autem sacramento cum Pythagoreis & Democritis de physiologia & reliquis philosophiae inuentis contendere oratori non licere dixit Scaeuola, propter praestantiam ingenii eorum hominum qui fundatores auctoresque fuerunt magni nominis sectarum, quibuscum sacramento & vindicatione contendendo de physice speculationis explicationisque professione, nullus sane orator litem vincere posset: vel propter tanti nominis praedictum, vel quia impudenter daretur si quis illis viris doctrinarum possessione non cederet, qui nomina sua professione earum rerum usque adeo illustrarunt. Non admodum absimile supradictis est in re praesentem venire. Cicero lib. v. de Oratore, An vero si de re ipsa, si de finibus cum in re praesentem non venimus, si de tab. & praescriptionibus controversia est, necessario perdiscimus. Idem in primo Officiorum, Ut si constitueris te cuiusdam aduocatum in rem praesentem venturum, atque interim grauius filius egrotare coeperit, non sit contra officium non facere quod dixeris. In rem praesentem olim tum veniebant, cum locum oculo ac digito designare volebant: ut hodie cum aut iudex pronunciat, aut inter litigantes conuenit, agrum quem controversum facere volumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitorem demonstrari certis finibus circumscriptionem: videlicet ut ille deliberare de re controversa possit, cedere necne vindicanti debeat, hi ut certi sint testimonium sui. Quae in re certe facilis est impostura, nisi litigatores inuicem intensissime sibi caueant ubi aut de re aut de finibus controversia est: visique sunt saepissime qui absente altero litigatore in rem non controversam dolose testes perducerent, inquisitori iudicibusque ac testibus bellissime imponentes. vulgo nunc ventam facere iudicibusque ac testibus bellissime imponentes. vulgo nunc ventam facere iudicibusque ac testibus bellissime imponentes.

vindiciae.

Sacramentum.

Sacramentum.

Iusto sacramento contendere.

In rem praesentem venire

In re præsen
tiè perducere

Imaginaria
rei præsen
tatio.

In re præsen
ti cõstitueret.
Cridæ.

Querelæ.

Cũ re præse
ti deliberare
Vadimonium
promittere
etc.
Vadimonium.
Vadari.

Conuadari.
Veneria vā
dionia.

Vadimonium
promittere.

Ἀναδέχεται
δίκην.
ἐγγυᾶται.

Vadimonium
obire.

risperiti quasi latinæ vocis inopia vocant, quod in rem præsentem perducere de
ci debet. Plinius lib.iii. Epist. Non potui te magis in rem præsentem perducere:
id est non potui planius omnia vt acta sunt scribere, vt perinde omnia teneres
atq; si in re præsentem fuisses. Quintilianus in.iiii. de narratione loquens, Mili
tum confert adiecta veris credibilis rerum imago, quæ velut in rem præsentem
perducere audientes videtur. Et in. vi. de affectibus, Quarum rerum, inquit, in
gens plerunq; vis est, velut in rem præsentem animos hominũ ducetium, id est
rerum gestarũ tantam fidem faciẽtium & representationem, quantam visus &
oculus faciunt: hoc est vt vulgo loquuntur, rei inspectionẽ per figuram faciẽ
tium. quod nos latine dicere possumus imaginario visu rem ipsam representa
re: imaginariam rei præsentiam iudicibus sistere, imaginaria representatione in
rem præsentem iudices perducere: vt fit interdũ cum aut rusticorũ prædiorum
ichnographia, aut vrbanoꝝ pegmata quæ dã ligneola, aut simulachra ædiũ
chartacea in iudicium conspectum afferuntur. Dicebãt etiã in re præsentem cõ
stitueret, cum quid statui tráfigiq; non posse nisi in loco ipso significabant, vt sic
hodie in his actionibus quas Cridas parlamentaris (si dicere liceat) latinitas
appellat, aut in diplomatibus illis aut rescriptis quas querelas dicimus, a quib
bus interdã retinendę possessionis auspiciari solemus, & in huiusmodi rebus
aliis quæ non nisi in locis ipsis explicari disceptariue solent. Idem Quintil. in
septimo, Quare plurima petamus a nobis, & cum causis deliberemus, cogite
musq; homines ante inuenisse artem q̄ docuisse. Illa enim potẽtissima est, quę
vere dicitur totius causæ dispositio, quæ constitui nisi velut in re præsentem non
potest. Et in. ix. Occasionibus vtendum, & cum re præsentem deliberandũ. Sic
& illa verba iuris, vadari, vadimonium promittere, vadimodum obire, vadimo
nium deserere, vadimonium differre, ad vadimonium occurrere. Vadimonium
est sponsio sistendi in iudicio. Varro libro tertio de lingua latina, Vas, inquit,
dictus est qui pro altero vadimonium promittebat. Inde vadari verbum pro
vadimonio obstringere. Cicero pro Quintio, Debere tibi dicis Quintium, pro
curator negat, vadari vis, promittit. in ius vocas, sequitur: iudicium postu
las, non recusat. quid aliud sit absentem defendi ego non intelligo. Plautus
in Aulul. de sene præparco loquens, Pulmentum pridem ei eripuit miluus,
homo ad Prætorem plorabundus deuenit, infit ibi postulare, plorans, eiulans,
vt sibi liceret miluum vadariet. Idem in Curgul, Vbi tu es qui me conu
datus es veneriis vadimoniis? Vbi tu es qui me libello venerio citasti? Ecce
me sisto. ades contra. sisto ego tibi me, & mihi contra itidem te vt sistas su
deo. Verba sunt amicæ ad amatorem adolescentem. Inde vadimonium pro
mittere. Cicero in Verrem act. quarta, Iam vero illud contra omnia iura Sto
culorum quæ habent a Senatu populoque Romano, ne extra suum forum va
dimonium promittere cogantur, statuit iste vt arator decumano quo velle
decumanus vadimonium promitteret. vt hic quoq; decumano cum ex Leontia
no Lilybeum vsq; aliquem vadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi que
stus accederet. A Græcis ἀναδέχεται δίκην dicitur, & ἐγγυᾶται apud Demosthenem.
hoc est iudicium recipere & sponsoꝝ fide promittere. Vadimonium obire
est ad diẽ se sistere, vnde obitum vadimonium. Cicero pro Quintio, Vadimo
nium mihi non obiit quidam socius & affinis meus, quicum mihi necessitudo

vetus, controuersia de re pecuniaria recens interdicit: postulo ne a Praetore ve
 eius bona mihi possidere liceat: Idem, Qua tibi hora vadimonium non sit obi
 tum, eadem te hora consilium cepisse hominis propinqui fortunas euerten
 di. Ex quibus verbis & aliis in eadem oratione satis apparet magnam multam
 fuisse olim deserti vadimonii, id est non obiti. De capite enim & fortunis Quin
 ti se dicere Cicero in oratione testatur, id est de existimatione & fama faculta
 tibusq;. Petebat enim Neuius aduersarius, vt ei ex edicto bona possidere liceret:
 ideo, q; Quintius vadimonium non obierat. Hoc enim contra contumaces de
 cerni solet iure ciuili. Vnde Cicero, Ad haec extrema, inquit, & inimicissima iu
 ra decurrebas, vt nihil in posterum quod grauius aut crudelius facere posses
 referuares: Quo in loco Cicero copiose docet quid sit bona ex edicto possidere:
 cuius rei multa in iure mentio. Obire vadimonium Graeci *ἀπαυτῶρ ἐπὶ τῷ δίκῳ*
 dicunt, & *ἀπαυτῶρ ἐπὶ τῷ κυρίῳ*, id est occurrere ad vadimonii diem. quo Tranq.
 in Calig. vsus est. Demosthenes *κατὰ μέγιστον* identidem vtitur, Vadimonium dese
 rere ab illis *φυγοδικεῖν* dicitur, & *καταλέπερ τῷ δίκῳ*. Hoc autem non nisi iustissi
 ma causa & maxime fontica fiebat. Propterea Plinius in praefatione, Inscriptio
 nes, inquit, propter quas vadimonium deserri possit: id est festiuissimas & ma
 gna multaq; promittentes, ita vt vel vadimonium propter eorum librorum
 recitationem deserri possit. Iuuenalis simili ferme modo differre vadimonium
 dixit, quod iudicium erat, nec nisi magnis ex causis fiebat, vt in luctu publico
 & vbi iustitium indicebatur & huiusmodi causis: Si magna Asterii cecidit do
 mus, horrida mater, Pullati proceres, differt vadimonia Praetor. Vadimonium
 desertum *ἔρημν δίκη* dicitur a Demosthene saepissime, vnde vno verbo eremo
 dicium dicitur, quod in titulo de minoribus infra, & Cod. de iudiciis hermodi
 cium corrupte legitur. Est enim *δίκη* graece causa & iudicium latine. Cicero
 in Verrem Actio. iiii. Scribitur Heraclio dica. Primo mirantur omnes impro
 bitatem calumniae: deinde qui istu noissent partim suspicabantur, partim vide
 bant adiectum esse oculum haereditati. Interea dies aduenit quo die sese ex insti
 tuto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat, id est sortitione
 causas cogniturum. Terentius, Si tu illam attigeris secus q; dignum est, dicam
 tibi impingam grandem. Dicitur hoc a Iurisconsultis dictare actionem. Pau
 lus in. l. non distinguemus, de arbitris. Dicitur & iudicium dictare in. l. si ser
 uis. de noxalibus acti. Tranq. in Vitel. formulam intendere dicit, Cum liber
 tino cuidam acerbis debitum reposcenti iniuriarum formulam, quasi calce ab
 eo percussus intendisset. *λαγχάνειρ δίκῳ* a Graecis dicitur, quasi sortiri iudiciu.
 Sorte enim cognoscendaru causarū die capiebāt auctore Seruio lib. vi. Aeneid.
 in illu locu Virg. Nec vero haec sine sorte datę sine iudice sedes. Est autem *ἔρημν*
δίκη ὅταν μὴ ἀπαυτῶρ ὁ Διοκόμω καταδικασθῆ. latine etiam indicta causa dicitur.
 vnde indicta causa danari, id est per cotumacia vt nuc loquimur, *ἔρημν καταδ*
καθῶσα. quod copedio loquedi dicitur, *ἀντι τῆ ἔρημν δίκῳ καταδικασθῶσα*, auctore
 Eustathio. Cicero lib. i. de Legibus, Nu iccirco iusta lex illa qua Interrex noster
 tulit, vt Dictator qui esset, que vellet ciuiu indicta causa impune posset occide
 re: id est non auditum & indefensum. Qui locus corrupte vulgo legitur. Cur
 tius lib. vii. de Callisthene loquens, Itaq; nullius caedes maiorem apud Graecos
 Alexandro excitauit inuidiam, q; q; praeditum optimis moribus artibusq; non

Caput.
 Fortune.
 Bona ex edic
 to possidere
 ἀπαυτῶρ
 ἐπὶ τῷ δίκῳ
 & ἐπὶ
 τῷ κυρίῳ.
 φυγοδικεῖν.
 καταλέπερ
 τῷ δίκῳ.
 vadimonium
 deserere.
 Differre va
 dimonium.
 ἔρημν δίκη
 Eremodicium.
 Dica.
 Dicam impin
 gere.
 Dictare ac
 tionem.
 Formulam
 intendere.
 λαγχάνειρ
 δίκῳ.
 Indicta causa
 ἔρημν κατα
 δικασθῶσα

- Αγκίτωρ.** tantum occiderit, sed etiam torserit indicta quidem causa, id est ἀγκίτωρ, quo Ilo-
crates utitur. Cicero in Verrem Act. iiii. Num per deos immortales quid inter-
est, utrum Prætor imperet, viq; cogat aliquem de suis bonis decedere: an huius-
modi iudicium det, quo iudicio indicta causa fortunis omnibus euerit necesse
sit: Sunt & exempla apud Lium. Vadimonium missum facere, est vadimonii
obligationem remittere condonareq; Cicero, Qui quo tempore primum age-
re cepit, in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit, qui postea va-
dimonium missum fecerit, & reliqua. Vadimonio obstricti hodie dici possunt
qui ob crimina in iudicium vocati, ab iudicibus (vt fit) impetrauerunt vt aut
sua aut sponsorum fide dimittantur, ea lege vt in diem certum aut quando-
cunq; iudici visum fuerit ad iudicium sistantur: quos elargitos vocant, id est
ἐξερχόμενοι. Vades sponsores in re capitali dicuntur, auctore Festo. Cicero in
Officiis lib. iiii. de duobus Pythagoreis loquens, Cum is qui morti addictus es-
set, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vas factus
est alter eius sistendi, vt si ille non reuertisset moriendum esset sibi ipsi. Lium lib.
quinto secundi belli Pu. Tribuni omnia multa certatione rei capitalis diem
Posthumio dixerunt, ac ni vades daret, prehendi a viatore, atq; in carcerem duci
ci iusserunt. Posthumius vadibus datis non affuit. Vadari etiam dicere possi-
mus pro citare personaliter (vt nunc loquimur) affuturum. Sunt & alia ver-
ba iuris, vt bona prædia, & prædibus prædiisq; cauendum. Cicero in Prætura
urbana de sartis tectis loquens, Vbi illa consuetudo in bonis prædibus præ-
diisq; vendendis omnium Consulū, Censorū, Prætorū, Questorū deniq; vt opti-
ma conditione sit is cuius res sit, cuius periculum: Excludit eum solum cui prop-
dicam soli potestatem factam esse oportebat. Locatur opus id quod ex mea pe-
cunia reficiatur. Ego me refecturum esse dico. Probatio futura est tua qui locas,
Prædibus & prædiis populo cautum est. Quæ verba enarrans Asconius, Bon-
na, inquit, prædia dicuntur bona satisfactionibus obnoxia, siue sint in mancipiis
siue in pecunia numerata. Prædia vero domus & agri. Hæc autem omnia ven-
duntur si rationi publicæ locator sartorum tectorum non responderit. Tu autem
te Verres, inquit, cum ego sim obnoxius & prædibus, id est fideiussoribus, &
prædiis appositis, non mihi exactor es operis, sed dominus voluntatis: qui non
finis me optima mea conditione id quod volo de redemptione agere, cum peri-
culum sit meum non reipublicæ. Prædes igitur homines sunt fideiussores, quo-
rum res Bonaprædia nunc vno nomine dicuntur. Hactenus ille. Lium libro se-
cundo secundi bel. Pu. de Cannensibus captiuis loquens, Ibi cum sententiis variat-
retur, & alii redimendos de publico, alii nullam publicam impensam faciendam
censerent, nec prohibendos ex priuato redimi, si quibus argentum in præsen-
tia esset: alii dandam ex ærario mutuam pecuniam, prædiis prædibusq; cauendum
populo censerent, & reliqua. Varro, Spōsor, inquit, & præes & vas neq; idem
neq; res quibus insedere similes. Itaq; præes est qui a magistratu interrogatur
in publicum vt præstet, a quo cum responderit dicitur præes. Vas appellatur est
qui pro altero vadimonium promittebat. Præes est (inquit Festus) qui populo
se obligat interrogatus a magistratu. Idem alibi mancipem etiam prædem di-
ci ait, quia tam debet, inquit, populo præstare quod promisit, q̄ is qui pro
eo præes factus est. Cicero Epistolarum libro secundo, Laodiceæ me prædes

accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut & mihi & populo cautum sit sine vecturæ periculo. Gel. lib. septimo, Si Lucius Cornelius Scipio Asiaticus collegæ arbitrato prædes dabit, collegæ ne eum in vincula ducat intercedemus. Prædes hodie sunt qui sponsores reip. vel Principi facti sunt pro iis qui pecuniam publicam dispensant, quos receptores vocant, eorumque bona prædia dici possunt, id est ut Græci dicunt ἰπέγυα. Ii etiam qui publicanos in locutionibus vectigalium aut eorum fideiussores locupletes affirmant (quod idoneos & sufficientes testificari vocant) prædes dici propterea possunt, quod locupletes eos esse ipsi præstare debent. Supprædes autem dici debent quos contraplegios vocant. Prædes etiam interdum pro bonis prædiis accipiuntur. Cicero in Antoniana secunda, Et domi quidem causam amoris habuisti, foris etiã turpiorem ne Lucius Plancus prædes tuos venderet: id est bona tua sponsoni obnoxia. Liviùs etiam vsus est libro quinto circa finem. Possumus etiam hic prædes pro sponsoribus intelligere quodam loquendi schemate non inueni-
sto, ut fit prædes vendere sponsorum bona prædia auctioni addicere. Idem Cicero ad Atticum libro sexto metaphoricòs vsus est: Itaque, inquit, irascatur qui volet, patiar, ὅτι μετ' ἐμῶν, præsertim cum sex libris tanquam prædibus me ipsum obstrinxerim, quos tam valde probari tibi gaudeo. Bene (inquit Cicero) mecum agitur. Itaque semel statui nihil contra honestatem agere, ad quam perpetuo amplectendam, sex illis libris de republica scriptis me obstrinxi reipublicæ, tanquam sponsoribus datis. Cadere causa dicebant eum qui plus petebat, quam mendose a causa cadere in quarto Institutionum Iustiniani legatur. Cicero de Oratore libro primo, Ridens & stomachans Scæuola cum Hypseus maxima voce plurimis verbis a Marco Crasso Prætoris contenderet, ut ei quem defendebat, causa cadere liceret. Gn. autem Octavius homo Consularis non minus longa oratione recusaret ne aduersarius causa caderet. Quibus verbis inscitia duorum oratorum reprehenditur, qui iuris ciuilis ignorantia non intelligebant quid esset causa cadere. Quintil. libro septimo, Est enim certa seruitus ad certa se verba astringendi, idque faciendum in libro Ciceronis de Oratore vetat Marcus Antonius. Nam est etiam periculosum, cum si vno verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur. Dicitur & cadere formula. Idem in tertio, Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus ferè causis in quibus cecidisse quis formula dicitur: hæc sint quæstiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere. Tranque excidere formula dicitur, id Cicero pro Roscio Comædo, locum in iudiciis habuisse non in arbitriis dicit, cuius hanc rationem affert. Iudicium enim est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Ad iudicium enim hoc modo venimus ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc modo adimus, ut neque nihil, neque tantum quantum postulauimus consequamur. Comperendinare ampliare, neque verba & ipsa iuris nuscquam ut arbitror in iure leguntur. Valerius libro octauo, Lucius Scipio Æmilianus Cottam apud populum accusauit, cuius causa grauissimis testimoniis erat confossa, septies ampliata, & ad vltimum octauo iudicio absoluta est. Quia homines verebantur ne præcipue accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur. Dicitur & amplius pronunciare. Cicero in Prætura vrhana, Verum ut opinor Glaucia primus tulit

Prædes.

Receptores.

ἰπέγυα.

Supprædes.

Causa cadea
re.Cadere for
mula.Formula exa
cidere.Iudicium &
arbitrium.Comperendi
nare.

Ampliare.

Amplius pro
nunciare.

vt comperēdinaretur reus, antea vel iudicari primo poterat vel amplius pronun-
 ciari. Vtram igitur putas legem molliorem? Opinor illam veterem qua
 vel cito absolui vel tarde condemnari licebat. Idem paulo post, Puta te non
 hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere: accusabo, respondebis:
 testibus editis, ita mittam in consilium, vt etiam si lex ampliandi faciat potesta-
 tem, tamen isti turpe existiment non primo iudicare. Primo pro prima actio-
 ne dixit. Mittere vero in consilium quid sit nos paulo post ostendemus. Verba
 autem Ciceronis exponens Asconius, Ante legem, inquit, Glauciam de com-
 perendinatione, aut statim sententia dicebatur si absoluendus esset reus, aut am-
 plius pronunciabatur si videretur esse damnandus, cum dixisset iudex, Non li-
 quet, hoc est obscura causa est. Itaque ea pars interposita dilatione dicebat in
 cuius peroratione videbatur obscuritas. Comperendinatio vero vtriusque par-
 tis recitatio est. Alii sic adnotant, Comperendinatio est secunda actio. Item
 Comperendinatio est ab vtriusque litigatoribus inuicem sibi denunciatio in peren-
 dinum diem. Idem paulo post, Cum autem, inquit, omnino suadebatur iudic-
 ius bona causa, absoluebant eam: si mala, non statim damnabant, sed hac
 excusatione parcebant. Nam cum condemnandi nota esset C, litera, absoluent
 di A, ampliandi signum. NL dabant: quod significabat non liquere. Vnde
 ampliatio nascebatur. Idem in Diuinatione, In causis, inquit, maioribus iur-
 dices vniuersi in cistam tabulas simul coniciebant suas, insculptas literas habē-
 tes absolutionis siue condemnationis cum de alicuius capite agebatur, N & L,
 ampliacionis. his enim literis significabant non liquere. Tabulas iudicum
 Asconius tabellas cæreas intelligit, quibus sententias ferebant. Erant enim
 sententiæ non vocales sed tabellariæ. Omnia autem hæc apud Asconium me-
 dosissime leguntur, vix vt sensus elici possit. Quantum tamen intelligi pos-
 test, ampliacionem non multum differre a comperendinatione colligimus.
 Ampliatio numerum certum actionum non habebat, vt ex illo Valerii loco su-
 pradicto intelligimus. & ex Liuio comperendinatio iteratam actionem in ter-
 tium diem, id est perendinum significare videtur. Hoc est enim perēdie quod
 Græci μετὰ τριῶν dicunt, quasi postcrastinum. Cicero, Scies igitur cras aut ad-
 summum perendie. Inde perendinus dies verbum olim Iurisconsultorum
 Vnde illud Ciceronis pro Muræna, iam illud mihi mirum quidem videri so-
 let, tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse
 se vtrum diem tertium an perendinum, iudicem an arbitrum, rem an litem di-
 ci oporteret. de iurisconsultis loquens. Perendinus dies hodie dici potest cum
 iudex statuit aut inter partes conuenit vt omne instrumentum litis apud acta
 vtrinque proferatur intra triduum, hoc est vt sacculi apud graphiarium deponā-
 tur. Tunc enim lis & res comperendinata est, quasi iudex post tertium diem,
 aut etiam die tertio sententiā laturus sit. Est enim comperendinatio mutua denun-
 ciatio (inquit Asconius) in perendinum diem, videlicet ne alter litigatorum fu-
 gitator fortasse causari possit cum in rem presentem vētum est, se imparatum
 venisse. Cuiusmodi est illa denunciatio qua litigatores in parlamēto nostro
 tur cum audientiam a Præsidibus aut diploma quoddam regium impetrant,
 ne alter ignorantiam excusare possit, si ex tempore respōdendum sit. Ab ea au-
 tem significacione qua comperendinare procrastinare est, & diem de die ducere,

Cōperendina-
 tio.

C A. NL.
 De more iu-
 diciorum.

Tabula iudi-
 cum.
 Sententiæ ta-
 bellariæ.
 Ampliatio
 & perendi-
 natio.

Perendie.
 Μετὰ τριῶν.
 Perendinus
 dies.

Perendinus
 dies.

Apud acta.

Lis cōperen-
 dinata quæ
 & res com-
 perendinata
 dicitur.
 Comperendi-
 natus reus.

comperendinati rei dici possunt in causis criminalibus, quos curia dimissos fide sua esse voluit: hoc est quos suę ipsorum custodia commisit, vt aut vrbem carceris loco iusti habeant, aut priuatam aliquam domum, vt fit interdum ex personarum dignitate & genere causarum. Comperendinati autem ideo dici possunt, quia non plane absoluti sunt, sed veluti vadimonio quodam obstricti, vel quia nondum comperta satis crimina, vel quia nondum se innocentes approbauerunt. Comperendinatos videmus interdum qui criminum postulati suffragatorum opera iterum & sæpius ampliari primum solent, donec recentium criminum inuidia sensim deflagrare possit, deinde quouis motionum fulmine afflatus in tenuiores iacto, cum eorundem criminum affines sint, priscos tamen spiritus resumere. Hos cum in publicum inferre sese video, oculisq; innocentium incurrere, abrupta sua vincula secum trahere puto. Nam luctata canis nodum abripit, attamen illi Cum fugit a collo trahitur pars longa cathenæ. Ampliati vero sunt quorū damnatio differtur, aut quia coram sistendi testes sunt, & cum illis committendi, aut quia nondum plane liquet, aut de crimine, aut de pœnæ modo. Non liquere de causa dicebant: quando probationes & argumenta non satis erant idonea ad diiudicandam causam. Gelli libro decimotertio, Vt absoluerem tamen inducere in animum non quivi: & propterea iuravi non liquere: atq; ita iudicatu illo solutus sum. Comperendinatorum exemplum est apud Ciceronem in Verrem Actio ne quinta: Videte, inquit, hominis amentiam. posteaq; est comperendinatus, cum iam pro damnato mortuoq; esset, ludis Circensibus apud Sisennam priuatum virum cum essent triclinia strata, argentumq; expositum, contemplari vnumquodq; ociose & considerare cœpit. Mirari stultitiam alii, alii amentiam. Cui comperendinato cum multi testes dixissent, quicq; illorum veniret in mentem: Comperendinatum Verrem, id est qui in secundam actionem impetrauerat iudicium differri, Cicero damnatum inuidiose appellat, propter ingentia crimina testimoniaq; prementia, & præiudicia ab ipso multis rebus de se facta, vtpote qui accusatus repetundarum q; Siciliam prouinciam ar genteis vasis cælatiq; spoliasset, tamen temperare sibi apud Sisennam nequiuisset, quin cupiditatem illam prænimiam cælatæ suppellectilis, ingentiam sibi proderet. Ampliatorum apud eundem exemplum est in oratione pro Cæcinnâ his verbis, In eundem quid dicam? nisi id quod negare non possit, venisse in consilium publicæ quæstionis cum eius consilii iudex non esset: & in eo consilio cum causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixisse sibi liquere, dum incognita re iudicare voluisset: maluisset condemnare quam absoluere. Ab eiusmodi iudiciorum more dictum est illud eiusdem in oratione pro Milone cum de Pompeio loqueretur, qui illi quæstioni iudicioq; præfuerat: Vidit, inquit, in confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse. Quod nisi vidisset posse absolui eum qui fateretur, cum videret nos fateri: nec quæri vnquam iussisset, nec nobis tam salutarem hanc in iudicando literam quam illam tristem dedisset. Salutaris litera a Cicerone dicitur *A*, quæ resolutionis nota erat: vt tristis *C*, quæ condemnationis. Sic Persius Saty.

Ampliati rei

Nō liquere:

Salutaris li-

tera A.

Tristis lite-

ra C.

Theta.
Tabula ternæ iudicum.
Quæſitor.
Mittere in conſilium.
Dixi.

Mittere in conſilium.

Emendatus.
locus Plin.

Calculū permittere.
ἐπιτρέψαι τὸν ἕψον.
προδέσθαι ἕψον.
ἐπαγορεύει ἕψον.
Censere, opinari.
Συνάγει δὲ κατὰς & καθίζει.
Calculū porrigere & proponere.
Censendi potestatem facere.

quarta Græcorum morem tangens, Et potis es nigrum vitio præfigere themata. Nigrum theta mortiferum dixit. Significabat enim thanaton, id est mortem, cuius est prima litera th. Dabantur autem tabellæ ternæ iudicibus ab eo qui iudicio præerat Quæſitorque dicebatur, absolutionis, condemnationis, ampliacionis, ut auctor est Asconius. Cæterum mittere in consilium est dicere iudices ad sententiam dicendam ubi orator dixerit, Dixi, auctore Asconio. Cicero pro Cluentio, Cur Stalenum cum in consilium iretur Cluentius & Cannutius abesse patiebantur? & cum in consilium mittebant Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus quærebat? Si hoc est, inquit, verum quod Cluentius & Cannutius iudicium corrupserint, quo modo id explicari potest, quod cum iudices ipsi in consilium mitterent: id est cum iudicium iam expectare se dicerent dicendi finem facientes, non requirebant Stalenum unum iudicum quem constat redemptorem totius corruptionis fuisse: sed facile patiebantur illum abesse, non autem Oppianicus qui erat Cluentii aduersarius. Mittere in consilium hodie dicere possumus eos qui a iudicibus postulant, ut ex tempore ius petatur, ut fit in Parlamento plerunque, cum aduocati ex actionibus suis petunt, aut etiam ex altercationibus ius reddi sibi postulant ex sententia curiæ: quo tempore iudices assurgente Præsidente capita conferentes de lite aut postulatis, vel ex tempore statuunt, vel iuris disceptationem esse pronunciant, & consilio agitandam. Inde illud Plinii in Panegyrico ad Traianum, Alii, inquit, se superstites reipublicæ optabant faciebantque, tibi salus tua iniussa est si non sit cum reipublicæ salute coniuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi expedit optantibus: omnibusque annis de te in consilium deos mittis, exigisque ut sententiam suam mutant si talis esse desieris qualis electus es. Sed ingenti conscientia Cæsar pacisceris cum diis ut te si mereberis seruent, cum scias merearis ne neminem magis quam deos scire. Quo in loco præpostere legitur ne merearis. Hunc tamen locum interpretis vir alioqui doctus nec mediocri diligentia præditus secus interpretatus est. Est enim hæc Plinii sententia, Nuncupationem votorum quæ quotannis pro salute & incolumitate Principis fieri solet, tu his verbis Cæsar concipi iubes, Si bene reipublicam exque omnium utilitate rexeris. Digna, inquit, vota quæ semper suscipiantur semperque solvantur. Quotannis diis ipsis, inquit, tanquam iudicibus calculum de te permittis an dignus sis incolumitate. Interpretis hoc in loco aliud agens (ut fit interdum) facis, inquit, ut dii te consulant an dignus sis esse sospes. Sed quis non interdum peccet quippiam, cum quandoque bonus dormitet Homerus? Mittere in consilium iudices a Græcis ἐπιτρέψαι τὸν ἕψον dicitur, id est calculum permittere. προδέσθαι ἕψον, censendi potestatem facere & calculum proponere: quo Demosth. utitur. ἕψον ἐπαγορεύει. Thucydides, ἕψον ἐπαγορεύει τοῖς συμμαχοῖς πᾶσιν, id est censere eos iusserunt, & ut nunc loquimur opinari. Galenus in primo Therapeu. ἕψον εἰς τὸ σωθῆναι συνάγει δὲ κατὰς. Et rursus, καὶ καθίζεις μὲν ἐν ταῖς ληρώδεσι σὺ βιβλίῳ δικαστῆς τῶν ἑλλήνων. Qui loquendi modi eundem ferme intellectum habent, id est mittere in consilium, censendi potestatem facere, calculum permittere, calculum porrigere, calculum proponere. Quæ de iis litigatoribus dici possunt, quibus hoc

inter se continet ut processus in statu iudicetur, ut verbis nostris utar. Solent enim in actis testari se iam nihil morari iudices quò minus ex instrumento litis apud acta prolato sententiam dicant. Iudices autem ipsi in consilium ire dicuntur, cum aut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis percensere aggrediuntur, cum litis processus in medium positus est. Cicero pro eodem Cluentio, In consilium erant ituri iudices trigintaduo, sententiis decem & sex absolutio confici poterat. Idem, Itum est in consilium; omnibus sententiis præter vnam, quam suam Stalenus esse dicebat. Scamander prima actione condemnatus est. Verum ut obiter nonnulla quoque dicamus, constituere iudicium dicebant, & constituere quaestionem, quod vulgo euacuare finem non procedendi dicunt, aut non recipiendi. Cicero in Partitionibus, Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio, cum aut sit ne actio illi qui agit, aut iam ne sit, aut num esse desierit, aut illa ne lege, his ne verbis sit actio queritur: quæ etiam si antequam res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non sunt: tamen in ipsis iudiciis permagnum sæpe habent pondus. Concertata dixit, quod debatuta quasi depugnata dicimus. Diiudicata, quod appunctata. Confecta, quod euacuata. Idem, Quare de constituendis actionibus, accipiendis subeundisque iudiciis, de excipienda iniquitate accusationis, quia hæc generis eius sunt ut ante iudicium tractanda videantur, & reliqua. Quintil. quaestionem pro iudicio dicere solet. Constituere vero disceptationem, id est fere quod accordare scripturas dicunt. Cicero in iisdem Partitionibus, Ex rationis autem & ex firmamenti consultatione & quasi concursu quaestio quædam exoritur, quam disceptationem voco: in qua quid veniat in iudicium, & de quo disceptetur queri solet. Idem, Disceptatio autem cum est constituta, propositum esse debet oratori quo omnes argumentationes repetite ex inveniendis locis coniciantur. Summam autem quaestionem dicebant, quod nunc principale punctum dicimus: cuius accessiones sunt reliquæ quasi laticulae. Quintil. lib. tertio, Quaestio latius intelligitur omnis de qua in utraque partem vel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: altero modo quo dicimus multas quaestiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur. altero, quo significamus summam illam in qua causa vertitur. De hac nunc loquor, ex qua nascitur status, an factum sit, an recte factum sit. Vocatur autem & caput ab eodem. Idem in septimo, Itaque inferiora quoque scrutabimur, quæ tractata faciliorem nobis attingere nostri in foro dicunt: qui etiam rei tractatum vocat, cuius exemplum inferius subiiciemus. Iuuenalis Satyra septima, Quis color, & quod sit causæ genus, atque ubi summa Quaestio, quæ veniant diuersa parte sagittæ, Scire volunt omnes. Constituere autem statum causæ iudex dicitur cum aut iuris disceptationem esse pronunciat, aut facti. Cum igitur significare volumus nos appunctatos esse contrarios, latine dicere debemus statum causæ coniecturalem aut inficialem esse, causamque inficialiter aut coniecturaliter constitutam esse. Cum autem iuris disceptatio est, iudicialis status est, & causam dicemus iudicialiter constitutam esse. Quintil. in tertio, Huic diuersa sententia eorum fuit qui duos quidem status esse voluerunt, vnum inficialem, alterum iudicialem.

In consilium ire.

Constituere iudicium & quaestionem.

Res concertata.

Diiudicata.

Confecta.

Quaestio.

Constituere disceptationem.

Summa

quaestio.

Caput:

Constituere statum causæ.

Causam iudicialiter

inficialiterque constituere.

Inficialis est quem nos dicimus coniecturalem, cui ab inficiādo nomen aliū in totū dederunt, aliū in partem, quia accusatorem coniectura, reum inficiatione uti putauerunt. Iuridicialis est qui græce Δικαιολογικὸς dicitur. Hactenus ille. Est tamen status tertius finitiuus, atq; etiā plures secundum antiquos, sed nihil ad rem pertinent quā agimus. Firmamētum autē & continens causā dicitur latine quod punctum litis decisorium vocant. Quintil. in tertio, σωέχορ autem quod continens aliū, firmamentum aliū putant, Cicerō firmissimā argumentationem defensoris & appositissimam ad iudicationem. Quibusdam id videretur esse post quod nihil quæritur: quibusdam id quod ad iudicationem firmissimum affertur. Meminit & Cicerō in libro Partit. Cardinem autem Cardinē causæ ponere. in aliquo ponere dicebant, quod nunc dicimus accipere ius per hoc vel illud. Quint. in quinto, Illud hoc loco monere inter necessaria est, nulla esse firmiora q̄ quæ ex dubiis facta sunt certa. Cædes a te facta est, cruentam enim vestem habuisti. Non est tam graue argumentum si fatetur q̄ si conuincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse vestis: si negat, hic causæ cardinē ponit. In quo si victus fuerit, etiā in sequētibus ruit. non enim videtur in negotio mēturus fuisse nisi desperasset id posse defendi si cōfiteretur. Et libro. xii. Negligentiū (inquit) oratorū nihil refert vbi litium cardo vertatur, dū sint quæ extra causam ex personis ac cōmuni tractatu locorū occasionē clamandī largiātur. Dicitur & summam totius litis constituere. Idem lib. septimo, Sed nonnūq̄ etiā reus hic totius summam constituit, si exhæredatum a se filium pater testatus fuerit elogio, propterea q̄ is meretricē amauerit. Nā omnis hic quæstio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, & Cētūiri tribuere debet veniā. Rem controersam dicebāt quā nos cōtentiosam vocamus. Et qua de re agitur, pro eo quod nos dicimus hoc de quo nūc quæstio est, id est quod maxime iudicandum est, vt Græci appellāt τὸ κρινόμενον. auctor Cicerō in Topicis. Constituere etiā iudiciū dicebant, quod nunc facere super re aliqua infamatiā vnā & processum super ea facere, hoc est eam rem ita in iudiciū deditur, vt de ea re iudicādum sit, & sententiā ferenda. Idem lib. tertio, Diuersum his genus quod dicitur cōparatiuū, cuius rei tractatus in parte causæ frequens est, vt cum apud Centumuiros post alia quæritur & hoc, vter dignior hæreditate sit. Rarum est autem vt in foro iudicia propter id solum cōstituātur, sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnūq̄ inter delatores res vter præmiū meruerit. Forū autem appellat Quintil. in quo iudicia publica exercebantur. Cicerō in Verrem Act. tertia, Amici recusare ne quod nouum iudiciū, neq; ipsius cognitio illo absente de existimatione eius constitueretur. Dicitur & dare actionem iudex quādo actorem ad intēdendam actionem admittit. Item in eadem, Si quis eum pulsasset, edixit se iudiciū iniuriarū non daturum: quicquid eb eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum. ipsi autem nullius rei actionem sese daturū. Recusare dicebāt quod pragmatici dicunt tendere ad finem non procedendī. Idem pro Cluen. Aulus Cluentius eques Romanus causam dicit ea lege, qua lege Senatores, & hi qui magistratum habuerunt soli tenentur. mihi per eum recusare, & in arce legis præsidia cōstituere defensionis meæ nō licet: id est nō vult me præscribere accusatori se hac lege non teneri si suo iure uti velit. Est enim recusare, accusatorem actio-

Δικαιολογικὸς,
Firmamētum
& continēs
causæ.
Firmissima
argumenta.

Cardinē cau
sæ ponere.

Litiū cardo.

Summam to-
tius litis con-
stituere.

Res contro-
uersa.

τὸ κρινόμε-
νον.
Qua de re
agitur.
Constituere
iudiciū.

Forum.

Dare actio-
nem.

Dare iudiciū

Recusare.

nemq; depellere. Ponitur & pro eo quod debatuere dicimus. Idē pro Quintio; Dolabella Prætor iniuriam facere fortissime perseuerat: aut satisfacere, aut spon-
 sionem iubet facere, & inter eas recusantes nostros aduocatos acerrime sub-
 moueri. Altercari etiam hoc dicitur. Idem in Bruto de Crasso loquens, Hic *Altercari.*
 in altercando (inquit) parem inuenit neminem. Et paulo post de L. Philippo,
 Summa ei libertas in oratione, multæ facetiæ, satis creber in reperiendis, so-
 lutus in explicandis sententiis. Erat imprimis (vt temporibus illis) doctri-
 nis græcis institutus, in altercando cum aliquo aculeo & maledicto facetus.
 Altercatio quæ a Græcis *διαδικασία* dicitur, a continua oratione differt, *Altercatio;*
 cuius præcepta Quintil. libro sexto posuit: Bonus (inquit) altercatator vi-
 tio iracundiæ careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus: & fert extra *διαδικασία;*
 causam, & plerūq; difformia conuicia facere ac mereri cogit, & ipsos nonnūq;
 iudices incitat. Et paulo post, Sunt enim quidam præduri in hoc oris vt ob-
 strepant ingenti clamore, & medios sermones intercipient, & omnia tumultu
 confundant, quos vt non imitari, sic acriter propulsare oportebit, & ipso-
 rum improbitas retundenda, & iudices vel præsidentes magistratus appel-
 landi frequenter, vt loquendi vices seruentur. Refellere testimonia & testes *Refellere*
 & tabulas dicebant quod contradicere & reprochiare dicimus. Cicero pro *testes, ta-*
 Flacco, Nam aut oratio testium refelli solet, aut vita lædi. Qua disputatione *bulas. &c.*
 orationem refellam eius qui dicit dedimus? nihil amplius nisi in hominem di-
 cendum est. Tranquil. in Aug. Testem se in iudiciis & interrogari & refelli
 inartificialium probationum genere sunt præiudicia, rumores, tormenta, ta- *Eleuare te-*
 bulæ, iusiurandum, testes, in quibus pars maxima contentionum forensium *stimonia.*
 consistit. sed vt ipsa carent arte per se, ita summis eloquentiæ viribus & ele- *Eleuare;*
 uanda sunt plerūq; & refellenda. Eleuare enim est vilem leuemq; verbis de-
 monstrare. Valer. libro octauo, Cæterum gloria ne ab iis quidem qui contem-
 ptum eius introducere conantur, negligitur. quoniam quidem ipsis volu-
 ptum eius nomina sua diligenter adiiciunt, vt quod professione eleuant, vsur-
 patione memoriæ consequantur. Eleuant (inquit) id est aspernandum dicunt. *Refutare;*
 Vtitur hoc sepiissime Lilius. Refutare etiã dicitur & reprehedere. Cicero in *Reprehedere*
 Varinium testem, Nemo enim horum te ita refutandum, vt grauem aduersa- *Subleuare*
 rium: aut ita rogandum, vt religiosum testem arbitrabatur. Subleuare autem *testimonio;*
 testimonio dici debet quod exonerare vulgo dicimus. Idē pro Cluentio, Pater
 adolescentis quem propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo
 loco testem in Aulum Cluentium constituere, is hunc suo testimonio subleuat.
 Idem pro domo sua, Quid cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni,
 vt tibi omnia permitterent, te adiuuant, tibi manum, copias, tibi suos para-
 tos Centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararet, te suis sceleratis con-
 tentionibus subleuant: id est defenderent, & tibi suffragarentur, & pro te ora- *Premere te-*
 tionem haberent, & testimonio suo tuerentur. Huic contrarium est premere. *stimonio.*
 Pl. libro quinto Epistol. Legati Vincentinorum non modo non presserunt eū,
 verum etiam subleuauerunt. De Nominato loquens, qui preuaricationis accu- *Contradi-*
 satus in Senatu fuerat. Quas vulgo saluationes vocamus, contradictorum dis- *ctorū dispo-*
 solutiones dici debent. Quintil. in quarto. Quæ probationum sit fides seu pro- *lutiones.*

Eleuare.

Subleuare.

Iudicatum
facere.

Prima actio
ne.

Superior &
inferior cau
sa.

ἡ πόλις λό
γος &c.

Pro testimo
nio dicere.

Reuocare
testes.

Mittere cū
elogio.

Elogium.

Decernere
quæstionem.

Decernere
vt legibus
queratur.

Querere.

posita confirmamus, seu contradicta dissoluimus. Interdum eleuare pro saluare dici potest. Idem in eodem, Verbis eleuare quædam licebit, luxuria hilaritatis, auaritia parsimoniam, negligentia simplicitatis nomine lenietur. Subleuare etiam dici potest: vt Cicero in Tusculan. libro quarto, Cum multa in conuentu collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a cæteris qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatus est, cum illa sibi signa inesse, sed ratione a se deiecta diceret. Iudicatum facere vocabant, quod furnire ad sententiam nostrates dicunt. Cicero pro Flacco, Itaque recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione iudicauerunt, cum iudicatum non faceret, additus Hermippo & ab hoc ductus est. Quo verbo vsus est Cælius in .l. vlt. infra. Si certum petatur. Verbum est. xii. tab. vt ex Gellio apparet libro decimonono. Prima actione Cicero, pro in re præsentis dixit: hoc est eo ipso in campo vt nostri loquuntur. Superiorem causam dicebant pro eo quod nunc dicimus causam iure communi fundatam, vel ius apparentius, cuius contrarium inferiorem causam vocabant. Idem pro Quintio, Ac si causa pari Quintius discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter querendum: nunc in causa superiore ne vt par quidem sit postulat, inferiorem esse patitur, duntaxat vsque eo ne cum bonis fama fortunisque omnibus Neui cupiditati crudelitatisque dedatur. Idem in Bruto, de Leontino Gorgia, Protagora, Hippia, aliisque sophistis loquens: Hi (inquit) alique multi temporibus eisdem docere se profitebantur arrogantibus sane verbis, quemadmodum causa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior possit. Hoc a Grecis dicitur ἡ πόλις λόγος κρείττονα πρῆμι. Dicebant & pro testimonio dicere, quod nunc dicimus deponere. Idem pro Archia, Ego vero si quid eiusmodi dixi, neque cognitum commemorauit, neque pro testimonio dixi, & illa oratio potius testimonio reuocare testes, quod recolere dicimus. Et cum elogio mittere reum, id est cum oneribus & informationibus, vt Martianus in .l. Diuus. de custodia & exhibitione reorum. Elogium enim testimonium est de aliquo. ἀνάκρισις græce dicitur. Decernere quæstionem, pro eo quod nunc dicimus ordinare vt fiat informatio, & vt contra delinquentes procedatur. Cicero pro Milone, Comprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodius, quem ille ad Pompeium interficiendum collocauit. Extorta est confitentia de manibus. Caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæstio decreta est? Dicitur & decernere vt legibus queratur. Idem in eadem, Quæ si per furiosum illum Tribunum Senatui quod sentiebat perficere licuisset, nouam quæstionem nunc nullam habebimus. Decernebat enim vt veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Quætere enim est informationem facere & legibus vindicare. Idem Tulit enim de cæde quæ in Appia via facta esset, in qua Publius Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? Nempe vt quæreretur. Quid porro querendum est factum ne sit? at constat. A quo? at patet. Senatus autem raro quæstionem de aliquo crimine habendam decernere solebat. Erant enim iudicia legibus certis constituta, de quibus aliquando videbimus si locus incidit. In causa autem Miloniana decreta est quæstio: propterea in superiori exemplo Cicero quæ-

tionis nouæ meminit. Ab ista quærendi significatione quæstio pro iudicio publico accipitur: vnde iudex quæstionis, Prætor dicebatur, idem qui & Quæstitor, qui iudiciis publicis præerat vt docet Asconius. Martianus in lege prima ad legem Cornel. de sicariis, Quiue magistratus iudexve quæstionis sub capitalem causam pecuniam acceperit vt publica lege reus fieret. Quem locum an Accursius intellexerit Accursiani viderint. Quærere iudicium est & magistratum, inquirere aliorum. Cicero in Diuinatione, Itaque cum ego diem inquirendi in Sicilia perexiguam postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaïam biduo breuiorem postularet. Vnde & Inquisitor apud eundem. Erat autem Cicero accusator Verris idemque inquisitor. Lactan. Tantaque est auctoritas vetustatis vt inquirere in eam scelus esse dicatur. Liuius Anquirere dicit quod Cicero quærere. Vnde apud eum sæpe pecunia anquisitum legimus, id est conclusum pro multa vel emenda. & anquirere capite, pro criminaliter contra aliquem procedere. Disquisitionem autem vocabant iudicium per opiniones vt nunc loquimur, cum opinionem vel sententiam omnes rogantur. Liuius, Sed non quid ego fecerim in disquisitionem venit, sed quid isti pati debuerint: id est non rogantur sententiæ de me. Idem, Nec tamen a Dictatore comitia sunt habita, quia vitio creatus esset in disquisitione venit. Tranquillus in Cæsare, Primo Præturæ die Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocauit. Idem in Nerone, ad disquisitionem Senatus vocare dixit. Decernere quæstionem hodie aliter usurpamus, de torquendis reis loquentes. Cicero in Ver. Reus, inquit, ad causam dicendam admissus: pro eo quod nunc dicunt audietur in defensionibus suis. Conferre pedem antiqui dicunt quod nos ad punctum venire dicimus, & iungere: quod non faciunt fugitantes litigatores. Cicero pro Plancio, Non possum magis pedem conferre, vt aiunt, aut propius accedere. Quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? Proferre quod nos producere dicimus, id est apud acta deponere. Idem in Verrem actione quarta, Scio te edicta superiorum omnium correxisse: & possessiones hæreditatum non secundum eos qui proferrent, sed secundum eos qui dicerent testamentum factum, dedisse. Producere autem de testibus dici debet non de litis instrumento. Instrumentum autem litis a Quintil. dicitur quod nos productionem vocamus. Præcidere latine dicendum quod vulgus quotare appellat, id est designare quotum quenq; articulum, quotum quodq; caput oppugnare velit litigator, ne in vniuersum admissus licenter tergiuersari & identidem euariare possit. Cicero in Acade. Stoicis placet peccata esse paria. at Antiocho hoc vehementissime displicet. Liceat tandem considerare vtram sententiam sequar. Præcide, inquit, statue quid libeat: id est signanter & præcise desumunt: tracta a fabris metaphora, qui id quod abscindere volunt, ducta linea præcident: vel ab iis qui ex re communi partem sibi eligunt prius signantes, postea defectam auferentes. Præcidere igitur est non simpliciter & in vniuersum aliquid dicere, sed designate & præcise, quod Græci ἀφορίζω dicunt. Confusa testimonia latine dicenda sunt, quas turbas vocamus, quasi turmatim testificantium testimonia. Liuius libro decimosexto, Iussit deinde inire confusum suffragium, ad vnum omnes non centuriæ modo, sed etiam homines P. Scipioni im-

Quæstio.
Quæstitor
Prætor iudex
quæstionis.

Quærere.
Inquirere.

Inquisitor.

Anquirere.

Disquisitio.

Decernere
quæstionem.

Admitti ad
causam dicendam.

Conferre pedem.

Proferre.

Producere.

Instrumentum
litis.

Præcidere.

Præcidere.

ἀφορίζω

Confusa testimonia &
suffragia.

- Formula.* perium esse in Hispania iusserunt. Formulam etiam dicendum quod nos solum vocamus. Cicero de opti. genere oratorum, Et ad quam eos dicendi formulam reuocent, intelligant. Vnde formularii dicti a Fabio in. xii. quorum alii ad
- Formularii Legulei.* rubricas, vel ad album se transtulerunt: & formularii, vel (vt ait Cicero) Legulei esse maluerunt. Subscribere dicebant quod nunc adiungere se dicunt. Subscribendi igitur facta potestas dicendum, quod nunc dicunt, dictum est quod adiungere se poterit. Cicero in Prætura urb. Ei qui istius Questor fuisset, & ab isto læsus inimicitias iustas persequeretur, non modo deferendi nominis, sed ne subscribendi quidem cum id postularet, fecerunt potestatem. Hoc etiam a Cicerone dicitur, accedere ad causam, & descendere in causam, & incumbere in eandem causam, & dimittere se in causam, cæterum subscribere aliter accipitur ab Vlpiano in. l. vlti. de priuatis delictis. ideo alibi latius explicandum.
- Accedere ad causam &c.*
- Apponere sibi præuaricatorem.* Apponere sibi præuaricatorem dicebant, pro eo quod dicimus curauit se per tertium adiornandum, vt colluderet scilicet. Idem in Antoniana secunda, iam vereor Patres Conscripti ne quod turpissimum est, præuaricatorem mihi apposuisse videar. Dicebant etiam ius postulare eum qui requæstam rationabilem facere nunc dicitur. Idem in eadem, Ius postulabas. sed quid ad rem: plus ille poterat. Et sublata intercessione, quod nunc non obstante oppositione dicitur. Idem in eadem, Cum auspicia Augur, intercessionem Cõsul sustulisses. Et libro tertio de Legibus, Nihil est enim exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quã composita & constituta rep. quicquid agi per vim: parere iubet lex intercessori, quo nihil præstantius impediri enim bonam rem melius, quã concedi male. Et paulo post, Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto. A Græcis Διαρρηξία, dicitur. Vnde cedere intercessioni dicebant vt cedere prouocationi, id est non procedere ultra & admittere oppositionem. Quod autem nunc dare congedium dicimus, illi eximere ex reis dicebant: in criminalibus causis scilicet. Idem in Verrem act. tertia, Etenim si posset reus absente accusatore damnare, non ego a Vibone Veliam paruulo nauigio inter fugitiuorum ac prædonum ac tua tela venissem. quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximerere si ego non affuissem ad diem. Et act. quinta, Condonare Diodorum non audet, absentem de reis eximit. Sic eximere ex ærariis, est condonare multam, id est quietare emendam. Idem in secundo de Oratore, Is enim qui te ex ærariis exemit lustrum condidit, & taurum immolauit: tanta suspicio est vt religione ciuitatem obstrinxisse videatur Mummus noster, quod Asellum ignominia leuarit: Asellus enim ille vocabatur. Eximere noxæ, est gratiam criminis facere, hoc est remissionem dare. Lilius libro octauo ab Vrbe cond. Bene habet (inquit Dictator) Quirites, vicit disciplina militaris, vicit populi maiestas: non noxæ eximitur Fabius qui contra edictum Imperatoris pugnavit, sed noxæ dānatus donatur populo Romano, donatur Tribunitiæ potestati precariū non iustum auxilium fereti. Eximere notæ, remittere infamiam. Gel. lib. iiii. Sed cum ille deierasset inuitissimum sese oscitatione victum, tenerique eo vitio quod oscedo dicitur, notæ iam destinatæ exemptus est a Censoribus. Legitimos dies dicebant, quas nunc dilaciones ordinarias vocamus. Ex Cicerone & Asconio in Prætura urbana. Ius suū obtinere non posse dicebant eum quem nunc iustitiam habere vel

consequi non posse dicimus. ab Isocrate & Demosthene
 citur: a Demosthene etiam *ἡ ἀδικία*. Cicero in eadē, Hic Philodatus postq̄
 ius suum obtinere non potuit, vt humanitatem consuetudinemq; suam retine
 ret laborabat. Alibi ius suum retinere dixit, in eūdē actione quarta, Hoc edi
 cto non Siculi sed istūpsī equites Romani qui ius suum retinere se cōtra Apro
 nium posse erant arbitrati, splendidi homines & aliis Prætoribus gratiosi, vin
 cti Apronio traditi sunt. Rem vel causam ad exemplum pertinētem vocabāt,
 quam nunc materiam consequentiæ importantiæq; dicunt. Plinius ad Traia
 num Epist. vigesima prima, Quid ergo debeam sequi rogo domine scribas, pre
 fertim cum pertineat ad exemplum. Idem alibi ad Geminium libro nono, refer
 re exempli pro eodem ferme dixit. Constitutā diem dicebant, quam nūc præ
 fixam aut assignatā dicunt: & statos dies, quos nūc ordinarios. & Edere quod
 nunc per scriptum dare vel per declarationem dicūt. & Amittere e manibus
 pro vacuare manus & se desere. Idem in eadem, Tamen hoc nouū genus in
 iuriæ ferre nemo posset, te cum tuos omnes fructus publicano tradidisses, &
 rem de manibus amisisses, tum bona tua repetere ac persequi iudicio. Idem in
 quinta, Num te cum pluribus confirmasses redditurum, posteaq; Cordius pro
 testimonio dixit te sibi reddidisse, finem retinendi fecisti: q̄ intellexisti te præ
 da de manibus amissa testimonium tamen effugere non posse. Amittere alio
 quin dimittere significat. Terentius in Phor. Nunc amitte quæso hunc. Idem,
 Ego in eum infelix incidī locum, vt neq; eius sit mihi amittendi nec retinendi
 copia. Circūducere edictum dici debet, quod nunc lingua vernacula rabatue
 re defectum appellat, quo verbo Vlpianus vsus est in. l. & post edictum, de iu
 diciis. Quod nūc dicimus defensor ex parte sua poterit informare: illi dicebāt,
 Reus testimonium denunciare poterit & inquirere. Pl. libro sexto Epistol. Ad
 didit etiam petendum a Consulibus vt referrent sub exemplo legis ambitus
 de lege repetund. an placeret in futurum ad eam legem adici, vt sicut accu
 satoribus inquirendi testibusq; denunciandi potestas ea lege esset, ita reis quoq;
 fieret. Quam nūc qualitatem procedendi in litibus dicimus, latine persona di
 citur. Cicero pro Plancio, Multosq; menses a capite meo non discessit abiecta
 quæstoria persona, comitisq; sumpta. Quintil. in quarto, In epologo vero licet
 totos effundere affectus, & fictam orationem induere personis. Idem alibi, De
 clamaturus autē positas in affectibus causas propriis litigatoris personis de
 bet induere. Vnde ferre alienā personam, Liuius in tertio ab Vrbe condita di
 xit: & Plinius in Epistolis pro assumere qualitatem, vt forēses loquūtur. Hæc
 habui nunc obiter quæ dicerem ad inltaurationem latinitatē pertinētia, quod
 ad mōres nostros attinet: dicemus & alia nonnulla sparsim prout locus quisq;
 poposcerit, & in mentē nobis venerit. Nunc longius q̄ institueramus euagati
 eo tandē reuertamur vnde digressi sumus. Cernere hæreditatem dicebāt pro
 adire, auctore Festo. Cic. ad Atti. lib. vi. Quare adiunges Aufidium nostrum ho
 minem semper amantem me, nunc credo eō magis q̄ debet etiam fratris Ap
 pii amorem erga me cum reliqua hæreditate creuisse. Et lib. xi. Literas tuas ac
 cepi pridie nonas Feb. eoq; ipso die ex testamēto creui hæreditatē, id est adiuuēst
 enim accusatiui casus. Idem ad Dolabellam, A te autem peto, vt me hanc quasi
 falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere. Vtitur & Liuius lib. iiii. secun

τυγχάνει
δικαίως
το δίκαιον
ἔχει
 Res & causa
 ad exemplū
 pertinens.
 Exempli res
 ferre.
 Dies consti
 tuta.
 Dies stati.
 Edere.
 Amittere e
 manibus.
 Amittere.
 Circūducere
 re edictum.
 Reū testimo
 nium denun
 ciare.
 Inquirere.
 Testibus de
 nunciare.
 Persona.
 Cernere hæ
 reditatem.

di bel. Punici. Sic accipitur in. l. Cretionum, de iure deliberandi in cod. Iustiniani.

Gentilitas. Videamus quid apud antiquos iuriscōsultos gentilitas fuerit. Cicero in Topi-
Gentiles. picis, Gentiles sunt, inquit, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis
 oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt
 diminuti. Nihil enim video ad hanc definitionem Scæuolam Pontificem addi-
 disse. Gentiles sunt (inquit Boethius) qui eodem nomine inter se sunt, vt Bru-
 ti, vt Scipiones. q̄ si serui sunt, nulla gentilitas esse potest. q̄ si libertinorum
 nepotes eodem nomine nuncupentur, gentilitas nulla est: quoniam ab antiqui-
 tate ingenuorum gentilitas dicitur. q̄ si rursus in familia gentis suæ non man-
Gentilitatis serint, gentiles iam esse non possunt. Fuit autem ius gentilitatis vt ius stirpis
ius. apud antiquos. Vnde Cicero libro primo de Oratore, Quid qua de re inter
 Marcellos & Claudios patricos Centumuirum iudicauerunt? cum Marcelli Au-
 lii liberti filii stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hæreditatem gente ad se
 dicerent rediisse: nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilita-
 tis iure dicendum? Simile illud eiusdem pro Cornelio Balbo, Simul illud, in-
 quit, nesciebat, prædiorum nullam esse gentem. emptionibus ea solere sæpe
 ad alienos homines, sæpe ad infimos, non legibus tanq̄ tutelam peruenire.
 Inde illud prouerbiale apud antiquos, Ad agnatos & gentiles est deducendus.
Ad agnatos Varro lib. primo rerum rusti. de vitibus loquens, Duo in primis spectasse vi-
& gentiles dentur Italici homines in colendo, possent ne fructus pro impesa ac labore red-
deducendi. dere: & vtrum saluber locus esset an non, quorum si alterutrum decollat, &
Decollare nihilominus vult colere, mente est captus, atq; ad agnatos & gentiles est ded-
pro fallere. ucendus. Columel. libro primo, Portius quidẽ Cato censebat in emendo agro
 inspiciendoq; præcipue duo esse consideranda, salubritatem cœli & vbertatem
 loci: quorum si alterutrum deesset, & nihilominus vellet incolere, mente esse
 captum, atq; eum ad agnatos & gentiles deducendum. Quum igitur furem
 hominem significare volebant: ad agnatos & gentiles deducendum dicebant.
Furiosi. Vnde Iustinianus libro primo Institutionum, Furiosi quoq; & prodigi licet
Prodigi. maiores viginti quinque annis sint, in curatione sunt agnatorum ex lege. xii. tab.
 Triâ igitur hæc erant iura apud antiquos, agnationis, gentilitatis, stirpis. Papi-
Gentilitas nianus de probationibus, Quoties queritur, genus vel gentem quis habere
& agnatio. necne: eum probare oportet. Sed nobiliorum fuisse videtur gentilitas, vt ex
 illa definitione Ciceronis apparet, eorum scilicet qui imagines generis sui pro-
 ferre poterant. Inde Tranq. in Vespas. Flauia gens, inquit, obscura illa quæ
Imagines dem, ac sine vllis maiorum imaginibus, sed tamen reipublicæ nequaquam peniten-
 da. Vnde imagines pro nobilitate generis accipi sæpe solent. Cicero de lege
Nouus homo Agraria significare volens se nouum hominem, id est nulla generis nobilitate
 commendabilem, Consulem tamen factum, ita ad populum inquit, Quemad-
 modum cum petebam nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, sic
 si quid deliquero nullæ sunt imagines quæ me a vobis deprecetur. Idem in Pro-
 sonem, Obrepisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum
Fumose ima imaginum, quarum simile nihil habes præter colorem. Fumosas imagines
gines. appellauit Cicero antiquissimi generis stemma: vt legi omnino debeat apud
 luuenalem, Fumosos equitum cum Dictatore magistrōs. Hoc autem ius quæ-
 siuisse se ab Ædilitate gesta his verbis refert Cicero vltima in Verrem actio

Ob earum rerum laborem ac sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in Senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam posteritatemq; prodendam. Ex quo loco apparet ex honoribus gestis imagines familiarum comparari, aut etiam retineri solitas esse. Vnde in principio legis Agrariæ, Est hoc in more positum Quirites institutoq; maiorum, ut ii qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude coniungant. Qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur. Pleriq; autem hoc perficiunt, ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur, vnde etiam quod posteris solueretur redundaret. Illam autem orationem de lege Agraria Cicerō cum in Consulatu esset, ad populum habuit. Qui autem ius gentilitatis & maiorum imagines nullas habebant, ii terræ filii, & a sese orti, & homines noui vocitabantur: quibus locutionibus Cicerō non semel vsus est: ut libro septimo Epistolæ. Cornelius quidem tuus familiaris summo genere natus, terræ filius. Summo autem natus genere per Ironiam ab eo dictum est. Persius, Præsto est mihi Manius hæres, Progenies terræ. Et Iuuenalis, Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantum. Lactantius libro primo Institutionum de Saturno loquens cæli & terræ filio, Quæramus ergo, inquit, quid veritatis sub hac figura lateat. Minutius Felix sic argumentatus est, Saturnum cum fugatus esset a filio, in Italiamq; venisset, cæli filium dictum, q̄ soleamus eorum quorum virtutem miremur, aut eos qui repente ne aduenerint, de cælo cecidisse dicere. Terræ autem, q̄ ignotis parentibus natos terræ filios nominemus. Hæ imagines Stemmata etiam vocabantur: ut in illo Satyrici loco, Stemmata quid faciunt? Verbum est græcum, quem admodum & genealogia. Cærea autem erant simulacra per armaria disposita: vnde illud eiusdem, Tota licet veteres exornent vndiq; cæra Atria, nobilitas sola est, atq; vnica virtus. Tranquil. in Galba, Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarum domum: sed haud dubie nobilissimus, magnaq; & veteri prosapia, ut qui Imperator in atrio stemma proposuerit quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaen Minois vxorem referret. Mos autem fuit olim Romæ, ut imagines maiorum in funeribus ducerentur ad gentilitatem ostendendam: id quod Cicerō ostendit in secundo de Oratore, Brute quid sedes? quid anum illam patri nunciare vis tuo? quid illis omnibus quorū imagines duci vides? quid maioribus tuis? De anu Iunia agnata Bruti loquens, quæ funere efferebatur. Et pro Milone, Nec vero non eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, ut sine imaginibus, sine cantu ac ludis, sine exequiis, sine lamentis, laudationibus, spoliatus illius supremi diei celebritate quam concedere etiam inimici solent, ambureretur etiam abiectus. Quo in loco cærimonias omnes funerum Cicerō strictim enumerauit. Plinius libro trigesimo quinto, Apud maiores, inquit, in atrijs imagines erant quæ spectarentur: expressi vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, semperq; defuncto aliquo totus aderat familiæ eius qui vnquam fuerat populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablina vero codicibus implebantur & monumentis rerum in magistratu gestarum. Aliæ in foribus & circa

Terræ filii

A sese orti.

Homines noui.

Terræ progenies.

Fraterculus gigantum.

Cæli filii.

Stemmata.

Imagines maiorum in funeribus.

Funerū cærimonia.

Stemmata.

Tablina.

limina animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. Hactenus Plinius. Pro iis (vt opinor) posteriora tempora insignia gentilitia habuerunt, quæ arma vulgo vocantur, quæ ipsa quoque primum vt simile est veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclare gestarum decora. Quæ tamen gestantium nonnulli hodie atq; etiam pleriq; moribus ac vitæ instituto hoc certe perficiunt, vt tantum maioribus eorum honoris debitum esse videatur, vnde etiam quod posteris solueretur redundaret, vt Cicero supra de imaginibus dixit. Verumenimvero huiusmodi imaginum iura ac nobilitatis insignia damnatione reorum amittebantur: id quod Cicero docet his verbis in oratione pro Sylla, Nam ipse quidem si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ vitæ quibus lætari & perfrui possit. Deumus erit credo exornata, aperientur maiorum imagines, ipse ornatum & vestitum recuperabit. Omnia iudices hæc amissa sunt: omnia generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta vnus iudicii calamitate occiderunt. Fuerat autem Sylla antea ambitus damnatus, qua damnatione omnia hæc amiserat: tunc autem altero crimine repetebatur. Plinius libro nono Epistol. Subitas imagines appellat nobilitatem parum antiquam, sed repente fortunæque beneficium quæsitam. Quo modo nostris temporibus multi extiterunt ignotis natalibus orti, qui ne auum quidem aut etiam patrem ciere, aut possent, aut auerent: qui subitariis Principum beneficiis & aulicorum suffragationibus supra ciuile fastigium euecti, ingentium splendorumque gentilitatum fundamenta iecerunt: partim eorum tantis ornamentis digni, partim indignissimi, quæ magna est multitudo. Sic vero illa statuit rerum humanarum arbitra, vaga, inconstans, incerta, indignorumq; fauorix, a plerisque etiam cæca exitumata, & quæ in tota ratione mortalium sola vtranque paginam facit: sed quæ tamen deorum cultu iam pridem exploso vna omnibus horis, omnium ore colitur, fidei iam numine virtutisque neglecto. Plinius igitur ad profocerum libro nono Epistol. Neq; enim ardentius tu pronepotes quam ego liberos cupio. quibus videor a meo tuoque latere pronum ad honores iter & audita lætius nomina & non subitas imagines relicturus. nascantur modo, & hunc nostrum dolorem gaudio mutent. Verum hæc epistola & aliæ non pauca in codicibus impressis non leguntur, nos integrum ferme Plinium habemus, primum apud Parisios repertum opera Iucundi sacerdotis, hominis antiquarii architectiq; famigerati. Non temere igitur lingua vernacula Gentiles homines pro nobilibus appellat, quasi ingenuos ab origine gentis, & quorum maiores seruitutem nullam prorsus seruerunt: videlicet ab ascriptitiis & conditione quadam obnoxiiis distinguere eos volens, qui ob id eadem lingua Villani dicuntur, q; villæ (vnde villici dicti) ascripti, & colonariæ conditioni adducti, aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint. quarum rerum vestigia non obscura multis in locis extant. quod tamen nomen loquentium inscitia in contumeliam iam vertit. Villanum enim & vilem vernacula simplicitas confundit. Dicemus & nonnihil ad hoc pertinens de libertinis & ingenuis. Dicentur & alia fortasse ad antiquitatis iuris cognitionem pertinentia, vt quisq; locus ostendendi nobis ansam præbuerit, & dicendorum admonuerit.

Insignia gentilitia, vulgo arma.

Subitæ imagines.

Fortuna.

Iucundus, Gentiles, Ascriptitii, Villani.

Villanus, Villi.

Ex eadem. l. paulo post de Tribu. mili.

Interdum. xx. fuerunt, interdum plures. Lego, seni fuerunt. Liuius libro quarto ab Vrbe cond. Peruicerunt igitur ut Tribunorum militum potius quam Consulium comitia haberentur. haud dubium quin sex locis (tot enim iam creari licebat) & plebei crearentur. Idem libro quinto, Comitia vtriusque populi longe diuersa ratione facta sunt. Romani auxere Tribunorum militum consulari potestate numerum. octo (quot nunquam antea) creati. Venientes contra tædium annuæ ambitionis Regem creauere. Deinde libro sexto ad consularia comitia relictum esse ait. Fuerunt & Tribuni militares in legionibus, sed alterius generis nec consulari potestate: de quibus idem Liuius libro nono, Duo imperia eo anno dari cepta per populum, vtraque pertinentia ad rem militarem. Vnum, ut Tribuni militum senideni in quatuor legiones a populo crearentur: quæ antea perquam paucis suffragio populi relictis locis Dictatorum & Consulium ferme fuerant beneficia. Alterum, ut Duumuiros nauales, & reliqua. Hi Chiliarchi. Ordo castræsis. Miles. Centurio. Tribunus. Legatus. Consul. Magister equitum Dictator. Tribuni. Prefecti militum.

à Græcis Chiliarchi dicuntur, pro quo Hieronymus Tribunum Exodi decimo octauo dixit, id est mille viris præfectum & decem Ceturionibus. Fuit enim hic ordo castrensis, ut miles Centurionis, Ceturio Tribuni, Tribunus Legati, Legatus Consulis, Magister equitum Dictatoris pareret imperio: ut auctor est Liuius libro octauo ab Vrbe cond. Hunc autem errorem sic irrepsisse autumno. cum enim seni hoc modo scriptum librarii reperissent VI. cum ni syllaba supraposita, ita ut V, & I, sex faceret, & ni superpositum esset, existimauerunt vixeni legendum esse, literas numerales pro syllaba accipientes. Tribuni militum fortasse dici hodie possunt quos Mareschalcos vocamus, aut certe Prefecti militum.

Ex eodem paragrapho.

Populiq; consensu partim in carcere necati, ita rursus respublica suum statum recepit. Desunt hic haud dubie. iiii. verba. Adde igitur, partim in exilium acti. nunquam enim hæc particula partim non geminata reperitur. Cicero in secundo de Oratore, Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Idem, Eorum partim ita leuia sunt ut contemnenda sint, partim etiam si quid habent adiumenti, sunt nonnunquam eiusmodi ut insit in iis aliquid vitii. Hoc etiam ex Liuiio intelligi potest. Is enim refert ex Decemuiris Appium & Oppium in vincula coniectos spontanea morte iudicium præuenisse. eorum autem collegas exilii causa solum vertisse. Apud auctores autem Latinos multa sunt huiusmodi librariorum hallucinatione mutilata loca, cum duo incisa membra ve ab eadem dictione incipiunt, & aberrante librarii oculo alterum omittitur.

Et paulo post:

Tunc ut aliquos plures patres haberent: Lego aliquot septimo casu, id est aliquot magistratibus. Liuius libro. vi. in fine, Ita ab diutina ira in concordiam redactis ordinibus cum dignam eam rem Senatus censeret esse ut ludii maximi fieret, & dies vnus ad triduum adiceretur, recusantibus id munus Aedilibus plebis, conclamatum a patriciis est iuuenibus, se id honoris deorum immortalium causa libenter acturos ut Aediles fierent. Quibus cum ab vniuersis gratiæ actæ essent, factum Senatusconsultum ut duos viros Aediles ex Patribus dicerent.

Aediliū ordi
nes duo.

Curules.

etator populū rogaret. Idem libro septimo, Annus hic insignis nouis duobus magistratibus Prætura & curuli Aedilitate: hos sibi Patriciū quæsiuere honores pro concessio plebi altero Consulatu. Plutarch. in Mario, Post Tribu-
natum, inquit, maiorem Aedilitatem petiuit. Duo enim erant ordines Aediliū. Alter, in quo ipsi Aediles in iure dicendo sellis incuruos pedes habentibus utebantur: & hic nomen magistratus retinebat. Alterum popularem magistratum appellabant. Eodem die de utroque comitia habebantur. Curules a curru prima breui scribendum, ut disertus a dissero, & ligula a lingua, ofella ab offa: & mamilla a mamma. De plebeia Aedilitate Iuuenalis, Et de mensura vis dicere, vasa minora Frangere pannosus vacuis Aedilis vlubris. De patricia Cicero in Verrem Actioe vltima, Nunc sum designatus Aedilis, habeo rationem quid a populo Romano acceperim. Mihi ludos sanctissimos maxima cum cerimonia Cereri, Libero Libereque faciendos: mihi Floram matrem populo plebique Rom. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque esse faciendos: mihi sacrarum ædium procuracionem: mihi totam urbem tuendam esse commissam. Ob earum rerum laborem & solitudinem, & reliqua, quæ supra transcripsimus de gentilitate loquentes. Inde illa verba. xii. tabularum, Suntque Aediles curatores urbis, annonæ, ludorumque solennium, ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Ex eadem lege.

Centumuirī.
Tribus Ro-
mæ. xxxv.
Curie.

Hasta.
Centumuirā-
lis hasta.

Decemuirī.

Septuaginta
interpretes
& discipuli.
Luca locus.

Deinde cum esset necessarius magistratus qui hastæ præfesset, Decemuirī lib-
tibus iudicandis constituti sunt. Lego Centumuirī. Centumuiralia iudicia a
Centumuiris sunt dicta. nam cum essent Romæ. xxxv. tribus, quæ & curie sunt
dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuirī ap-
pellati sunt: & licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamen quò facilius no-
minarentur, Centumuirī sunt dicti. Author Festus. Hastæ autem omnino legen-
dum est, licet Accursius aliter sentiat. Est enim hasta centumuiralis idcirco dic-
ta, quod Centumuirī hasta in foro suo posita iudicabant. Vnde Tranq. in Aug. Au-
ctor & aliarum rerum fuit: in quibus ne acta Senatus publicarentur: ut cura ærarum a
Questoribus urbanis ad Prætorios Prætoresve transiret: ut Centumuiralē hastam
quæ Questura functi consueuerant cogere, Decemuirī cogerent. Nec tamen ex ver-
bis Tranquilli iure quis contenderit Decemuirī hoc in loco recte legi. Centum-
uirī, qui etiam fortasse ex eorum numero erant. Nos alibi latius de Centumuiris
dicemus. Enimvero quod de Centumuiris Festus ait, qui cum centum & quinque es-
sent, id est ter triginta quinque, centum tamen appellatur propter numeri integri-
tatem appellandique compendium: simile est illi de septuaginta interpretibus, au-
ctore Augustino lib. xviii. de Ciuit. dei. Cum enim duo & septuaginta essent,
utpote ex singulis tribubus seni, septuaginta tamē interpretes appellati sunt.
Cui loquendi consuetudini contrarius error irrepsit Luca. xiiii. de duobus &
septuaginta discipulis domini nostri, Post hæc autem designauit dominus &
alios septuaginta duos. Et aliquanto post, Reuersi sunt autem septuaginta duo

eum gaudio. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδραξεν ὁ κύριος ἢ ἑτέρας ἐβδουμάκοντα καὶ ἀπέειπεν αὐτοῖς
 ἀπὸ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Septuaginta græce utrobique legitur. Nec vero ignoro
 homines vndique reclamituros, utpote opinione præsumpta auctoritatis tan-
 tæ interpretis (quem ipsi falso Hieronymum fuisse credunt) receptæque iam tot
 seculorum consensu huius nostræ interpretationis, quam ut sacrosanctam at-
 tingi non posse sine ingenti piaculo multi vociferantur. Quod vero ad me at-
 tinet, sacrosanctam prorsus Lucæ historiam puto, qui ipse græce scripsit. Hanc
 autem nostram permultis in locis ab illa matrice sua degenerantem ostendere
 facile possim, si tamen veritatem audire quoquo modo sibi persuaserint. Sed sic
 est ingenium eorum quibus in erroribus parentum cōsenescere contigit, ut ne
 si solem quidem in manibus gēstes (ut Firmianus inquit) fidem doctrinæ re-
 ctiori commodent. Laurentius Vallensis plurimas interpretis noui testamē-
 ti hallucinationes haud aspernandas adnotauit, edito de hoc opere, in quo mo-
 rouscule minima quæque persequitur. Nos vero alias non paucas præterea ob-
 seruauimus quas ille prætermisit, animaduersione ut existimauimus dignas, in
 hoc ipso etiam Luca non indignas notatu: sed non est hoc tempus eas percēseri
 di, nec institutum nostrum. Ut tamen specimen aliquod earum præbeam, iam
 primum videamus procemium eiusdem an recte traductū sit, immo an omni-
 no sensus consentaneus ex eo elici possit. quod idem Lucas scriptum ita reli-
 quit, ut nos in exemplari Græco legimus visendæ antiquitatis quod est apud
 diui Victoris ad urbem, Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐπεχέρον ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῆς περὶ
 σοφορμῶν ἢ ἡμῶν πραγμάτων, καθὼς πρὸς ὅσα ἡμῶν διὰ πύχνης αὐτόπαι καὶ ὑπεκρέται γε-
 νόμενοι τοῦ λόγου, ἐδόξε καὶ μοι πρὸς κοινότητα ἀνοδερῶν πᾶσιν ἀκριβῶς, καθέξῃς σοὶ γράψαι κἀλά-
 σεῖσθε, ἵνα ὑμῶν περὶ ὧν κατηχήθη λόγος πῶς ἀσφάλειαν. Quæ verba nos ita verti po-
 tuisse ad verbum sensumque arbitramur, Quandoquidem multi aggressi sunt
 enarrationem astruere de rebus inter nos compertissimis, quemadmodum tra-
 didere nobis qui spectatores ipsi fuerunt iam inde ab initio ministrisque ipsius ver-
 bi, certum est & mihi affectatori pridem omnium assiduo, deinceps tibi scribe-
 re optime Theophile, ut agnoscas eorum sermonum certitudinem in quibus
 ipse institutus es. Verbum autem hic pro filio dei intelligendum Laurentius
 Val. recte censuit, non pro sermone, ut interpret transtulit, qui huius procemii
 sensum non percepisse mihi certe videtur, quod alioquin non cuius est facile
 intellectu. Quod si Laurentius tam græce doctus fuisset quam latine acutus fuit, pro-
 fecto non inemendatum hunc locum reliquisset aut intactum præteriuisset. Se-
 autem Lucas propterea idoneum fuisse testatur qui euangelicam historiam
 scriberet, quod diligenter sectatus sit & audierit discipulos Christi, qui oculati te-
 stes rerum eius gestarum fuerunt, auriti que verborum. Multa sunt valida argu-
 menta hanc interpretationem Hieronymi non esse, sed nullum maius quam iudi-
 cium eorum qui stilum eius nouerunt. Hic autem noster ut non indoctus fuit,
 sic sæpe oscitator deprehenditur. atque etiam nonnunquam latinitati vim affert,
 dum schemata græca pugnante latinorum idiomate reddere totidem verbis
 nititur. Quale est illud eiusdem Lucæ. xix. Videns ciuitatem fleuit super illam
 dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi,
 nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. ὅτι εἰ ἔγνοες καὶ σὺ, καὶ γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ
 οὗ ταύτη τὰ πρὸς εἰρήνην σὺ, νῦν δὲ κρυβήκει. Qui locus verti sic dilucide & recte

Hieronymi non est noui testamēti tra-
latio.

Laurentius
Valla.
In translatione
noui testamēti
errata.

Laurentius
Valla Græce
non tam doctus
quam latine.

Hierony. non
esse interpre-
tationem noui
testamenti
quæ habemus
Lucæ locus;

(vt arbitror) potuit, Quod si cognouisses & tu, & in hoc saltem die tuo ea que ad pacem tuam pertinebant, nunc autem abscondita sunt, & reliqua. Hoc sensu, O si agnouisses tu quoque salutare tuum, quod bene olim tecum ageretur: quod felix futura eras? Est enim oratio defectiua, qualis esse solet hominis misericordia dolorque affecti. cuius hic sensus, Iudæos cæcitate mira tempus aduentantis gratiæ non intellexisse, immo post aduentum inter eos versantem gratiam non agnouisse, quam pacem ipse vocat, maxime Iudæorum gratia cælo demissa. Vnde paulo post, tempus visitationis suæ non cognouisse eos dixit. Quem locum Lyranus non intellexit: nec mirum, cum ex illis verbis sensus elici vix possit. Interpretes enim nimium fidus, vt inquit Horatius, dum verba totidem adnumerare latina græcis verbis voluit, sententiæ pondus sæpe non retinuit. Quo in genere in multis locis iuris perniciose erratum est. Tribonianus enim ea quæ a Iurisperitis græce scripta inuenit, eodem sermone transcripsit. Indoctiore vero seculo quodam cum pauci iam græce scirent, in latinum græca illa versa sunt, sed ab iis qui nec græce nec latine satis scirent. Huius generis est bona pars tituli de excusationibus, & multa Pandectarum loca. Nec maior fuit solertia in multis legibus Codicis, quas stilus facile prodidit. Eiusdem Lucæ. xv. Proferte stolam primam & induite illam, & inducite vitulum faginatam. ἔξενέγκατε πλὴν σολῶν πλὴν πρώτου, verti sic debuit, Proferte vel promitte stolam illam primam. ἔξενεγκόντες τὸν μόχλον τὸν σιτυδιόν, Educentes vitulum illum faginatilem. Non enim de quacunque stola vel de quolibet vitulo in genere, sed de certa quadam veste & de certo quodam vitulo, quasi in deliciis habito & quo dominus oblectabatur, intelligendum: vt ex vi articuli græci constat iis qui græce satis intelligunt. Cui simile est illud Ioan. pri. Prophetas tuos respondit, non. Et paulo post, Et confessus est quia non sum Christus. Sic autem verti debuit, Ille ne propheta es tu? ὁ προφήτης εἶ σύ; Virg. Tu ne ille Aeneas? & Non sum ego ille Christus. Non enim Ioannes negare potuit se esse prophetam, sed se non maximum illum esse prophetam, & Christum illum vaticiniis prophetarum decantatissimum, cuius esset tanta expectatio. Hæc autem sine emphatica dictione prolata, quæ per articulum græce significatur, sensum congruentem non habent. Quid illud eiusdem Lucæ. xiiii. de Ficu, Dimitte illam & hoc anno, & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. Nonne mutilatum videtur iis qui græce non legerunt: cum tamen ad verbum tractatum sit. καὶν μὲν κερῆσιν καὶν μὲν κερῆσιν, εἰ δὲ μήτε, εἰς δὲ μέλλον ἐκκόπησιν αὐτὴν. Hunc locum sic vertissem, Et si quidem fecerit fructum sinas eam viuere: sin secus, in futurum succidas eam. Est enim schema græcū quod Anantapodoton dicitur Atticæ linguæ profanum, oratio scilicet vno membro defecta. quo schemate Aristophanes in Plutovsus est, καὶν μὲν ἀπὸ μόνου μόνου ἀγαθῶν ἔσται ἀτίαν ἐμὲ ὑμῖν, δι' ἐμὲ τὸ ζῶντας ὑμῶν εἶναι μὴ πλείον τῶν ὅτι ἔαν ὑμῖν δοκῇ. vbi ἐλάττε, id est sinite me abire, subintelligendum. Hoc tamen schemate Cicero in fine Bruti vsus est de oppressa republica loquens, Equidem, inquit, etsi doleo me in vitam paulo serius tanquam in viam ingressum, priusquam confectum iter sit, in hac reipub. nocte incidisse, tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis: quibus me forti animo esse oportere censebas, quod ea gessissem quæ de me tacente ipsa loqueretur, mortuoque viueret: quæ si recte esset salutis reip. sin secus, interitum ipso

Gratia.
Pax.

Interpretis
officium.
Tribonianus

Lucæ locus.

Articuli Græci
vis.

Ioan. locus.

Lucæ locus.

Anantapodoton.

testimonium meorum in rep. consiliorum darent. Quo in loco præpostere vulgo legitur mortuo viuerentq; pro mortuoq; viueret. In quibus verbis quæ mutila esse aliquando credidimus, quatuor hæc verba subintelliguntur, perpetuam mihi gloriâ compararet, ante hanc particulâ sin secus. quanq; si legatur salute in ablatiuo plena erit oratio, quod magis probadû est, vt quidê distinguamus post verbû esset. Hoc autem schema tribus modis vsurpatur, in principio, in medio, & in fine, vt docet interpres Aristophanis. In illo autem loco Lucæ, & in hoc Ciceronis, in medio est anantapodoton. Exemplû autê eius quod fit a fine inuenimus & apud eundem lib. vii. Epist. ad Atti. Responso Pompeii grata populo & probata concioni esse dicuntur. Ita putarâ. Quæ quidê ille si repudiarit, tacebit: si acceperit. Vtrû igitur maius inquires? Responderê si quæadmodû parati essemus, scirem. Quorum verborû hæc ferme sententia est. Cæsar in bello ciuili ad Pompeiû & ad Senatû Legatos miserat. His Pompeius pacis cõditiones tulit ad Cæsare referendas, quod factum Pompeii gratû populus habuit vt in cõcione declarauit: hoc autê ita futurû Cicero præuidisse se dicit. Si igitur (inquit Cicero) Cæsar conditiones latas non acceperit, nihil respõdebit, sed rem armis geret: sin acceperit, Legatos iterû mittet. Quâ clausulâ aut aliâ non absimilê Cicero figurate reticuit. Non igitur vitio dandum est interpreti quod ad hunc locum pertinet. figuram enim græcam imitandam esse iudicauit. Hoc autem verbosius fortasse dixi, sed res mihi digna cognitione visa est. Nos enim aliquando (vt diximus) in huiusmodi locis hæsimus. Alibi hic noster interpres intelligetia (vt videtur) lapsus est eiusdem. Lucæ cap. xii. Videte & caute ab omni auaricia, quia non in abundantia cuiusq; vita eius est ex iis quæ possidet, ὁρᾶτε

ὅπου φουλάσσετε ἀπὸ τοῦ πλεονεξίας. ἐπεὶ ἐκ τῆς πλεονεξίας τῆς ἐξ ἑαυτοῦ ἐστὶν ἐκ τῆς ὑπαρξίας τῶν ἁγίων. Vbi pulcherrima sententia inepto verborum inuolucro sepulta mihi videtur & obruta. Videte (inquit dominus noster) & caute ab acquirendi cupiditate, siquidem non in redudando cuiq; ipsi vita est ex facultatibus suis. Significare autem his verbis voluit vitam hominis non in eo sitam esse vel eo subnixam, quo facultates eius iustam & sufficientem sortem exuperant, & quo per interuersas res alienas auctiores factæ sunt. πλεονεξία, enim quo verbo Lucas vsus est, non quamuis auariciam significat, sed affectionem illam animi circumscribendi auidam, & ex communi aceruo pleniores sibi partes desumere paratam. Omni autem auaricia in græco non legitur. Eodem pertinet illa Hesiiodi celebris sententia, Νίπτοι, ἔκ τῆς ἰσχυρῆς ὄσση πλεονῆμιον παντός, Stulti, inquit, nesciunt quanto plus dimidium sit toto. Nam illud in eodem cap. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? græce aliter legitur, καὶ τὸ δέλω ἐν τῇ ἐνίφθην; Et quid volo si iam accensus est? Vitium hoc fuit exemplaris, quod interpres secutus est. Sed iam satis superq; de his diximus: quæ certe desinatam sibi ociosamq; disputationem desiderant. Hæc enim pauca ex multis in manus inciderunt ex vno tantum Euangelista, quæ tamen Laurentius non attigit, tametsi ex professo id aggressus: qui nisi huius instituti inuidiam omnem ad sese prætraxisset, nos verbum de hac re facere haudquaquam auderemus. tametsi res est multis iam in hac etiam vrbe nota, aut certe æstimabilis, id est literarum græcarum studiosis, ne nos imposturam forte facere inter nescios linguæ peregrinæ his adnotandis videamur.

Emendatus locus Cicero nis.

Lucæ locus. Erratum in sententia.

Pleonexia;

Lucæ locus.

Sed plurimi filii eius. Cato unicum filium superstitem reliquit. Plurimi igitur libri intelligendum non plurimi filii. Hic est ille Cato elogio Liviiano clarus, lib. ix. *Cato* de bello Macedonico, & Marci Tullii libro primo de Oratore.

Ex. l. eadem. §. Etiam Lucius Crassus.

Hunc Cicero ait Iuriscōsultorum disertissimum. De quo & Quinto Scævola idem in Bruto ita inquit, Noli, inquam, Brute existimare his duobus quicquid fuisse in nostra civitate præstantius. Nam cum constet (vt ante dixi) consultorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum fuisse: sic in reliquis rebus dissimiles erant inter sese, statuere vt tamen non possis vtius te malles similiorem. Crassus erat elegantium parcissimus, Scæuola parcorum elegantissimus. Crassus in summa comitate habebat etiam seueritatis satis, Scæuolæ multa in seueritate non deerat tamen comitas. Cicero igitur non Publium Mutium Iuriscōsultorum disertissimum dixit, sed Quintum Mutium huius filium, cuius meminit Pomponius sequenti. §. Ita hallucinatus videtur Pomponius hoc in loco. Nam si de Crasso intelligas, eodē reuolueres fuit enim disertorum consultissimus, non disertissimus consultorum.

Lucius Crassus, & Quint. Scæuola.

Et paulo post de Seruio Sulpitio.

In causis orandis primum locum, aut pro certo post Marcum Tullium obtineret. Lego, aut certe, pro aut saltem, quæ locutio frequentior est apud doctos quæ vt *Aut certe. Certe.* ageat nunc exemplo: vnum tamen nunc subit Cicero in Bruto, Quo enim, inquit, vno vincebatur a victa Græcia, id aut ereptum illis est, aut certe nobis comunicatum. de eloquentia loquens,

Ex eadem paulo post.

Cumque eum sibi respondisse de iure. Aut sensus nullus erit, aut respondentem legendum. De hoc Seruio & Cicerone Brutus ad Ciceronem ita inquit in Bruto Ciceronis, Mihi & tu videris tantum iuris ciuilem scire voluisse, quantum satis esset oratori: & Seruius eloquentiæ tantum accepisse, vt ius ciuile facile posset tueri. Et paulo inferius Cicero ad Brutum, Sic enim, inquam, Brute existimo, iuris ciuilem magnam usum, & apud Scæuolam, & apud multos fuisse, artem in hoc vno: quod nunquam effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem vnam vniuersam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambiguam primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam qua vera & falsa iudicarentur: & quæ quibus propositis essent, quæque non essent consequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quasi lucem ad ea quæ confuse ab aliis aut respondebantur aut agebantur. Dialecticam mihi videris dicere, inquit. Recte, inquam, intelligis: sed adiunxit etiam & literarum scientiam & loquendi elegantiam, quæ ex scriptis eius, quorum similia nulla sunt, facillime perspicitur potest, & reliqua quæ prosequitur Cicero, his consentanea quæ a Pomponio dicuntur. Vtinam vero tres nunc Seruios haberemus pro sexcentis istis Accursianis, id est tres veros iustos germanosque, & (vt ita dicam) maiorum gentium Iuriscōsultos, omnium disciplinarum politicarum cognitione instructos, pro spuris & degeneribus, & consultorum nomen eumentis: illorum tamen iadum succi-

Dialecticæ laus. Dicendi peritia.

Legulei carapuntur.

Philippica
nona.

daneis. Huic Seruio Sulpitio in legatione defuncto Cicero statuam pro rostris ponendam a Senatu impetrauit, habita oratione illa quae Philippica nona dicitur, in quam multa de Sulpitii laudibus congeffit.

Ex eadem de Cicerone.

Et eius extat oratio satis pulcherrima.

Sane non satis cum superlatiuo. Commendatio orationis pro Ligario.

Lego non satis sed sane, vel omnibus quae vidi exemplaribus refragantibus. Tranq. in Caesare, Cum Ptolemaeo rege a quo sibi tendi insidias videbat bellum sane difficillimum gessit. Satis autem particula cum superlatiuo significatione diffidet. Et alioqui non pulcherrima tantum, sed etiam quae pulcherrima oratio illa dici debuit, a Quintiliano maxime commendata. Admirari enim non cessat ille quosdam orationis eius locos, ut illum, Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? & reliqua. Et rursus illum, Quid autem agimus Tubero? Et ita illum, Suscepto bello Caesar, gesto iam ex magna parte, & reliqua. De hac oratione apud Plutarchum in Tullio ita legimus, In causa Quinti Ligarii, quae apud Caesarem Dictatorem acta est, fertur Caesar ita animatus fuisse, ut Ligarium omnino pro condemnato haberet: & cum Cic. defensurus veniret, dixisse ad amicos, Reum quidem damnare certissimum est, nihil tamen prohibet Ciceronem audire. Verum idem ille qui hoc dixerat, mox agente oratore, propositum damnandi tenere non potuit. Prudentissima enim & artificiosa oratio cum gratia & plenitudine ad aures eius perueniens, tam varie mentem eius affectum, ut saepe vultum coloremque mutaret. Vbi vero ad commemorationem pugnae deuenit, cum in accusatorem acriter conuersus illa verba dixit, Quid enim Tubero, tuus ille gladius, & reliqua: eo ista dicente, Caesarem ita extra se positum & mente alienatum ferunt, ut toto corpore excusso libellos quos manu tenebat, abiceret: denique vi coactus contra propositum animi reum absoluit.

Caesar.

Orationis
vis.

Idem de Tuberone.

Versus. xii.
tabul.

Sermone etiam antiquo vsus affectauit scribere. Melius in quibusdam libris non vsus sed versus legitur. Versus autem intelligendi. xii. tabul. Huiusmodi enim versibus compositae erant,

Iuris disceptator qui priuata iudicet iudicariue iubeat Praetor esto.
Iuris ciuilis custos esto. Huic potestati parento.

Xii.
Duodecim.

Quotcumque Senatus creuerit populus ve iusserit, tot sunt.

Vnde Cicero libro secundo de Oratore, Discebamus enim pueri. xii. ut carmen necessarium, quas iam nemo discit. Duodecim autem loquendi compendio appellabantur leges. xii. tab. ut hoc in loco Ciceronis. Et alibi apud eundem, iam caetera in duodecim, minuendi sunt sumptus lamentationesque funeris, translata de Solonis fere legibus. Huiusmodi autem versus nonnulli erant obsecrari propter verborum antiquitatem, ut ille,

Lessum
eiulatio funebris.
Antiquarii.

Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento,

Antiquarii autem homines dicti sunt qui voces priscae & iam diu desitas curiose cosectantur, quo verbo Tranq. vsus est. hos Graeci φιλαρχαίως appellant. Huiusmodi scriptores nostra memoria quidam extiterunt vsque adeo in hoc vitio immo dici, ut interpolanda lingua prisca suscepisse videretur. Quo nomine Tyberius ab Augusto saepe reprehensus est, de quo ita inquit Suetonius, Sed nec Ty

berio parcat, exoletas interdum & reconditas voces aucupati. Marcum quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem quae mireretur potius homines quam intelligant. Antiquarium quendam his verbis Favonius apud Gellium reprehendit lib. pri. Curius (inquit) & Fabritius, & Coruncanus antiquissimi viri plane ac dilucide cum suis fabulati sunt, neque Aurucorum aut Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi coluisse Italiam dicuntur, sed aetatis suae verbis loquebatur. Tu autem perinde quasi cum Euandri matre iam loquere, sermone multis annis iam desito vteris, quod scire atque intelligere neminem vis quae dicas &c. Antiquarii etiam dicuntur antiquitatis nondum exoletae studiosi peritique, quorum scripta iucunda quadam rediuviaque interdum antiquitate veluti distincta sunt. Qualis fuit olim Salustius, & nostro tempore Theodorus Gaza doctorum elogium eo maxime nomine commendatus. Propterea Quintilianus libro primo, Verba (inquit) a vetustate repetita non solum magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi maiestatem. Nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermissa sunt gratiam novitati similem parant. Sed opus est modo. Et paulo post, Ergo ut novorum optima erunt maxime vetera, ita veterum maxime nova. Iuvenalis, Ignotosque mihi tenet antiquaria versus.

Verba exoleta fugienda.

Antiquarii.

*Salustius.
Theodorus.
Gaza.*

Ex eadem de Massurio Sabino.

¶ A Tyberio Caesare hoc tamen illi concessum erat. Hic locus in omnibus, quae vidi, exemplaribus parum emendate legitur. Ego vero sic legendum arbitror, A Tyberio Caesare hoc tum illi concessum erat, & ut obiter hoc quoque sciamus. Et paulo post de Labeone.

Labeo ingenii qualitate & fiducia doctrinae, qui & caeteris operis sapientiae operam dederat. Lego, Ut qui caeteris temporibus. Ingenii autem qualitate corruptum esse puto, fortasse pro facilitate.

Et paulo post de Divo Adriano. Cum ab eo viri praetorii peterent, ut sibi liceret de iure respondere: rescripsit eis, non hoc peti, sed praestari solere: & ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se, populo ad respondendum se praepararet.

Hunc locum Accursius intelligendum putavit, ut hoc peti a Principe honeste non possit, licet a Principe honeste concedatur. Ego vero hoc dictum apophthegmaticum esse puto, hoc sensu, ut Adrianus dicat non se id expensum beneficiis, sed acceptum potius ferre solitum esse. Hoc est, non existimare se beneficium iis conferre qui indultu suo de iure responderent, sed ab eis accipere, ut quorum opera maxime delectaretur. Siquidem Spartianus de eo ita inquit, Omnes professores & honoravit & divites fecit, licet eos quaestionibus semper agitauerit. Potest autem & commode sic intelligi, Non hoc petendum esse a Principe, sed efficiendum esse. Hoc enim praestare significat. Cicero in tertio Officiorum, Sin autem dictum est non omne praestandum, quod dictum non est, id praestandum putas: id est, Si etiam non omnia implenda efficiendaque sunt, quae in veditioe dicta sunt. Praestare enim perficere est. Quintilianus, Quis non tam me vinceret praestandi quod exigebatur fiducia, quam negandi vercedia. Sensus est igitur, Non oportere veniam a Principe peti publice respondendi, sed impetratae veniae ipsi satis esse documentum sui dare industriaeque suae

Praestare.

vnūquēq; eousq; specimē edere vt videatur prestare implereq; id munus posse. Proinde si quis ea fiducia fretus esset, in mediū prodiret. Cicero libro.iii. de Oratore in persona Crassi loquens, Equidem sæpe audiui de patre & de socero meo, nostros quoque homines qui excellere sapientiæ gloria vellent, omnia quidem quæ tum hæc ciuitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant enim Sextum Helium, Mariū vero Manliū nos etiā vidimus transuerso foro ambulantem: quod erat insigne eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilii sui copiam. Ad quos olim & ita ambulantes, & in solio sedentes domi sic adibatur, vt non solum de iure ciuili ad eos, verū etiā de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni deniq; aut negotio aut officio referretur. Hæc fuit P. Crassi illius veteris, hæc Titi Coruncani, hæc Scipionis prudentissimi hominis sapientiā, vt ad eos de omnibus diuinis atq; humanis rebus referretur: iidemq; & in Senatu, & ad populum, & in causa amicorū & domi & militiæ consilium suum fidemq; præstabant. Prestare interdū accipitur a iurisperitis pro exitum rei in se recipere, vel alienæ culpæ dispendium velle luere: vt prestare euentum, prestare promissum alienum. Sic Cicero ad Vatiniū, de seruo Dionysio, Si me amas, confice: quācūque fidem de deris, præstabo. Idem de Oratore, Perge vero Crasse: istam enim culpam, quā vereris, ego præstabo: id est ego in me recipio. hoc græce ἐγγυῶνται dicitur Demosthenes. τὸ ποτὶ τὸν ἐπίκουρα τοῦ κίρκου ἐρωτῶντος Ἀίχινη, τίς ἀγορεύει βόλεται, ἔτις ἀλλόστου πρὸς τὸν ἀναδέχεται. ἔτις ἐγγυῶνται τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. id est prestare rerū futurarū euentū. Dicitur & ἀναδέχεται.

Iurisconsulti copiam sui faciebant.

Prestare fide & culpā & cetera.

ἐγγυῶνται.

ἀναδέχεται.

Ex lege secunda de Legibus.

Lex est cui omnes homines, & reliqua. Hæc verba in antiquis exemplaribus non leguntur, sed lacuna relicta est textu græco implenda, quemadmodum & in multis Pandectarum locis. sed pleriq; eiusmodi sunt vt expleri non possint. cum ab auctoribus qui hodie extant repeti nequeant. Hic vero locus facile restitui potest ex Demosthene, cuius hodie orationes extant numero supra sexaginta. Hic est ille Demosthenes orator nobilis, qui bonam partem orbis gloria sui nominis impleuit. Is igitur in oratione quæ in Aristogitonem prior inscripta est, ita inquit, καὶ τὸ ὅτι νόμος ὃ πάντας προσήκει πάθει δὴ καὶ μάλις ὅτι πᾶς ὅτι νόμος εὐσημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν. δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων. ἐπινοήθη δὲ τῶν ἐκασίων καὶ ἀκασίων ἀμαρτημάτων. πόλιος δὲ σωθῆκε κοινή, καὶ ἢν πᾶσι προσήκει. ἢν τῶν πόλεων. id est, Lex est cui omnes homines obtemperare conuenit, cui ob alia multa, tum vel eo maxime, q; lex omnis inuentum quidem ac munus deorum est, decretum vero hominū prudentium. ad hæc flagitiorum consultiōrum inconsultiōrumq; emendatio. conspirantis deniq; ciuitatis conuentum, ad cuius præscriptū omnes in ciuitate agētes vitā instituere par est. Arist. lib.iii. Politic. καὶ ὁ νόμος σωθῆκε, καὶ ἀπὸ ἐφικτῶν ἀνομιῶν ὁ σωθῆκε, ἐγγυητῆς ἀλλήλοις τῶν δικαίων, ἀλλ' ἐκ δῆλος πρὸς ἀγαθὸς ὁ δικαίος τῶν πολιτῶν. Lex est, inquit, consensus (vt Lycophron Sophista dixit) sponsor inuicem iuris inter ciues, sed qui ciues bonos iniustorumq; efficere non possit. Cicero libro tertio de Legibus, Lex est iustorum iniustorumq; distinctio, ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressam naturam, ad quam leges hominū diriguntur: quæ supplicio improbos afficiunt,

Demosthenes

Lex.

& defendunt & tuentur bonos. Idem libro pri. Lex est ratio summa, insit a natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetq; contraria. Eadem ratio cū est in hominis mente confirmata & confecta, est lex. Itaq; arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit vt recte facere iubeat, vetet delinquere. Eaq; rem illi græco putant nomine suū cuiq; tribuendo appellatam, ego nostro a legēdo. Nā vt illi æquitatis, sic nos delectus vim in lege ponimus. Et paulo post, Sed quoniam in populari oratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit: & appellare eam legem quæ scripto sancit quod vult aut iubendo aut vetando. Constituēdi vero iuris ab illa summa lege capiamus exordium, quæ seculis omnibus antè nata est q̄ scripta lex vlla, aut q̄ omnino ciuitas constituta. Lex (inquit Cicero) a Græcis νόμος ἢ γὰρ τὸ νόμος, id est a tribuo dicta est, latine a legendo. Inde εὐνομία, dicta, quasi recta iuris legūq; constitutio: quo nomine dea illa vocatur, quā Demosthenes alteram iudiciorum Præsidentem facit, vt superius diximus. Et εὐνομοί, populū dicuntur qui recta legum institutorūq; ratione vtuntur. Hac vt videtur Eunomia Gallia non regitur: in qua multa flagitiorum impunitas, & rara præmia virtutū. vbi nulla arx bonis munita, nulla perugia improbis obstructa. vbi tanta calumniarū licentia, tam ambagiosi litiū anfractus. ita iuris reddendū ratio constituta, vt modestissimo cuiq; & innocentia prædito ius suū obtinere plerūq; non liceat: aut certe in illis meandris forensibus herere, in labyrinthosis dilationum sinibus consenscere: veteratorias pragmaticorum imposturas, plurima iudicum fastidia fastūsque quorundam perpeti, mille indignitates deuorare necesse sit. Quas tot tantāsq; molestias vt quisque optimi est stomachi, id est æquissimi animi, ita ægerrime concoquit. Est sane cur hoc norim, cui in forēsi pistrino molam versare aliquādiu contigit: quod vt iterum faciam, ne Cræsi quidem fortunā mereā. Tametsi consilium hic anceps, neq; si maxime cupias hoc loco deprehensus facile te explicare hic possis. Litiū fugitatem te ostenderis? omnis vndiq; vicinia quasi ex cōposito negociū faceffere tibi adorietur. Agellum tuū improbe vindicanti de iure tuo litiū tædio decesseris? iamiam de latifundiis, mox de focis & lare familiari dimicandū tibi erit. Rursus litigiosis & improbis cornua obueteris: ad hanc fori molestiā aliquādiu deuorandā animū induxeris? salus tibi multa tranquilliori vitæ atq; etiā postremū dicēda. Ad vnā te pugnā aut alterā æternæ pacis desiderio confirmaueris? bellū æternū aliis super alia præliis confertum, nec rei tuæ familiari incruentis habebis. In hoc enim certamine vt prælio sæpe (nec id tamen citra puluere sudorēq; vt aiūt) sic bello nūq; vincitur. Siquidē causæ aliis super alias sententiis confossæ (quasq; tu iugulatas putes) restibili fertilitate multiplicato reniūscunt, iurāq; damnata & confecta, aduocatorum solertia quasi recidiua pullulant. Proinde aut Autolyçi tibi vicini expectandū, aut dicarum mucrones iugiter intentādū, & sæpe digladiandū. Sic enim moribus nostris receptum est, vt patrimoniōrū veluti redundatē sanguinem forēsis illa exorbeat non missura cutem nisi plena cruoris hīrudo, id est litiū ducendarum necessitas, alendiq; ordinis hominū controuersis victitantium. Positis autem hinc & inde calculis, si recte rationaberis, ancipitem rationem inuenies. Vtrū enim cōsiliū ceperis, ex re vtraq; (vt arbitror) parem in fraudē incidēs. Hoc autē vitiū nō tā vnus aut alterius prouinciæ est, q̄ temporis & ætatis, cui

Lex vnde dicta.

Eunomia

Eunomia

Pragmaticorum impostura

In dysnomia Franciæ.

Litiū miseris.

Autolyçi

Iuris volu-
mina in per-
niciem sim-
plicium.
Dysnomia.
Ate.
Ἄτη.

Ate de celo
deturbata.
Diabolus.

causam dederunt & materiam tot volumina iuris enarratorū & interpretū, in
perniciem ipsa & captionem mansuetorum ac simplicium hominū excogitata

Hæc igitur est illa quæ ab eadē origine Δυσνομία dicitur, puerua iuris legūq;
constitutio, Eunomiæ e regione posita. quam Hesiodus poetā Atæ, id est ob-
fensionis & noxæ contubernalem appellat, Δυσνομίην Ἄτην πτωχέων ἀλλήλων

Aten autem id est noxam, dæmonem esse humano generi noxium, Homerum
existimasse constat, hoc carmine libri noni Iliados, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπὶ αἰῶνι, βλάσ-
ησθ' ἀνθρώπων, Grassatur (inquit) Ate per vniuersam terrā hominibus infesta

Hanc Aten dæmonem esse humano generi infensum & aduersarium qui dicitur
bolus dicitur, auctor est Sudas. Ἄτη (inquit) ὁ διάβολος ὁ ἀνὴρ κέλευθον. Eius autē
lapsus e cælo Home. lib. xix. Iliados describit,

Ἄτῆν δ' εἶλ' ἀντιω κεφαλῆς λιπῆροπλοκάμοιο
χωόμενος φρεσὶν ἥσι, καὶ ὤμοσεν καρτερὸν ὄρκον.
μή ποτ' ἐξ ἑλυμπόν τε καὶ ἔρῶν ὄν ἀσπρόεντα
ἄνδρ' ἐλδοσεῖν Ἄτῆν ἢ πάντας ἄταται.
ἄς ἐπὶ πῶν ἐξέψεν ἀπὸ ἔρῶν ὄν ἀσπρόεντα
καὶ πρὸ πρὸς ἔφασκε, τάχα δ' ἴκετο ἔργ' ἀνθρώπων.

Quos versus sic latinos fecimus,
Protinus abripuit speciosis crinibus Aten
Iuppiter, adiuratq; instinctus sanctius ira,
Haud iterum posthac stellantis culmina cœli
Scanfuram esse deam, quoniam esset noxia cunctis.
Illicet hoc dicto superis ibi feruidus Aten
Sedibus exturbat. mortalia lapsa laceffit.

Luciferi
lapsus.

Propterea Bessario lib. iiii. in calūniatorē Platonis, de Plat. & Aristot. loquens,
Luciferū vero (inquit) sua culpa eiectū in terrā execradūq; illi quoq; didicerat
ab Hom. suo theologo. qui siue beneficio quodā naturæ, siue Moſis propheta
tæ scriptis, carmine suo exposuerat lapsus Luciferi, quam ille Aten appellat.

Solonis resp.
Dii Demo-
criti.

Quæ male igitur cū iis agi populis existimādū est qui dysnomia reguntur, Atæ,
id est noxæ, cõtubernalis? Solon qui sapiens vnus ex septē, & legū scriptor solus
ex septē fuit, is remp. duabus rebus cõtineri dixit præmio & pcena, si Ciceroni
credimus in quadā ad Brutū epistola. Propter quod Democritus duos esse
omnino deos celsuit pcenā & beneficiū, vt auctor est Pl. li. ii. naturalis historie.

In indignos
sacerdotio.

Quonā modo igitur Galliā recte atq; ordine cõtstitutā habere rep. ciuileq; des-
fendemus: in qua (vt reliqua nūc mittamus) primorum ordinū sacerdotia, id
est doctrinæ virtutisq; præmia, in homines interdū latine infantissimos nō sine
gula, sed bina, terna, & plura cõgeri verius q̄ cõferri vidimus, quosdā tā stolidos,
tā inerteis, tā literas virtutēq; perosos, tāta morū nequitia (nihil em̄ signifi-

Anima qui-
busdam pro
sale.

ficatius dicere possum) senescendo obbrutescetes, vt facile animā illis p̄ sale da-
tā esse a nature munere credas: ideo tātum scilicet ne putresceret, vt de suis
animali stolidissimo dictitatū est: qui certe nō tā his honoribus ornatū q̄ obruta
olim esse videtur iniquis onerib? Quid aliud tadē ipsi q̄ terrę inertia pōdera
(vt inquit Homerus) nūq̄ nō nihil agētes, vt vno verbo absoluā, sponſi Penes
lopes, magno fortunę crimine oculis hominū incurrentes? Qui cū ipsi ad Pon-
tificatus nō venerint, sed vel obrepserint, vel irruerint: tamen se nobis colen-

dos inter digniores obiciunt, sacrosanctos sese, & delicias Christi, & reuerēdos
& (quod sepe cachinnos excitauit) patres a grauitate morum appellitantes.
idq; ipsum etiā credere conuiuetibus oculis instituto publico cogimur. Sunt
quorū humeris ista sedeant inquis? sunt certe, iūq; hodie nō pauci, quos ab ista
turba dignitas oris eximit, & morum modestiq; maiestas. Alioquin qui fieri
posset, ut primaria illa dignitas tādū sacrosancta esse posset? Sed hoc non est
in pluribus: & futurū mox videmus, ut quorūdā indignitate honoratissimus
ordo in ordinē cogi possit. Honestiorū igitur interest tantā indignitatē non
fieri. Quorūdā enim tenebrę totius ordinis splendori officiūt. Agē vero ut hoc
etiā missum faciamus, quonā modo præterea administrādę reip. nostrę rationē
tueri possumus quasi recte institutā? Etenim si Aristot. credimus lib. iiii. Polit.
Duplex est Eunomia, vna quidem recta iuris constitutio, altera vero recte iuri
constituto obtēperatio. Neq; enim satis est bene institutā positāq; esse rationē
reip. nisi & hoc omnibus persuasum sit, institutioni tali omnino parendū esse.
Nos vero nec recte satis institutā ciuilitatis rationē habemus,
quatenus etiā per monarchiā licet, ut suprā diximus. nec si quæ leges nostræ
comode positæ sunt (ut certe iādū permultæ sunt) parēdū eis hoc tempore
censemus. Quotus enim quisq; est qui modò in aula interiore alicuius sit no-
minis, aut etiā ex eorū gēte q in aula præpotētes sunt: qui nō se dignū censeat
quē propter leges & cōstitutiones quātūuis graui sanctione munitæ, violari
debeat? Cū tamen (ut Cicero inquit in oratione pro Cluentio) mens & ani-
mus & cōsiliū & sentētia reip. posita sint in legibus. Et ut corpora nostra sine
mente, sic respublica sine lege, suis partibus ut neruis ac sanguine & membris
ut nō potest. Legū ministri, magistratus. Legū interpretes, iudices. Legū deniq;
idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus. Enimuero eā demum bene
regi rēpub. credēdum est, in qua qui gubernacula summę rei tenent, excutere
nouerūt quē cui potissimū muneri præfici par sit, ut inqt Persius, Dignoscere
cauti Quid solidū crepet & pictę tectoria linguæ. Alioquin si res ex cuiuslibet
aulici sentētia statuatur: in cōsiliū interdū adhibētur homines aut veteratores,
aut nebulones, aut redempti etiā laudatores, nōnulli vsque adeo aut effusi aut
preposteri, ut vel muscā leoninis laudibus obruere sese non sentiant, ut inquit
Firmianus: aut ut Clytemnestrā etiā Busirimq; laudare, Socratem vituperare
non dubitent, ut Polycrates quōdam fecit. Cæterū & hæc & alia administrādę
reip. errata, quæ nostra memoria Gallicam rempub. fœde diuexauere, feliciorē
aliquo principatu, atq; adeo hoc ipso quo nunc regimur emendatū iri spes es.
Indicia enim iam multa, nec ea obscura ab aula affulserunt aduentantis iaminiā
melioris æui, si modo diuina benignitas reip. Principem, Principi mentem istā
ad extremum seruauerit, atq; menti istī Principis aulicum istud cōsiliū non
defit. Vnum est omnino vitium inexpiabile, & (ut ita dixerim) deploratum,
ita multos magnosq; assertores habet, & in dies serpit, ut ea solent vlcera quæ
Chironia a Galeno & Cacoethe dicuntur. Id vero quale quantumq; sit, hoc
cratis verbis intelligi poterit in ea oratione quæ inscribitur Areopagiticus,
cuius ego locum quendam latinum ut potui feci. De Areopago enim loquens
(de quo alibi videndū) in hanc propemodū sententiā inquit, Maiores autem

Eunomia
duplex.Legum præ-
stantia.Chironia
vlcera.
Cacoethe.
Areopagi-
tarum con-
siliū.

nostri Areopagiticum consilium Atheniensium moribus ad omnem modestiam componendis cum imperio & potestate præesse voluerunt, haud dubie existimantes longe illos falli qui apud eos demum populos optimos esse viros arbitrantur, apud quos leges exquisitissima scriptionum diligentia latæ sint. id quod si admittatur, nihil iam obstitit quo minus similes moribus omnes Græciæ populi euadant, utpote cum scriptas leges in omnes protinus populos propagari exemplarium traducibus facile sit. Sed enim illi non ex hisce inuentis incrementa virtutis proficisci, sed ex vitæ quotidianæ potius institutis existimant. Quippe multitudinem similem euadere iis moribus necesse est, quibus moribus singuli instituti sunt. Nam quod ad legum multitudinem atque exactiorem circa eas diligentiam attinet, indicium certe hoc ipsum est parum bene cum ciuitatibus illis agi. Multitudinem enim legum veluti cancellos quosdam flagitiis hominum circumdatos existimari necesse est. At qui ciuitates recta reipublicatione constitutas haud quaquam porticus scriptarum legum plenas habere, sed in animis potius condita iura tenere expedit. Neque vero decretorum redundanti copia, sed compositione morum præclare vrbes, commodeque habitantur. Homines enim perperam educati, iura quilibet exacte perscripta facile præuaricari poterunt. rursusque recte homines instituti, vel deterius positis acquiescere facile sibi persuaserint. *Ἐπεὶ τὰ γὰρ πλείω ἢ τὰς ἀκριβείας τῶν νόμων σημείον ἔσται τῆς κακῆς ἀκρίβειας πρὸς τὸν αὐτὸν. ἐμφερέματα γὰρ αὐτῶν περιουσίας τῆς ἀμαρτημάτων καὶ τῆς γίνεσθαι τῶν ἀναγκάζουσιν. Δὲ ἢ τὸς οὐ πολιθομύτως, ἔ τὰς σοῶς ἐμπιπλάνου χαμαμάτων, ἀλλ' ἢ τῶν ψυχῶν ἔχου τὸ δίκαιον.* Ex his (ut opinor) tanti auctoris verbis intelligimus enumerationem, id est rectam felicemque iuris constitutionem, haud immensis innumerisque librorum voluminibus constare, sed emendata potius ratione vitæ publice transigenda. Quanta igitur humani generis perniciem posteriorum deteriorumque seculorum moribus receptum esse arbitramur, ut cuius (qui modo se professoris iuris dicere possit) liceat per publicam conuiuentionem leges nobis alias atque alias quotièdne ferre, & veluti terre, mari, populis imperitare. Id est enim nimirum ad Pandectas & reliqua Imperatorum Pontificumque monumenta per se satis numerosa volumina, sexcenta certatim volumina commentariorum, commentariorumque adeo addidisse, quæ iam in eam ipsa auctoritatem venerint ut pro legibus decretisque citentur. Usque adeo nihil intemerabile, nihil sacrosanctum ingenia scripturicidia duxerint, ne Iustiniano quidem in codice suo imperatoria potestate seuerissime interminante altero etiam edicto, quod maxime mireris ne reclamante quidem dissentientem Accursio. Proinde Iustinianus cum Triboniano (atque etiam cum Paulo, Ulpiano, & reliquis illis iuris cõdendi proceribus, qui ex officina Papiniani tanquam ex equo illo Troiano prodierunt,) si qua forte ad eum fama huius indignitatis peruenit, nimirum nunc miser exclamat ut Stentora vincere possit, aut potius quantum Gradus Homericus, exclamat inquam satyricum illud, Tenet insanabile multos Scribe cacoethes. Hoc igitur malum, id est praua pertinaxque ambitio quæ animis iurisperitorum nostri temporis penitus insedit, non aliter domari quasi vlcus cacoethes potest, quam si ferro cauteriove percussatur, id est si ad viuum usque reseretur: aut paulo clemetius, ut certum nec magnam numerum interpretum iuris vtriusque habeamus, reliquorum plane auctoritas obrogetur: vel etiam ut volumina ipsa Vulcano cõfocretur. Sic enim ut arbitror Iustiniani iurisque conditorum manibus bellissime licet

De multiplici & exacta cõmentatione circa interpretationem legum.

De multis legum voluminibus.

Librorum iuris multitudinem obesse.

ri potest, qui tam ipse imperia sua pro nihilo duci utique indignatur, quam hi scripta sua lamentantur commentitiis scriptis foedari: simul humaniorum disciplinarum auctoribus parentari, quorum isti scripta eorumque sequaces, homines in vniuersum Mineruæ crassioris, nihil ad vitam degendam pertinere arbitrantur ut parum quaestiuosa, idque ipsum palam dictitare non dubitant, ut est rusticitatis impudentia. Sed transuersum me rapit quodam veritatis aquilone sentio: cum tamen huius nostri operis institutum poscere videretur, ut blandioris cuiusdam orationis fauonio velorum sinus orationis panderem. Certe præter institutum aura quadam indignationis sollicitante prouectus, nimium me à portu emerendi fauoris recessisse video. Neque tamen odimus quenquam, nec inuisos nos cuiquam vicissim esse putamus. Verum hæc atque alia non minora reipub. nostræ vlcera viderint si aliquando, ad quos reipub. constituendæ cura pertinet. quæ tamen attingi a quolibet non debent. manus enim quasdam Chironias atque Pæonias poscunt. Ut ad rem reuertamur, quod theologum legem naturæ vocant, Cicero summam legem vocauit in loco superioris dicto: alibi autem legem æternam, his verbis, Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam quod vniuersum mundum regeret imperandi prohibendique scientia. Ita principem legem illam & vltimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut vetantis aut prohibetis dei, ex qua illa lex quam humano generi dii dederant recte est laudata. Est enim ratio mensque sapientis ad iubendum & ad terrendum idonea. Laudata pro vocata a Cicerone dictum est verbo iuris, de quo alibi dicendum. Nostri igitur philosophi legem naturæ appellat rationem communem cultum vnius dei diuitantem, hominumque inuicem charitatem, quam in communem sensum, id est notiones anticipatas cadere volunt, ut alibi diximus. Cicero summam & æternam legem appellat prudentiam illam rationemque communem naturæ humanæ ingenitam, quasi particulam quandam diuinitatis: quæ sectandæ nobis auctor est iustitiæ, auersandæ que iniustitiæ. Mentem enim mundi Stoici *νοῦν*, id est prouidentiam appellauerunt, quem deum esse putabant, ut docet Cicero libro secundo de Natura Deorum. Vnde Quintil. de deo loquens Prouidentiam ferè dicit, ut in primo, Oratione, inquit, nihil præstantius homini dedit Prouidentia. Et alibi de Cicerone loquens, Dono quodam Prouidentia genitus, in quo omnes suas vires eloquentia experiretur. Ex ea autem mente quæ & prouidentia dicitur, animos humanos defluxisse aiebant, quasi que destillasse. Vnde Iuuenalis Saty. xiiii. Sensum ex cœlesti demissum traximus arce: Cuius egent prona & terram spectantia. mundi Principio indulsit communis conditor illis Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos Affectus petere auxilium & præstare iuberet.

Ex lege tertia.

Clara constitui oportet ut Theophrastus ait in iis quæ entonyma frequenter accidunt. Nos cum essemus Florentiæ Pandectas Pisanas (quas archetypos esse putant) in palatio vidimus, sed raptim & quasi per transfennam, ut dicitur, prætereuntes. Has si aliquot diebus ociose nobis tractare licuisset, pau-

Natura lex.
Acterna lex.
Summa lex.

Laudatum.
Lex naturæ.

Prouidentia.
Mens mundi.
Prouidentia.

Pandectæ.
Pisanæ.

ca ut existimo loca non intellecta reliquissimus, tametsi lectu sint perdifficiles, literis iam multis in locis exolescentibus verbisque non interpunctis. In his autem hunc locum ita scriptum legimus. Iura constitui oportet (ut dicit Theophrastus) in iis quæ ἐπι τὸ πλεῖστον accidunt, non in iis quæ ἐκ τῶν ἀσυνετοῦ, id est in iis quæ plerunque accidunt, non in iis quæ necopinato, vel præter hominum opinionem. Huc pertinet Solonis illud dictum, cuius meminit Cicero in oratione pro Roscio Amerino: Solon, inquit, cum interrogatus esset cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset, respondit, id se neminem facturum putasse. Dicitur sapienter fecisse, cum de eo nihil sanxerit quod antè commissum non erat, ne non tam prohibere quam admonere videretur.

Ex lege, Legis virtus.

Legis virtus **L**egis virtus hæc est, imperare, vetare, permittere, punire. Quintil in septimo, Lex inquit omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Quod autem sequitur, Iura non in singulas personas sed generaliter constituuntur: sumptum id est ex duodecim, ubi sic cauebatur, Privilegia ne irroganto. Quæ verba Cicero libro tertio Legum exponens ita inquit, Tum leges præclarissimæ de. xii. tabul. translatae duæ. quarum altera colit privilegia, altera de capite civis rogari nisi maximo comitio vetat. Maior res enim in priuatos homines ferri leges noluerunt (id est enim privilegium) quo quid est iniustius? cum legis hæc vis sit scitum & iustum in omnes, ferri de singulis centuriatis comitiis voluerunt. Descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in suffragium consilii, quam fusc in tribus conuocatus. Sed hæc verba corrupte vulgo leguntur ut pleraque in illis libris. Gel. libro nono, Neque de imperio Gn. Pompeii, neque de exitu Ciceronis, neque de Publii Clodii, neque alia id genus populi plebisve iussa leges vocari possunt. Non sunt enim generalia iussa, neque de vniuersis civibus, sed de singulis concepta. Quocirca privilegia potius vocari debent, quia veteres priua dixerunt quæ nos singula dicimus. Cicero in paradoxo quarto, Sed quid ego communes leges profero quibus omnibus es exul? Familiarissimi tuus Cornificius de te privilegium tulit, ut si in opertum bonæ deæ accessisses, exulares. Idem pro domo sua, Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti: vetant leges sacratæ, vetant. xii. tabul. leges priuatis in hominibus irrogari: id est enim privilegium. Ex supradictis apparet nos non satis intelligere quid sit privilegium, qui nihil aliud esse credimus quam prerogatiuam & Principum indultum. Idem de proscriptione sua loquens, Licuit tibi ferre non legem sed nefarium privilegium. Privilegia igitur, id est leges ad priuos homines singulosque pertinentes non nisi centuriatis comitiis irrogari poterant, quæ Cicero libro de Legibus supradicto Magna comitia appellat. Enimvero ad hunc titulum pertinere illud Liuianum arbitror libro quarto de bello Maced. Nulla lex satis commoda omnibus est: id modo queritur si maiori parti & in summâ prodest. Si quod cuique priuatim officiet ius, id destruet ac demolietur: quid attinebat vniuersos rogare leges quas mox abrogare in quos latæ sunt possint? Verba

Iura in quibus constituenda.

Solonis prudentia.

Parentem necare.

Lex de quibus ferenda.

Privilegium priuum. iustum.

Privilegium.

Privilegium.

Centuriata comitia. Magna comitia.

sunt Catonis legem Oppiam tuentis. Contra quem Valer. Trib. plebis ita inquit, Ego enim quemadmodum ex iis legibus quæ non in tempus aliquod sed perpetuæ utilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut usus coarguit, aut status aliquis reipub. inutilem fecit, sic quas tempora aliqua desiderauerunt leges, mortales (vt ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles esse video. Quæ in pace latæ sunt, plerumq; bellum abrogat: quæ in bello, pax: vt in nauis administratione alia in secunda, alia in aduersa tempestate vsui sunt.

Ex lege, Non possunt.

¶ Si quis omnes species quæ hac lege comprehendî possunt scire cupit, legat Quintil. libro septimo vbi de syllogismo & ratiocinatione loquitur.

Ex l. Fraus & quod distat verb. ab intel.

¶ Cum aliquando apud Petrum Crinitum Florentinum essemus, hominem & comitate & doctrina singulari præditum, cuius nunc liber de Honesta Disciplina, aliq; suauissimi in manibus habentur, inter contrectandos nonnullos eius libros in quaternionem incidimus manu Politiani scriptum: in quo annotationes pauculæ erant, consulta (vt videbatur) obscuritate congestæ, vt si forte interdicerent a nullo legi possent. sic enim erat ingenium hominis. plerumque tamen frigide scrupulositatis & contemnendæ. Has cum celeri lectione per Criniti facilitatem saltuatim percurrere nobis licuisset. (Strati enim frænatique equi ad vestibulum nos expectabant, & ille me amicitia causa ad mansionem primam deducturus erat) vnum tantum & alterum locum quæ ad hoc nostrum institutum pertinerent memoriæ madauimus: quorum hic vnus erat. Sic autem Politianus legebat ex Pandectis Pisanis, Et quod distat *ἐν τῷ ἀπὸ δία* *νοίας*, hoc distat fraus, & reliqua. id est, quod distat dictum a sententia. Sic autem esse ab Vlpiano scriptum facile mihi persuadeo, quandoquidem in antiquo exemplari tria illa verba desunt.

Petrus Crinitus.

Ex lege, Princeps.

¶ Princeps legibus solutus est. Aristoteles libro tertio Politicôn, huius dicti ratione memorabilem afferre mihi videtur. Est enim is auctor qui res omnes ratione & via scientificè tractare solet: eas etiam quæ sui natura artificiosè tractari non posse videbantur. Is igitur in eo libro in hanc propemodum sententiam inquit, si tamen recte vertimus, In republica autem optime constituta is demum ciuis esse dici debet, qui & regere & regi, & voluntate & aptitudine ad vitam paratus est secundum virtutem agendam. Agedum sit aliquis vnus, aut vno etiam plures (pauciores tamen q̄ vt ciuitatis numerum implere possint) tanto cæteris virtutis exuperantia præstantes si plures sint, aut præstans si vnus sit, reliquorum vt vniuersorum virtus cum illius aut illorum non sit comparabilis: dico, inquit, huiusmodi viros non iam ciuitatis partem existimandos esse. quippe iniuriam illis haud dubie factum iri credendum est, si æquas ferre partes digni ipsi videbuntur, tanto cæteris inæquales virtute ciuiliq; facultate. Huiusmodi enim quasi deum quendam censerî inter homines par est.

Princeps legibus solutus. Aristotelis laus.

Legislatio.

Proinde legum quoque latationem inter æquales necesse est esse & genere & facultate civili. In illos autem huiusmodi nulla est prorsus legislatio: quippe qui ipsi lex sint. quàm enim ridiculum fore putemus eum qui legem de huiusmodi ferre aggrediatur? Quare civitates illæ quæ populari imperio administrantur, non aliã ob causam Ostracismum excogitauerunt, utpote quæ omnium maxime rerum publicarum civilem cõsectentur æqualitatem. Etenim qui apud eas plus æquo prævalere cæteris aut opibus aut necessitudinibus numerosis aut civili facultate videntur, solum eos vertere exiliũ causa ad certum quoddam tempus adigunt.

Ἄδικήσονται γὰρ ἄξιόμυνοι τῶν ἰσῶν ἄνισοι πᾶσιν κατ' ἀρετῶν ὄντες, καὶ πῶς πολιτικῶν δυνάμειν. ὥσπερ γὰρ θεοὶ ἢ ἀνθρώποις ἀκόσμιον εἶναι τὸν ποῖόντος. ὅθεν δηλονότι τῆς νομοθεσίας ἀναγκάων εἶναι πρὸς τὰς ἰσῶς καὶ τῶν γῆρας ἢ τῆς δυνάμει. καὶ δὲ τῶν ποῖόντων ἐκ τῆς νόμου. αὐτοὶ γὰρ εἰσι νόμου. ὅτι γὰρ γελοῖος ἂν εἴη νομοθετεῖν ἕως περὶ μὲν κατ' αὐτῶν. ὅτι τῆς

Ostracismus. Civium inter se equalitas. Holesericati Machero-phori. Nobiles car-puntur.

λοιπῶν. Quid sit autem Ostracismus, id est Atheniensium exilium, docet plane Plutarchus in Aristidis vita. Enimvero quod Aristoteles de æqualitate generis dicit inter ciues, videndum quò pertineat, ne nimium sibi isti nostri placeant Cecropidæ: qui beatos sese putant esse nobilioresque Codro, si holesericati & macherophori visantur, reiecta in humerum veste subnixi, grassantes magis quam ingredientiẽs, interim proterve obuium quenque protrudentes: quibus ad nobilitatem facere videtur præter literarum omnium ignorantiam & odium, prædictis etiam respondens & consentanea verborum improbitas, quasque civitatis strensis vel aulicæ potius eloquentia: sed quæ proteruissimum quenque maxime deceat, inter modestas aures ipsa putidissima. Aristoteles igitur libro quarto Politicõn, Cum tria sint, inquit, quæ de æqualitate civili contendunt, libertas, opulentia, virtus: (Nam quartum quod vocant generis nobilitatem, ex duobus concretum est. Est enim generositas opes cum virtute vetustæ) cum igitur tria hæc de æqualitate contendant, manifestum est duorum mixturam, id est opulentorum atque inopum, civilitatem esse dicendam. trium vero Aristocratiam, id est optimatum statum. Idem libro tertio, Ευχέσια γὰρ ὅστις ἀρετῆς ἡρώσος.

Nobilitas.

Ευχέσια. Generositas. Pambasilia.

Generositas enim, inquit, virtus est generis. Age cum quinque sint genera regni, quintum genus est quod παμβασιλῆα dicitur, quasi dicas rerum numeris omnibus dominationis absolutum: cuiusmodi erant Principes Romani Vlpiani tempore, nihil iam prisce civilitatis retinentes, omnia arbitrio suo statuentes, ut & nunc Reges nostri sunt qui omnia in potestate habent, quique (ut Homericus ille Iupiter) quoquo sese verterint, omnia circumagunt, nutu etiam solo omnia quatientes: denique humani Ioues (ut inquit Plautus in Casina) sed qui tamen nonnunquam repente hominum more emoriantur. Hoc autem regni genus est inquit Aristoteles, cum unus omnium potestatem habet tum comunium tum publicarum rerum, non aliter atque civitas una aut populus unus habent. Hæc autem species quinta, œconomica est ratione instituta. Ut enim œconomia regnum est domesticum, sic regnum œconomia est civitatis aut populi unius aut plurium, id est domestica dispensatio. Ex supradictis igitur demonstrari potest (ut arbitror) Principem non modo legibus esse solutum, id quod Vlpianus dixit, sed etiam legibus non teneri. Iam primum cum leges ferri debent ant in homines genere facultateque omni politica æquales, nec legibus teneantur qui multo cæteros rebus his præstare videntur. Reges autem generositas

Reges Gallia. Ioues humani.

Oeconomia.

Princeps legibus non tenetur.

te, id est opulentię antiquitate, & claritate natalium nemo omnium æquare possit aut contendat. virtute porro & animi & corporis omnique morum maiestate humanum captum modumque excedere, heroasque æquare aut debent, aut credantur: manifestum est legibus in ciues, id est in populum latis sacrosanctos homines non teneri, augusta illa dignatione eximios. Ad hæc cum nullum ius civile inter patrem & liberos, & inter dominum & familiam intercedat, vt Aristotel. docet libro quinto Ethicorum, & nos alibi diximus: sit autem eadem ratio inter Principem & populum, satis (vt arbitror) effectum est id quod efficere meditabamur: Augustum & Principem non modo legibus solutum esse, sed etiam non teneri. Id quod de Augusta dici eadem ratione non potest. Verba Aristotelis de regno subieciimus, quæ superius latina fecimus, vt fidem ipse dicti nostri faciat, πέμψον δ' εἰς τὴν βασιλείαν ὅταν ἢ πάντων κρείσσει ὡς ὧν, ὡσαύτ' ἐκασοῦ ἔστιν καὶ πόλις ἐκάσῃ τῶν κοινῶν, πεταγμένη πρὸς τὴν δίκην νομικῶν. ὡσαύτ' γὰρ ἢ οἰκονομικῆ βασιλεία οὐδὲ δικίας ἐστίν, ὅπως ἢ βασιλεία πόλεως καὶ ἐθνῶν ἐνός ἢ πολλῶν οἰκονομία.

Legibus soluere, id est quod nunc dispensare vocamus. Livi libro decimo ab Vrbe cond. Fabius legem recitari iussit qua intra decem annos eundem Consulem refici non liceret. Vix præ strepitu audita lex est, Tribuni que plebis nihil id impedimento futurum aiebant, se ad populum laturos vt legibus solueretur. Idem libro nono de bel. Maced. Pars Tribunorum pleb. negare rationem habendam esse, quod duos simul vnus magistratus præsertim curules neque capere posset, neque gerere. Pars legibus solui eum censere. Vtitur & Tranq. in Cæs. & Cicero in Philip. secunda. Asconius in orationem pro Cornelio, In omnibus, inquit, Senatusconsultis quibus aliquem solui legibus placebat, adici erat solitum, vt de ea re ad populum ferretur, sed paulatim ferri erat desitum: resque iam in eam consuetudinem venerat, vt postremo ne adiceretur quidem in Senatuscons. de rogatione ad populum ferenda. eaque ipsa Senatuscons. per pauculos admodum fiebant. Actum deinde ea de re in Senatu est magnis contentioibus, cum Cornelius ita ferre rursus cepit, ne quis in Senatu legibus solueretur, nisi ducenti affuissent.

Soluere igitur canonibus dicendum pro dispensare, quod & gratiam canonibus legisque facere dici potest. Vlpianus hic solutum esse legibus accepit pro eo quod est non teneri. quo verbo Iulianus lege sequenti vsus est, & antiqui sepe vsi. Cicero Philip. xi. Ille homo summo ingenio, summa potentia, qui ex Aedilitate Consulatum petit, soluatur legibus, quamuis leges eum non tenerent. Verba sunt ironica significantia hominem perditissimum & exlegem. Quoniam vero multa in legibus sequentibus de consuetudine dicuntur, libuit huc transcribere verba quædam Quintil. Hic enim de consuetudine sermonis loquens ita inquit, Constituendum igitur in primis id ipsum quid sit quod consuetudinem vocemus: quæ si ex eo quod plures faciunt nomen accipiat, periculosissimum dabit præceptum non orationi modo, sed quod maius est, vitæ: vnde enim tantum boni vt pluribus quæ recta sunt placeant? Et paulo post, Nam vt transeam quemadmodum vulgo imperiti loquuntur, tota sæpe theatra & omnem circi turbam exclamasse barbare scimus. Ergo consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut viuendi consensum bonorum. Quod autem Vlpianus in fine huius tractatus dicit, Totum autem ius

Legibus solvere.

Soluere canonibus.

Legibus non teneri.

Gratia canonis legis facere.

Consuetudo.

& reliqua, plenum id non videtur. Melius & plenius Quintil. in quinto, Nam ferè, inquit, versatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem, incrementum, conseruationem, vsum, malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuersionem.

Ex lege secunda, de statu hominum.

Edictum prætorium.

Ac post de cæteris ordinem edicti perpetui secuti. Asconius in orationem pro Cornelio de maiestate ita inquit, Aliam deinde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis inuitis tulit: Prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent. Quæ res gratiam ambitiosis Prætoribus qui varie ius dicere solebat, sustulit. Cicero vero in Prætura urbana Verri obiicit criminose, q̄ multa contra morem maiorum in edicto suo proposuerit, quod etiam interdum ex edicto suo ius non dixerit. Idem in eadem, Qui plurimum, inquit, tribuunt edicto Prætoris, edictum legem annuam esse dicunt, tu edicto plus complecteris q̄ lege. Si finem edicto Prætoris afferunt Calendæ Ianuariæ, cur non initium quoq̄ edicti nascitur a calendis Ianuariis? An in eum annum progredi nemo poterit edicto quo Prætor alius futurus est, in illum quo Prætor alius fuit regredietur? Ne igitur iuris dicendi ratio arbitraria Prætoribus esset, & pro eorum libidine subinde mutabilis, lata lex est de edictis perpetuis. Edictum autem perpetuum postea scripsit Saluius Iulianus temporibus Adriani Principis, auctore Eutropio. Hoc autem Accursius non intellexit, vt ex glossamate eius apparet super verbo perpetui.

Ex. I. Vulgo concepti, de statu hominum.

Spurius.

Apatores.

Adoptare. Nothus.

Notus.

Nothia.

Spuria cogitatio.

Notha cogitatio.

Spurii verus.

fus.

Qui & Spurii appellantur. Plutarchus in Probl. de hoc vocabulo loquens ita inquit, Spurius primū nomen est apud Romanos, vt Sextus & Decimus & Gaius. Prima autem nomina non tota scribunt. sed aut vna litera, vt T. Titum: aut duabus, vt Gn. Gneum: aut tribus, vt Sex. Sextum, & Ser. Seru-um. Sic Spurius Sp. scribebatur. eos autem qui sine patre erant, qui græce dicuntur s. & p. designabant quasi sine patre. Hoc errore factum vt spurii sine patre dicerentur. Hæc ille. Cæterum quos vulgo bastardos vocamus interdum spurii dici possunt, interdum non possunt, vt hi quos Prætor pes agnoscere solenniter solent, quasiq̄ adoptare, quod vulgo aduouere dicimus. Nothi enim verbo græco appellantur non spurii. Quintil. libro tertio, Nothus ante legitimum natus, legitimus filius fit: post legitimum natus, tantum ciuis. Et paulo post, Nothum qui non sit legitimus Græci vocant, latinum rei nomen, vt Cato quadam quoque oratione testatur, non habemus, ideoque utimur peregrino. Nothia Græci appellant neutro genere & numero plurali eam partem quæ ex bonis paternis lege Atheniensium nothis dari poterat. Hinc factum vt Græci nothum appellent quicquid non legitimum esse volunt nec verum, vt νόθος ἀπίκισμός dicunt, non verum schema atticum sed adulterinum spuriumq̄: contra γνήσιος ἀπίκισμός dicunt, veram, germanam, legitimamq̄ Atticorum elegantiam significantes. Bessario spuriam cogitationem appellat quam Græci nothen diancean dicunt, quasi spurius latine sit nothus: vt spurios verus dicimus, non q̄ nullum auctorem quasi patrem habeant, vt nonnulli pte-

tat, sed q̄ Græci huiusmodi versus ὁδοδομῶδες appellant quasi adulterinos. Pla
 to igitur auctore Bessarione (aut eo potius viro latine doctissimo qui auspiciis
 eius latinum illum librum fecit) materiam elementarem, id est hylem primā
 informem ex qua elementa discreta sunt, cogitatione tantum spuria intelli
 posse ait, hoc est materiam tantum, abstracta omni forma, diuisione, figura, ma
 gnitudine: quæ apta sit omnes has & huiusmodi qualitates recipere. Quia enim
 non per formæ innixum ac firmitatem, sed per negationem sequestrationemq̄
 formarum omnium quasi vacillante cogitatione materia intelligitur, ideo co
 gitatio spuria dicitur comprehendī. Nam ea quæ per habitum & formam
 fit, legitima cogitatio est. Aristoteles autem per analogiam, id est proportio
 nem hanc intelligentiam fieri perhibuit, quod idem late explicat. Spuria co
 gitatio νόθος λογισμὸς dicitur. Philoponus in pri. Posteriorum analyt. διότις καὶ
 ἢ ἕλκεσσι εἰσαφῆσθαι λόγῳ ἀγνώστῳ, ὡς ἀνείδεισθαι, νόθῳ δὲ τὸ λογισμῶ ἀκρίτῳ, ὡς δὲ πλάτων φησὶ. id est,
 Itaq̄ materia sua ac propria ratione incognita, vt quæ forma careat, spuria co
 gitatione utiq̄ comprehendī potest, vt inquit Plato.

Bessarion.
 Hyle.
 ἕλκεσσι
 Legitima co
 gitatio.
 Spuria cogi
 tatio.
 Notha ratio
 cinatio.
 νόθος λο
 γισμὸς

Ex lege quarta de Adoptionibus.

Magistratum apud quem legis actio est. Accursius existimauit legis actio
 nem legitimos actus significare qui voluntariæ iurisdictionis sunt, vt emanci
 patio & huiusmodi. Nos autem aliter existimamus. Lege agere verbum est
 iuris antiqui. Cicero pro Muræna de Gn. Flauio qui Appii Claudii librum
 vulgauit, Possit agi lege necne pauci quondam sciebant. fastos enim vulgo
 non habebant. erant in magna potentia qui consulebantur, à quibus etiā
 dies tanquam a Chaldæis petebantur. Inuentus est scriba Gnæus Flauius qui
 cornicum oculos confixerit, & ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiam
 compilarit. Itaque irati illi q̄ sunt veriti ne dierum ratione peruulgata & co
 gnita, sine sua opera lege possit agi, verbosa eadem composuerunt, vt in omni
 bus rebus ipsi interessent. Liuius de eodem in nono, Ciuile ius repositum in pe
 netralibus Pontificum euulgauit, fastosque circa forum in albo proposuit, vt
 quando lege agi possit sciretur. Inde legis actiones, quarum meminit Pompo
 nius supra de origine iuris. Magistratus igitur apud quem legis actio est, ma
 gistratus is est qui plenam iurisdictionem habet & ordinariam, apud quem ex
 periri omni actione aduersus vnūquēq̄ possumus. Valer. lib. septimo, Egregia
 Pisonis Prefecti vrbis constitutio. cum enim ad eum Terentius ex octo filiis
 quos in adolescentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato exhæredatū se
 querelam detulisset, bonorum adolescentis possessionem ei dedit, hæredesq̄ lege
 agere passus non est. Lege agere dixit pro bonorum possessionem secundum
 tabulas petere, vel ex testamento agere. Terent. Vna iniuria est tecum. DEM.
 Lege agito ergo, id est scribito mihi dicam. Cicer. in Ver. Quis vnq̄ isto Pre
 tore Chelone inuita lege agere potuit: id est iure legibus cōstituto certare. Erāt
 enim certis legibus iudicia constituta. Liuius de Campanis loquēs, Fuluius ac
 ceptas literas neq̄ resolutas, cum in gremio reposuisset, præconi imperauit vt
 lictorem lege agere iuberet, id est vt ex officio suo ageret, & sententiā in damna
 tos exequeretur, τὸ νόμῳ γρηῶς ἐκέλευσε. Idē, Lictor viro forti adde virgas: & in eū
 primū lege age. Inde legibus interrogari apud eundem Liuiū. Valerius libro

Actio legis.
 Lege agere.
 Legis actio
 nes.
 Interrogari
 legibus,

tertio aliter accepit, Deligatis ad palum hostibus, literas a Patribus Consecra-
 ptis nequicq̄ Capuanis salutare accepit. In sinistra enim manu sicut erant tra-
 dita reposuit, ac iussio lictore lege agere, tūc demum aperuit postq̄ illis obtin-
 perari non poterat. Lege agere pro vinctos virgis cadere, & deinde securi fer-
 rere posuit, exequendo scilicet sententiam quam eis tulerat: quod vulgo dici-
 mus expletare, id est implere explerēque iussum iudicis, & vltra progredi, hoc
 est non cedere intercessioni. In superioribus autem exemplis lege agere pro eo
 accipitur quod vulgo dicimus facere petitionem. Cic. in primo de Orat. Alter
 plus lege agendo petebat, q̄ quantum lex in. xii. tabulis permiserat: quod cum
 impetrasset, causa caderet. Idem, Cum egisset lege in hæreditatem paternam
 testamento exhæres filius: quæsitum est de iure ciuili, possēt ne paternorum bo-
 norum exhæres esse filius. Lege agere Tullius pro actionē & querelam inof-
 ciosi intendere dixit.

Lege agere.

Accersio.
Arcesso.

Ex. l. Arrogato, eodem titulo.

Spado arrogando suum hæredem accrescere potest. Legendum accersere,
 id est asciscere, vel arcessere, quod idem est. Valer. libro quarto, Ut nimia pie-
 tate causam sibi mortis arcesseret, id est ascisceret, attraheret.

Cenotaphiū.

Ex. l. Intantum, de rerum diuisione.

Cenotaphiū Accursius male pro loco intelligit ad sepeliendum parato.
 Est enim Cenotaphiū imaginariū sepulcrum, quale Vergil. describit libro
 tertio Aeneid. Cuius loci meminit hic Martianus,
 Solennes tum forte dapes & tristia dona
 Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat
 Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
 Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.
 Quo loco Seruius tumulum inanem Cenotaphiū esse dicit. græce ^{κενὸς ἱνάριον}
 nis dicitur, & τὰ φῶτα sepulcrum, vnde nomen compositum. Suetonius hono-
 rarium tumulum appellat in Claud. Cæterum, inquit, exercitus honorarium
 ei tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurre-
 ret, Galliarumque ciuitates publice supplicarent. Quibus verbis significat ce-
 notaphiū Druso in Germania extructum cum corpus eius Romam deue-
 ctum esset: Sic vocari possunt hodie funerum expositorum imagines, quas re-
 presentaciones in anniuersariis exequiis vocamus.

Honorarius
tumulus.

Ex. l. Sanctum, eodem hoc titulo.

Sanctum.

Sagmina.

Sanctum dictum est a sagminibus. Sagminum exemplum est apud Liliū
 libro primo, Iubēs ne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus feriret:
 Iubente rege, Sagmina, inquit, rex te posco. Rex ait, Puram tollito. Fœcialis ex
 arce graminis hærbam puram attulit. postea regem interrogauit, Rex facis
 ne me tu regium nuncium Populiq; Romani Quiritium, vasa comitesq; meos
 Rex respondit, Quod sine fraude mea Populiq; Rom. Quiritium fiat facio. Ha-
 ctenus Lilius. De sagminibus Plinius libro vigesimo secundo. Hæc etiam
 hærbæ verbenaca vocatur latine, a Græcis ἱερὸ βοτάνη dicta, id est sacra hærbæ
 Cerycia, ut idem Plinius docet libro vigesimo quinto. κηρύκεια autem dicuntur a Græ-
 cis quæ latine caducea dicuntur, quibus Græci utebantur, ut inquit Martianus.

Verbenaca.
Cerycia.

Ceryx enim caduceator est. Nostrates autem caduceatores spintere hodie *Ceryx.*
 vtuntur, quæ armilla etiam dici potest, blasonum lingua vernacula vocant: *Paludamentū.*
 in præliis autem vtuntur paludamento, quod eos velamentum sacrosanctos
 (vt ita dicam) facit, id est ab omni violentia tutos, vulgo cotta armorum
 vocatur. In caduceo autem serpentes inuicem complexi insculpebantur, quale *Caduceum.*
 illud Mercurii pictum visitur, cuius meminit Plin. libro vigesimo nono naturalis
 histo. & Macrobius lib. i. Saturnalium.

Ex. l. sequenti. §. primo.

¶ Solent qui a religione locum illū liberare volūt, sacra inde euocare. Quid
 fit sacrorū euocatio & quo modo fieri olim solita sit, si quis scire cupit, videat *Euocatio*
 Macrobiū libro tertio Saturnal. capite. viii. vbi de euocatione deorum Iariū *deorum.*
 loquitur ex vrbibus quas Romani capere expugnatione instituerāt. illic enim
 videbit verba solennia quibus Romani loca profana reddere se existimabant.
 Apud Liuiū autem libro quinto ab vrbe cōdita, Dictator e Veis deos euo-
 cans, tuo ductu inquit Pythice Apollo tuoque nomine instinctus pergo ad de-
 lendum urbem Veios, tibiq; hinc decimam partem prædæ voueo: simul Iuno
 Regina quæ nunc Veios colis, precor vt nos victores in nostram tuamq; mox
 futuram urbem sequare, vbi te dignum amplitudine tua templum accipiat.

Ex. l. vltima, de Senatoribus.

¶ Senatores autem accipiendum est eos esse qui a Patriciis & Cōsulibus. *Le-*
 gendum Consularibus, id est iis qui aliquādo Consulatū gesserunt. Hic lo- *Consulares.*
 cus nos admonet vt de Senatu Senatoribusq; latius (quatenus memoria sup-
 petet) differamus, cum propterea q; res alioqui cognitu digna est nec cuius-
 bet obuia, tum vel eō maxime q; eam opinionem inualuisse videmus, curiam
 nostram supremam instar esse Senatus Romani Centumuiralisq; iudicii, vide-
 licet centenariam & ipsam connumeratis omnibus suis partibus. idque affir- *Senatus Pa-*
 mantem magno assensu audiuius haud ita pridem aduocatum quēdam pri- *ric sine si.*
 mi nominis cum causam non ignobilem in curia ageret celeberrimo conuētū.
 In qua nunc hæresi nostratiū plerosque esse video, loquendi quoq; omnium ferme
 vsu plenissime id attestante. Huius autem erroris (vt aliorum multorum qui
 bus nunc hallucinamur) fundamenta iecit Accursius digna (prope dixerim)
 flagris ignorantia, vel potius confidentia: nam venia ignorantiae illis seculis
 indulgenda est. Is in titulo de petitione hæreditatis & de liberis præteritis
 Cod. & in .l. qui repudiantis, infra de inofficioso test. aliisq; in locis constan-
 ter hoc affirmauit. Vt autem hanc opinionem multorum ad hoc æui seculo
 rum persuasione confirmatam, quasiq; penitus fibratam conuellamus, aut cer- *Senatus Ro-*
 te labefactemus, altius res ipsa tota repetenda est. Iam primum igitur constat *institutio.*
 Senatum a Romulo primum institutum fuisse, vel hoc Liuii testimonio, Cum
 iam virium haud pœniteret, consilium deinde viribus parat. centum creat *Senatores*
 Senatores: siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erāt qui creati *Rome centis*
 Patres possent. Patres certe ab honore, Patriciisq; progenies eorum appellati.

Maiores
minorumque
gentium Senatores.

Patricii.

Patriciatus.

Patricios
Patricius.

Dii maiorum
gentium et
selecti.

Consentes.
Dii minorum
gentium qui
et ascripti
sunt.

Hæc ille de Romulo loquens . Hic Senatus paulo post in duas velut factiones maiorum scilicet minorumque gentium, & ex centenario ducenarius factus . Idem de Tarquinio Prisco loquens , Ergo virum cætera egregium , secuta quam in petendo habuerat etiam ambitio est . Nec minus regni sui firmandi quæ augendæ reipublicæ memor , centum in patres legit , qui deinde minorum gentium sunt appellati : factio haud dubia Regis cuius beneficio in curiam venerant . Idem de Tarquinio Superbo eius filio loquens , His muliebribus instinctus furiis Tarquinius , circumire & prehensare minorum maxime gentium Patres , admonere paterni beneficii , ac pro eo gratiam repetere . Tacitus libro undecimo de Claudio Principe loquens , Hisdem diebus in numerum patriciorum ascivit Cæsar vetustissimum quæque e Senatu , aut quibus clari patres fuerant , paucis iam reliquis familiarum quas Romulus maiorum , & Lucius Brutus minorum gentium appellauerant : exhaustis etiam quas Dictator Cæsar .l. Cassia , & Princeps Augustus lege Senia sublegere . Ex his patricios dictos esse nobiles Romanos qui a primis Senatoribus oriundi erant . Suetonius in Augusto , Ea gens , inquit , a Tarquinio Prisco Rege inter Romanas gentes allecta in Senatum , mox a Seruio Tullio in patricias traducta , procedente tempore ad plebem se contulit , ac rursus magna vi per diuum Iulium in patriciatum rediit . Non omnes autem patricii Senatores erant , vt idem alibi ostendit . In locum , inquit , Tribunum plebis forte demortui candidatum petitorum se ostendit , quæque patricius necdum Senator . Patriciatus hic alius est prorsus ab illo patriciatu antiquitati incognito , cuius meminit Iustinianus in titulo de Consul . libro duodecimo Cod . Cuius nulla prorsus apud antiquiores scriptores fit mentio . De qua dignitate Sudas , πατρικίος ὁ πατὴρ τῶν κοινῶν . Patricius , inquit , pater est communis reipublicæ . Hi autem in prima dignatione erant supremi consilii eodem auctore . Accursius hæc duo confundens libro primo Institut . in titulo de iure naturali , ubi patriciorum & plebis Iustinianus meminit , Hi , inquit , erant patres Imperatoris . Sed videndum de hac appellatione maiorum minorumque gentium . Cicero libro primo Tuscul . Si vero scrutari vetera , & ex iis ea quæ scriptores Græciæ prodiderunt eruere coner , illi ipsi maiorum gentium dii qui habentur , hinc a nobis profecti in cælum reperientur . Cicero metaphoricis maiorum gentium deos appellat eos qui cœlestes habitati sunt semper , qui selecti dicti sunt ab antiquis : quos etiam Augustinus libro septimo de Ciuitate dei , deos præcipuos & selectos appellat his verbis , Fieri enim potest vt saltem deos selectos atque præcipuos quos Varro volumine complexus est ultimo , quisque colendo propter vitam quæ non æterna est , opinetur . Hi .xx. numero fuerunt .xii. mares , octo fœminæ , vt idem latissime exequitur . Et libro quarto , Quis enim ferat , inquit , quæ neque inter deos Consentes , quos dicunt in consilium Iouis adhiberi , nec inter deos quos selectos vocant , facultas constituta est ? Minorum autem gentium dii secundum hoc dicebantur , ascriptitii quidam & allecti in deorum numerum , qui ex hominibus diuinis honores meruerant , vt illi Senatores qui a Tarquinio in Senatum (vt supra diximus) allecti sunt , minorum gentium Senatores dicebantur . De his autem duobus deorum generibus sic in .l .xii . tabularum cauebatur . Diuos & eos qui cœlestes semper habitati sunt colunt , & illos quos in cælum merita vocauerunt ,

Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum. Idem Cicerone in Acad. Zenoni, & reliquis fere Stoicis æther videtur summus deus, mente præditus, quo omnia regantur. Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari & rerum potiri putat. Cicerone maiorum gentium Stoicos appellat eos qui veri legitimiq; Stoici sunt, quiq; fundamenta Stoicæ sectæ iecerunt, ut Zeno primus, & post eum Cleanthes. Nam fuerunt & alii postea, ut Chrysippus qui a præceptore suo Cleanthe dissentire cœpit. Hæc Tarquinii iam dicta institutio fecit ut interdum Senatores conscripti vocarentur. Plutarchus in Romulo, Ipsi autem Romani, inquit, Patres Conscriptos id collegium appellant. quod nomen & dignitatis plurimum & inuidiæ minimū præ se fert. Sed ab initio tantum Patres dicti: postea ascriptis in eum ordinem pluribus Patres Cōscripti vocati sunt. Vnde Festus, Patres dicti sunt, inquit, qui sunt patricii generis: Conscripti, qui in Senatu sunt scriptis adnotati. Allecti etiā dicebantur eodē auctore qui propter inopiam ex equestri ordine in Senatus sunt numerum assumpti. Vnde illud Tranquillini in Cæsare, Peregrinis in Senatum allectis libellus propositus est, ne quis Senatori nouo curiam monstrare velit. Hodie autem allecti ascriptitiq; vocari possunt latine in collegiis magistratum, qui vulgo creati & extraordinarii vocitantur, ut nonnulli sunt hodie inter rationales & præfectos ratiociniorum, quos clericos magistrorumq; computorum appellamus. Hi autem ascripti allectiq; a Græcis παρεγγεγραμμένοι dicuntur. Itaque Lucianus hos deos παρεγγεγραμμένους appellat, quos Cicerone maiorum gentium vocitauit, quasi iam inde ab initio in deorum albo connumeratos. παρεγγεγραμμένους vero Herculem, Liberum, Ganymedem, quos etiam μετρίους vocat, quasi incolas aduenasq; deos, hoc est ascitos, ascriptitios, adoptiuos. De Apolline enim loquens ita inquit, παρεγγεγραμμένος ἐστὶ τὸν δώδεκα θεῶν ἀρχιερατικόν, id est scriptus in duodecim deorum albo. Erat autem vnus in Senatu qui Princeps Senatus dicebatur. Plutarchus in Africano, Sequentes, inquit, Censores alii atque alii Principem Senatus Africano legerunt. Quod genus honoris iis tantum deferri consuevit, qui auctoritatem & gloriam maximis in rempublicam meritis præstantissimisque rebus gestis essent consecuti. Quanta autem auctoritas Senatus fuerit licet ex Liuiō intelligere libro primo ab vrbe cond. Cum sensissent, inquit, ea moueri Patres, offerendum vltro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt summa auctoritate populo permiffa, ut non plus darent iuris q̄ detinerent. Decreuerunt enim cum populus Regem iussisset, id sic ratum esse si Patres auctores fierent. hodiēque in legibus magistratibusque rogandis vsurpatur. Id enim ius vi adempta, prius quam populus suffragium ineat, in incertum comitorum euentum Patres auctores fiunt. Cicerone huius rei meminit in oratione pro Plancio. Apud eundem Liuium lib. quarto. de bello Maced. ita inquit Tyrannus Lacedæmonius ad Quintium populi Romani Imperatorem, Vos a censu equitem a censu pedite legitis, & paucos excellere opibus, plebem subiectam esse illi vultis: noster legum lator rempublicam in paucorum manu esse noluit, quem vos Senatum appellatis, nec excellere vnū aut alterū ordinē in ciuitate. Auctoritas autē Senatus, & maiestas populi dicebatur. Cicerone Philip. tertia, Tantus autem consensus municipiorum coloniarumque prouinciæ Galliæ, ut

Patres conscripti.

Allecti.

Ascriptitii.

Rationales.
Ratiociniorum
Præfecti.

Dii ascriptitii.

Παρεγγεγραμμένοι
Ἐγγεγραμμένοι

Μετρίοι.

Princeps

Senatus.

De auctoritate Senatus.

Senatus auctoritas in futurū accōmodabatur.

In incertum euentum auctores fieri.

Auctoritas Senatus & maiestas populi.

Maestas
læsa.
Auctoritas
imminuta.
Tres ordines
Romæ.
Trages

Annulo au-
reo insigni-
tus.
Equestris
ordo.
Equites.
Iudices.

Annulus au-
reus.
Census eque-
stris.
Orchestra.

Quadrin-
genta.
Ex equestri
ordine ad
Senatū trās-
itus.
Latusclauus.
Lunatus
calceus.

Laticlaviū.
Ius annulo-
rum.
Calcar au-
reum.
Miles.
Eques.

Tunica.

Laticlavi.
Clauus.
Laticlauus.
Tunica.

omnes ad auctoritatem huius ordinis maiestatemque populi Romani defen-
dendam conspirasse videantur. Inde læsæ maiestatis & imminutæ auctorita-
tis crimina, de quibus alibi dicendum. Senator nomen ordinis erat non ma-
gistratus. Tres enim erant ordines Romæ, senatorius, equestris, & plebeius.
Ab Aristotele ^{trages} dicuntur. Plinius libro trigésimotertio, Sed annuli ple-
ne medium ordinem, tertiumque plebi & patribus inseruere, ac quod antea
militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec
pridem id factum, diuo Augusto decurias ordinante maior pars iudicum in
ferreo annulo fuit, iique non equites sed iudices vocabantur: equitum nomen
subsistebat in turmis equorum publicorum. His verbis significat Plinius
equestrum ordinem annulum aureum pro insigni habere cœpisse, vt distin-
gueretur a plebe. Equites etiam iudices vocabantur, quia iudicum decurie
ex equestri ordine deligebantur: vt videbimus fortasse in lege vltima de mu-
neribus & honor. §. iudicandi quoque necessitas. Tranquillus in Cæsare, Lu-
dis Decius Laberius Eques Romanus mimum suum egit, donatusque quin-
gentis sestertiis & annulo aureo solum in quatuordecim ex scæna per orche-
stram transiit. Laberius, inquit, poetæ cum in scæna poema quod composue-
rat egisset, donatus est ordine & censu & dignitate equestris. Annulus aureus
insigne erat ordinis equestris. Censu autem equestris quadringenta sester-
tia. Hic etiam ordo ius habebat spectandi in quatuordecim ordinibus theatri, id
est quatuordecim gradibus, vt Senatorius ordo in Orchestra spectabat. Iu-
uenalis Saty. decimaquarta, Effice summam Bisseptem ordinibus quam lex
dignatur Othonis, id est quadringenta sester. Et paulo post, Sume duos equi-
tes, fac tertia quadringenta, id est opta tibi duplicem triplicemque censum
equestrum. Ex equestri autem ordine ad Senatorium transitus erat. Vnde Alex-
ander Imperator Romanus dicere solebat, seminarium Senatorum eque-
strum locum esse. Senatorii ordinis insigne latusclauus erat, & calceus lunat-
us: qui tamen communis nobilitati fuisse putatur. Iuuenalis de Quintilia-
no, Appositam nigræ lunam subtexit alutæ. Cicero Philip. tredecima, Est
etiam Asinius quidam Senator voluntarius lectus ipse a se: apertam curiam
vidit post Cæsaris mortem: mutauit calceos, pater conscriptus repente factus
est: id est lunatos calceos sumpsit. Latusclauus, quod laticlaviū etiam di-
citur, pro Senatoria dignitate ponitur, vt ius annulorum aureorū pro equestri
ordine, & hodie calcar aureum. Inualuit tamē error vt iurisperiti militem pro
equite dicant, cum nusquam in iure legatur. Miles enim tam caligatum gregariūq;
peditem significat quā equo militante & honoratum. Miles enim a togato &
vt recentiores loquuntur a pagano distinguitur. Plinius, Annuli distinguere al-
terum ordinem a plebe, vt semel cœperant esse celebres, sicut tunica ab annu-
lis Senatū tantum. Quæ & hoc sero, vulgōq; purpura latiore tunicæ vlos
inuenimus, etiam præcones. Tunicæ purpuram Plinius laticlaviū vocauit.
Tranq. in Augusto, Sumentī virilem togam tunica laticlavi resuta ex vtraq;
parte ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur non aliud significare quā ve-
stis ordo cuius insigne id esset aliquando ei subiiceretur. Aliqui clauum simpli-
citer appellant, vt Lamprī. in Alex. qui etiam laticlaviū vocat. Tunica au-
tem vestis est cui toga superinduitur, nostri sericum vel setam vocant lingua

vernacula. Quintilianus libro vndecimo, Cui laticlaui ius non erit, ita cingatur vt tunica prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites vsque perueniant. Nam infra, mulierum est: supra, Centurionum. Vt purpura recte descendant leuis cura est: notatur interim negligentia. Latum habentium clauum modus est, vt sit paulum cinctis submissior. Ipsam togam rotundam esse & apte caesam velim. Ex dictis apparet Latumclauum tunicam fuisse purpura praetextam, latiore tunica vulgari longioreque, ac discinctam, cui toga superinduebatur, vt tunicae. Plinius in Epist. Ego latum clauum a Caesare nostro, ego Quaesturam impetraui. Latumclauum, inquit, id est senatoriam dignitatem. Herodianus de Plautiana libro tertio, Siquidem latumclauum perpetuo habebat, atq; in secundis Consularibus numerabatur. Ensem praeterea gestabat, caeteraq; omnia supremae dignitatis insignia.

Laticlaui perpetuo gestandi auctoritas inter primas dignitates habebatur Herodiani tempore: vt ipse auctor est libro tertio. A Graecis πλατύσημα ἑδῆς παπίσημα

dicitur: quasi vestis lato signo distincta ab alia. Herodi ἡμῶν σὸ π τὴν πλα ἑδῆς

dicuntur: ne sicubi in Pandectis hoc verbum occurrerit, dicendum iterum dicitur sunt: ne sicubi in Pandectis hoc verbum occurrerit, dicendum iterum habeamus. Haec autem insignia in luctu publico deponebantur. Liius libro

nono de Caudina pace loquens, Extemplo sine vlla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est. tabernae circa forum clausae, iustitiumq; in foro sua sponte ceptum priusquam indictum. Laticlaui, annuli aurei positi, pene exercitu ipso maestior ciuitas esse. Ordo Senatorius amplissimus ordo vocitabatur. Cicero pro domo sua ad Pontifices, Quid cum Senatum

pro me non modo propugnare amplissimum ordinem: sed etiam plorare & supplicare mutata veste prohiberent, ne tum quidem vis erat? Et de prouincis conf. Reduxit me cum illo in gratiam ordo amplissimus, & ordo is qui est & publici consilii & meorum omnium consiliorum auctor & princeps.

Iidem saepe Liius. Et Paulus in .l. nutu. de lega. tertio. Maiestatem eius ordinis dignationemq; Liius his verbis significauit de Alexandro magno loquens, Victus ne esset consiliis iuuenis vnus (ne singulos nominem) Senatus ille, quem qui ex Regibus constare dixit, vnus veram speciem Romani Senatus cepit. Nunc videndum de legendis Senatoribus. Hi igitur plerumq; a Censoribus legebantur, a quibus & Senatu interdum mouebantur. Liius

tamen libro tertio secundi belli Pu. Dictatorem, inquit, qui Censor ante fuisset, vetustissimusq; ex iis qui viuerent Censoris esset, creati placuit qui Senatum legeret. Et paulo post, de Buteone loquens, qui ob id Dictator creatus erat, Nam neque Senatu quemquam se moturum dixit ex iis quos C. Flaminius & L.

Aemilius Censores in Senatu legissent (transcribi tamē recitariq; iusserunt) ne penes vnum hominem iudicium arbitriumq; de fama ac moribus Senatoris fuerit, & ita in demortuorum locum subiecturum, vt ordo ordini non homini praelatus videretur. Recitato veteri Senatu inde primū in demortuorum locum legit, qui post L. Aemilium & C. Flaminiū Censores Curulem magistratum cepissent, necdum in Senatum lecti erant, vt quisq; eorum primus creatus erat. Tum legit qui Aediles, Tribuni, Praetores, Quaestoresve fuerat. Tū

ex iis qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberet, aut ciuicam coronā accep-

Laticlauius.

Latus clauus.

Luctus publici forma.

Amplissimus ordo.

Maiestas Senatus.

Senatorum lectio.

pissent. Ita centum septuagintaseptem cum ingenti approbatione hominum in
 Senatum lectis extemplo se magistratu abdicauit. Cicero in Verrem Actione
 tertia, Decevit Senatus honorifico Senatusconsulto, ut Halesinis Claudius
 Pulcher Praetor de Senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius adhi-
 bitis omnibus Marcellis qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis
 dedit: in quibus multa sanxit de aetate hominum, ne quis minor .xxx. annis
 natus, de quaestu, quem qui fecisset ne legeretur, de censu, de caeteris rebu-
 Censu Sen-
 natorius.
 Censu Senatorius duplex quam equestris erat, atque etiam sub Augusto
 triplex. Tranquil. in eodem, Senatorium censum ampliavit, ac pro octingenti-
 torum milium summa duodecies sestertiū taxauit, suppleuitque non habent-
 ribus. Et Senatores igitur & equites ex quibus iudices fiebant, a censu su-
 mebantur aetate posteriori: quod Plinius libro decimoquarto his verbis repre-
 hendere videtur, Posteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit.
 postquam Senator censu legi coeptus, iudex fieri censu, magistratum ducemque
 nil magis exornare quam census: pessum iere vitae precia, omnesque a maximo
 Senatus lege
 di ratio.
 Senatus fuit diuersis temporibus. Tranq. in Augusto, Senatorum affluentem
 numerum deformi & incondita turba (Erant enim supra mille, & quidam in-
 dignissimi, & post necem Caesaris per gratiam & praemium allekti, quos abor-
 tuios vulgus vocabat) ad modum pristinum & splendorem rededit, duabus
 lectionibus: prima, ipsorum arbitratu quo vir virum legit: secunda, suo &
 Agrippae. Quosdam ad excusandi se verecundiam compulit, seruauitque ex-
 cusantibus insigne vestis & spectandi in orchestra epulandique publice ius.
 Idem in Claudio, Latuclauum (quis initio affirmasset non lecturum se Sena-
 torem nisi ciuis Romani abnepotem) etiam libertini filio tribuit: sed sub
 conditione si prius ab equite Romano adoptatus esset. ac sic quoque repre-
 hensionem verens, etiam Appium Caecum Censorem generis sui proaucto-
 rem, libertinorum filios in Senatum allegisse docuit, ignarus temporibus
 Appii & deinceps aliquandiu libertinos dictos non ipsos qui manumitteren-
 tur, sed ingenuos ex iis procreatos. Ex quibus verbis apparet Libertinos alia-
 ter olim accipi solitos quam nunc in iure scriptum sit. Vnde Lilius libro decimo
 in persona P. Decii loquens contra nobilitatem, An vnquam fando audistis patri-
 cios primo esse factos, non de caelo demissos? Sed qui patrem ciere auumque
 possent, id est nihil aliud quam ingenuos: Consulem iam patrem ciere possum, auumque
 iam poterit filius meus. Instar est huius hodie quod locorum quorundam mor-
 ribus receptum est, vt ne ista nobilitas esse censeatur, nisi in pronepote & de-
 inceps eius qui natalibus restitutus est. Idque ad ea quae de gentilitatis iure
 diximus haud dubie pertinet. Natalibus autem restituere hodie nobilitate vo-
 camus: & nobilitationem, natalium restitutionem. Verbum est in iure frequens.
 Dicitur autem natalibus restitui non modo libertus, vt patronatus obseruan-
 tia liberetur, sed etiam plebeius cum ad nobilitatem asciscitur, quis antea nunquam
 inter nobiles fuerit. Cuius rei rationem hanc esse existimo, quod gentiles de quibus
 multa diximus, ab eis distinguntur qui ingenuitatem intactam illibatamque non
 habent, sed aliqua conditione obnoxiam: cuiusmodi sunt plebei omnes qui
 ipsi maioresve eorum seruitutem aliquam seruierunt. Propterea igitur natali-

Censu Sen-
natorius.Senatus lege
di ratio.

Libertini.

Ingenui.

Natalibus
restituere.Natalium
restitutio.
Gentiles.

bus restitui dicuntur qui ad nobilitatem vocantur, quasi absterfa natalium plebeiorum sordida condicione, & in priscam communemque ab initio generi humano ingenuitatem repositis illis qui hoc beneficio affecti sunt. Plinius ad Traianum, Postulantibus quibusdam vt de agnoscendis liberis restituendisque natalibus, secundum epistolam Domitiani scriptam Minutio Ruffo, & secundum exempla Proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad Senatusconsultum pertinens ad eadem genera causarum. Ius autem annulorum donare apud antiquos erat id ferme quod equitem facere dicimus. Tranquil. in Cæs. Promissumque ius annulorum cum milibus quadringenis fama distulit, id est diuulgauit. Idem in Vitel. Prouincia deinde accepta Asiaticum manumisit: ac primo imperii die aureis donauit annulis super cœnam, cum mane rogantibus pro eo cunctis detestatus esset seuerissime talem equestris ordinis maculam. Vtriusque autem horum meminit Vlpianus in l. Sed si hac, infra de in ius vocando. vbi maius esse docet natalibus restitui quàm iure annulorum donari. Dignitas autem equestris que hodie a Regibus & Regum Legatis aut exercituum Prefectis donatur, decus est militiæ, licet & in togatos etiam conferatur. Instar autem esse videtur antiqui moris. Torques enim aurei militibus ob rem strenue gestam donari ab Imperatoribus solebant: vnde torquati dicti, qui duorum generum erant, simplares duplaresque. Vegetius libro secundo, Torquati, inquit, duplares, torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit. quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas. duplares duas, simplares vnam. Torquati tamen hodie vocitari debent equites qui vulgo cochleati dicuntur, quos Rex noster gestamine suo regioque insigniuit: ordinem regium gestare dicuntur. Collegium est & sodalitas, cuius princeps caput est, torque sunt illi conchulato insignes, quem diebus solennibus collo circundant, a diuo Michaele denominati, quem pro sodalitiõ numine colunt. Maximus quisque procerum in eam cohortem cooptari solet. Vidimus aliquando ex eo numero vnum exauctorari grauissimi criminis reum: qui de collegii sententiã exauctoratus, curiã deditus est ad pœnam quam curiã statuisset crimini. Duces Burgundiæ Chrysomallon cohortem instituerunt aureo vellere insignem. Reges Angliæ procerum sodalium cohortem periscelide donant. Vt ad Libertinos redeamus, Liuius libro nono auctor est luctu publico testatam Appianæ Censuræ indignitatem, qui libertinos in Senatum allegerat. Cæterum, inquit, Flauium Aedilem dixerat forensis factio Appii Claudii Censura vires nacta, qui Senatum primus libertinorum filiis lectis inquinauerat. & posteaquam eam lectio nem nemo ratã habuit, nec in curiã adeptus erat quas petierat opes urbanas, humilibus per omnes tribus diuisis forum & campum corrupit: tatumque Flauii comitiã indignitatis habuerunt, vt plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Mouebantur autem Senatores Senatu a Censoribus, qui etiam ipsi ordinibus omnibus notas ignominie inurere poterat. Liuius li. vigesimonono, Censores Marcus Portius & Lucius Valerius metu mixta expectatione Senatum legerunt: septem mouerunt Senatu, ex quibus vnum insignem & nobilitate & honoribus L. Quintium Flaminiũ Consularem. Patrũ memoria, inquit, institutum fertur vt Censores motis è Senatu ascriberent notas. Catonis &

Ius annulorum
donare.

Torques.
Torquati.

Collegium.
Michael numen
sodalitium.

Chrysomalli.
Periscelide
donati.
Libertinorum
allectio.

Censores
Senatum
mouebant
Senatores.

Censores.

Aerarius.

Censoria
iudicia.

aliæ quidem acerbæ orationes extât in eos quos aut senatorio loco mouit, aut quibus equos ademît. Longe grauissima in L. Quintium oratio est, qua si accusetator ante notam nõ Censor post notã vsus esset, retinere Quintium in Diuinatione Ciceronis de notis censoriis loquens ita inquit, Regendis moribus ciuitatis Censores quinto quoq; anno creati solebant. Hi prorsus ciues sic notabant, vt qui Senator esset, eiceretur Senatu: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in ceritum tabulas referretur & aerarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ, scilicet ad hoc vt esset ciuis, sed tantummodo vt pro capite suo tributi nomine æra penderet. Hoc igitur tam triste leuerũq; nomen populus Rom. sic oderat, vt intermissum esset per plurimos annos tempore Ciceronis, quod tamen Cicero propter infamiã corruptorũ iudiciorum dicit in illa oratione plebem ipsam quæ antè recusabat, exposcere. De qua Censura idẽ pro Cluentio ita inquit, Hic primũ illud cõmune proponam, nõq; animaduersionibus censoriis hanc ciuitatẽ ita contentã vt rebus iudicatis fuisset. Et rursus, Censores deniq; ipsi sepe numero superiorũ Censorum iudiciis (si ista iudicia appellari vultis) non steterũt. atq; etiam ipsi inter Censores sua iudicia tanti esse arbitrãtur, vt alter alterius iudiciũ nõ modò reprehendat, sed etiã rescindat: vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat, & honore amplissimo dignũ existimet: vt alter in aerarios referri aut tribu moueri iubeat, alter vetet. Asconius verò in orationẽ eiusdẽ in L. Pisonem multas leges perniciosas & illam, ne quem Censores in Senatu legendo præterirẽt, neue qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus & vtriusq; Censoris sententiã damnatus esset. Vnde Cicero in iam dicta oratione pro Cluentio, Videte, inquit, quid agatis, ne vnũquẽq; nostrum Censoribus in posterum potestatem regiam permittatis: ne subscriptio censoria nõ minus calamitatis ciuibus quàm illa acerbißima proscripção possit afferre: non censoriũ stilum, cuius mucronem diuersis remediis maiores nostri retuderunt, æque posthac atq; illum gladium censuræ tatorium pertimescamus. Hæc & alia inibi Cicero multa ad eleuandum censoriũ iudiciũ pondus commentus est, causæ tum inseruiens. Itaq; in Lucium Pisonem veluti palinodiam caneret, Centum prope annos, inquit, legem Heliam & Fusiã tenueramus, quadringentos iudiciũ rationemq; censoriam. Quã potestatem minuere (quò minus quinto quoq; anno de moribus nostris iudicaretur) nemo tam effuse petulans conatus est. Hæc ò carnifex in gremio sunt sepulta Cõsulatus tui. Liuius li.iiii. ab vrbe cõd. Censores ægre passi, Mameretũq; magistratũ populi Ro. minuisset, tribu mouerũt, octuplicatõq; censu aerariũ fecerunt. Hæc de Censura censoriisq; notis obiter dicta sunt, atq; etiã de aerariis quod verbum frequens apud scriptores antiquos a paucis satis intelligitur. Apud Græcos similes erant qui ἐργασμῶν ἐν ἀκροπόλει ideo dicebãtur ex more Atheniensium, quia in arcem relata eorũ nomina essent. vt enim latine in aerarios relati dicuntur, sic illi in arcem relati erant, qui & ὀφλοῦτες dicuntur & κατάδικοι, qui ignominia interim notati erant, quoad iudicati fuerent, hoc est omnia ex sententiã persoluerẽt. Et quẽadmodũ nostri eximere ex aerariis dicebãt cũ aliquem hac ignominia leuabant, sic illi ἐξ ἀκροπόλεως ἐξίεναι

ἐργασμῶν
ἐν ἀκροπόλει.

In aerarios
relati.

In arcem
relati.

ὀφλοῦτες.
κατάδικοι.
ἐξίμιως
ῶντες.

Ex aerariis
eximere.

^{ἀμύβης} vocabant, hoc est ex arce expunctos, id quod ex Demosthenis oratione
 in Aristogitonem & Libaniū argumento intelligere licet. De huiusmodi Censo-
 rum animaduersionibus Gel. lib. iiii. ita inquit, Si quis agrū suū passus fuerat
 sordescere, eūmq; indiligenter curauerat, ac neq; arauerat neq; purgauerat, siue
 quis arborē suā vineāq; habuerat derelictui, nō id sine pœna fuit: sed erat opus
 censoriū, censorēsq; ærarium faciebāt: itē si quis eques Romanus equū habere
 gracilentū aut parū nitidū visus erat, impolitix notabatur: quasi tu dicas incu-
 ria. Sunt & alia exēpla apud eundē eodem lib. cap. vltimo. Videamus de con-
 uocando habēdoq; Senatu. Gellius lib. xiiii. ex libro quodā Varronis enume-
 rat eos magistratus per quos more maiorum Senatus olim haberi solitus est,
 eosq; nominat Dictatorē, Cōsules, Prætorē, Trib. pleb. Interregem, Præfectū
 vrbi: neq; alii præter hos ius fuisse dicit faciendī Senatusconsulti. Quotiēscūq;
 vsu venisset vt omnes istī magistratus Romæ essent, tū quo supra ordine scri-
 pti essent qui eorum prior aliis esset, ei potissimū Senatū consulendī ius fuisse.
 Addit deinde extraordinario iure Tribunos quoq; militares qui pro Cōsulibus
 fuissent, item Decēuiros quibus imperiū consulare tū esset, itē Triūuiros reip.
 constituendæ causa creatos, ius consulendī Senatū habuisse. Senatus autem
 habebatur aut legitimus aut indictus. Capitolinus in Gord. Non legitimo, in-
 quit, sed indicto Senatus die Consul iam domi conuētus, cū Prætoribus Aedi-
 libus & Tribunis in curiam venit. Legitimus Senatus statis diebus habebatur.
 Tranq. in Aug. Sanxit, inquit, ne plus q̄ bis in mense legitimus Senatus agere
 tur: scilicet Calendis & Idibus, neve Septembri Octobrīve mense vllos adesse
 alios necesse esset q̄ sorte ductos, per quorū numerum decreta confici possent.
 Spartianus in Adriano, Senatui legitimo cum in vrbe vel iuxta urbē esset sem-
 per interfuit. Edictus autē vel indictus erat qui ob negocia incidentia repente
 indicebatur. Idem in Cef. Postq̄ Senatus Idibus Martiis in Pompeii curiam edi-
 ctus est, facile tēpus & locum prætulerunt. Sic apud Athenienses νόμιμος ἐκ
 κλησία, dicebatur ἢ κυρία ἐπισημὴν τῆς τοῦ μωδός, σύγκλητος δὲ ἢ ἀναίφνης ἡγομένη διὰ τὴν
 κατὰ γῆν. Legitima concio dicebatur fixa statāq; concio quæ ter in mense ha-
 bebatur. Conuocata autem & indicta quæ repente noua quadam de causa fie-
 bat. Auctores Sudas & interpretes Demosthenis in oratione περὶ πρᾶξις βίας
 exponentes illud ἐφοβοῦντο δὲ μὴ ἀναίφνης ἐκκλησία, γίνεσθαι. Appianus libro primo
 de bel. Ciuilibus, Consulū alter Opimius nomine, vt in trepidatione mos est,
 nonnullos cum armis in Capitolium festinare iubet, Senatūmq; per præconem
 conuocari. Cæterū Gellius auctor est iustum Senatusconsultū esse non posse
 nisi quod in loco per Augures constituto quod tēplū appellaretur, factū esset.
 Propterea & in curia Hostilia & in Pompeia, & post in Iulia cum profana ea
 loca fuissent, templa esse per Augures cōstituta, vt in iis iusta Senatusconsulta
 more maiorum fieri possent. Scriptūmq; Varronē reliquisse non omneis ædes
 sacras templa esse: Senatuscons. autem ante exortū aut post occasum solem fa-
 ctum, ratum non fuisse. Opus etiā censoriū fecisse existimatos per quos eo
 tempore Senatuscons. factum esset. Immolarēq; hostiam prius auspiciq; de-
 bere qui Senatum habiturus esset. De rebus quoq; diuinis prius q̄ humanis ad
 Senatum referendum esse. Tum porro referri debere aut infinite de repub. aut
 de singulis rebus finite. Senatus autem consulta duobus modis fiebant, aut

Censorū anī
mauerfio.

Senatus conā
uocādi ratio.

Senatum con-
sulendi ius.

Senatus legi-
timus & indi-
ctus.

Edictus, indi-
ctus senatus.

νόμιμος ἐκ
ἐκκλησία
σύγκλητος
Cōcio legitima
& conuocata.

Senatuscons-
ulti legitimi
locus & tem-
pus.

Senatuscons.
per discessionem.

Discessionē
facere.

Pedarii Sena-
tores.

Nō omnibus
Senatoribus
dicendæ sen-
tentiæ ius erat
in Senatu.
Translatitiū
edictum.

In sententiā
ire.

Facere disces-
sionem.

per discessionem, inquit Gellius, si consentiretur, aut si res dubia esset per sententias singulorum exquisitas. Tranq. in Tiberio, Cum Senatusconsultum per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cicero Philip. iii. Cum de repub. relaturus fuisset, allato nuncio de legione quarta, mente concidit. effugere festinans, Senatuscons. de supplicatione per discessionem fecit: cum id factum esset antea nuper quam. Idem in vlti. In has sententias meas si Consules designati discessionem facere voluissent, omnibus istis latronibus auctoritate ipsa Senatus iam pridem de manibus arma cecidissent. Gellius libro tertio de pedariis Senatoribus loquens, Non pauci sunt, inquit, qui opinantur Pedarios Senatores appellatos qui sententiam in Senatu non verbis dicerent, sed in alienam sententiam pedibus irent. Quid igitur cum Senatuscons. per discessionem fiebat, nonne vniuersi Senatores sententiam pedibus ferebant? Et paulo post, Marcus Varro, inquit, in Satyra quæ Hippocyon dicitur, equites quosdam dicit Pedarios appellatos, videturque eos significare qui nondum a Censoribus in Senatum lecti, Senatores quidem non erant: sed quia honoribus populi vsi quidem erant, in Senatum quidem veniebant, & sententiæ ius habebant. Nam & Curulibus magistratibus functi qui nondum a Censoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant: & qui in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, sed quas principes dixerant in eas discedebant. Hoc significabat edictum quoniam nunc quoque Consules cum Senatores in curiam vocant, seruandæ consuetudinis causa translaticio vtuntur. Verba edicti sunt hæc, Senatores quibusque in Senatu sententiam dicere licet, & reliqua. Translatitium edictum Gellius appellat ex antiqua consuetudine desumptum, quomodo & Cicero appellauit in Prætura urbana. His autem Gellii verbis facile intelligimus non frustra ab Ulpiano hoc in loco præfinitam circumscriptamque Senatorum appellationem esse. Cicero ad Atticum libro primo, Cum est actum, neque animaduersum est, & raptim in eam sententiam Pedarii concurrerunt. Inde illa locutio in sententiam ire, & pedibus in sententiam ire. Liuius libro quinto, Primores Patrum Tribunos militem creatos esse qui a Calendis Octobribus magistratum occiperent. In quam sententiam cum pedibus iretur, cæteri Tribuni militum nihil contradicere. At enim uero Sergius Virginiusque, propter quos poenitere magistratum eius anni Senatum apparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere Senatuscons. Idem libro nono, Cum omnes laudibus modo profectantes virum, in sententiam eius pedibus irent, tentata paulisper intercessio est a Lucio Liuius & Quinto Melio Trib. Pl. lib. secundo Epistol. Sed cum fieret discessio, qui sellis curulibus astiterant in Cornuti sententiam ire coeperunt. Tunc illi qui se collegæ adnumerari patiebantur, in diuersum transierunt. Cicero Philip. xi. Dixit tamen si quis eorum qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Nos hodie id ad idem dicere vocamus. Quod ignari ignauique aut assentatores plerumque factitare dicuntur: graues etiã viri interdum faciunt si res ita poposcerit. Hoc autem Tranq. in Aug. eleganter & breuiter expressit, Sententias, inquit, de maiore negotio non more atque ordine, sed prout libuisset perrogabat, vt perinde quisque animu intenderet, ac si censendū

magis quam assentiendum esset. Plinius in Panegy. de Domitiani temporibus loquens, At quis antea loqui, quis hiscere audebat, praeter miseros illos qui primi interrogabantur? caeteri quidem defixi & attoniti, ipsam illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur: vnus solusque censebat quod sequerentur omnes & omnes improbarent, imprimis ipse qui censuerat. Verba sunt Plinii significantis tyrannicam violentiam Imperatoris, in cuius sententiam omnes ire cogebantur. Est igitur censere quod vulgo opinari vocant, id est sententiam suam explicata ratione approbare audientibus. Idem in Epistol. Iam censendi tempus dixit Domitius Consul designatus. Gel. tamen libro decimo tertio, docet nullum fuisse Senatusconsultum in quo discessio non esset necessaria. De ordine vero rogandarum sententiarum quem Augustum non seruasse Tranq. dixit, idem Gel. lib. quarto, ita inquit, Ante legem quae nunc de Senatu habendo obseruatur, ordo rogandi sententias varius fuit. Alias primus rogabatur qui a Censoribus princeps in Senatum lectus erat; alias qui designati Consules erant: Quidam e Consulibus studio aut necessitudine aliqua ad ducti, quem iis visum erat honoris gratia extra ordinem sententiam primam rogabant. Obseruatum tamen cum extra ordinem fieret, ne quis quenquam ex alio quam Consulari loco sententiam primum rogaret. Hactenus Gellius. Licebat autem per legem de Senatu habendo, rationem sententiae suae Senatores censentes exposcere, id quod ex his Plinii verbis intelligi potest ad Valerianum libro quinto Epistol. Absolutus est reus sententia designati Consulis Afranii Dexterii. Assenserunt omnes praeterquam Licinius: is interdicendum ei aduocatione per quinque annos censuit. Et quis neminem auctoritate traxisset, constanter in sententia mansit, qui etiam Dexterum, qui primus diuersum censuerat, perlata lege de Senatu habendo, iurare coegit e re publica fuisse quod censuisset. Cui quae legitima postulatio a quibusdam reclamatum est, exprobrare enim censenti ambitio nem videbatur. Sed priusquam sententiae dicerentur, Nigrinus Tribu. pleb. recitauit libellum disertum & grauem quo questus est venire aduocationes, venire & praeuaricationes, in lites coiri, & gloriae loco poni ex spoliis ciuium magnos & statutos redditus. Recitauit capita legum, admonuit Senatusconsultorum, & reliqua quae Plinius de mercenariis aduocationibus exequitur, aduocatus ipse memoriae suae celebratissimus. In rebus vero momentosis aut ad exemplum pertinentibus Senatores non minus centum Senatusconsultum facere poterant, ut videtur ex Licio libro nono de bel. Maced. de Bacchanalibus loquente, Si quis, inquit, tale sacrum solenne & necessarium duceret, nec sine religione ac piaculo se dimittere posse, apud Praetorem ut profiteretur, Praetor Senatum consulere. Si ei permissum esset cum in Senatu centum non minus essent: ita id sacrum faceret. Asconius tamen Cornelium Ciceronis tempore legem tulisse dicit, ne quis in Senatu legibus solueretur nisi ducenti affuissent: quae sine tumultu acta res est. Nemo enim negare poterat pro auctoritate Senatus esse eam legem. Verum duo Senatusconsulta vno die non fiebant: id quod innuit Capitolinus in Maximino his verbis de Gordiano loquens, Hic annum agens aetatis quartumdecimum statim raptus est, & nouo genere Senatusconsulti, cum eodem die Senatusconsultum factum esset, inductus in curiam Caesar est appellatus.

Censere;

De rogandis
sententiis.Lex de senatu
habendo.Senatorum ad
senatuscons.
faciendum
necessarius.Duo senatus
consulta vno
die non fiebant.

Senatus cod.
tio.

Pignora ca-
pere ex au-
ferre.

Pignoris ca-
pio.
Præhendere.
Censere Se-
natores quo
modo cogebantur.

Præhensio
Senatorum.

Quo modo autem Senatores in Senatum ire cogentur, Cicero Philip. primâ docet: Quid autem, inquit, erat causæ cur in Senatum hosterno die tam acerbe cogerer? solus ne aberam? an non sæpe minus frequentes fuistis? an ea res agebatur ut etiam ægrotos deferri oporteret? Annibal, credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur: ad quam etiam causam Appium illum & senem & cæcum delatum esse memoriæ proditum est. De supplicationibus referebatur, quo in genere Senatores deesse non solent. Coguntur enim non pignoribus, sed eorum quorum de honore agitur gratia. Quod idem fit cum de triumpho refertur. Ita sine cura Consules sunt, ut pene liberum sit Senatori non adesse. Et paulo post, Quis autem unquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid est ultra pignus aut mulctam? Verba sunt Ciceronis conquerentis iniuriam Antonii Consulis, qui non contentus pignoribus captis aut mulcta dicta cogere in Senatum venire Ciceronem, minatus est etiam frequentissimo Senatu cum Fabricius se venturum ad disturbendam subuertendamque domum eius. Idem lib. vii. de Oratore, de iurgio Philippi Consulis in Senatu & L. Crassi magni illius oratoris loquens, Hic cum homini & vehementi & diserto & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faces Crassus admouisset: non tulit ille, & grauius exarsit, pignoribusque ablatis Crassum institit coercere. Pignora autem capere vel auferre est quod nunc dicimus captionem bonorum. Coercere igitur pignoribus captis Cicero dixit quod nos cogere per bonorum captionem dicimus. Demosth. ἄρα οὐδὲ τῶν κτημάτων dicit, quasi manum facultatibus iniicere, quod etiam graece τῶν ὑπεχέων λαμβάνειν dicitur, hoc est pignora capere. Gellius lib. vii. pignoris captionem hinc esse dictam ab antiquis affirmat ut usucaptionem. Præhendere vero est apud eos id quod nos corpore præhendere dicimus cuius exemplum statim subiiciemus. Quibus autem modis Senatores in Senatum venire, iisdem etiam censere cogebantur, nisi Tribuni intercederent. Livi libro octavo secundi belli Punici, Itaque Quintus Fulvius postulauit a Consule ut palam in Senatu diceret, permetteret ne patribus ut de provinciis decerneretur: statutusque eo esset quod censerent: an ad populum laturus? Cum Scipio respondisset se quod est reipublice esse facturum: tum Fulvius, Non ego, inquit, ignarus quid responsurus facturisque ve esses quaesui. quippe cum pro te feras tectare magis quam consulere Senatui. Itaque a vobis Tribuni postulo, inquit, ut sententiam mihi ideo non dicenti, quod si in mea sententiam discedatur, non sit ratum habiturus Consul, auxilio sitis. Inde altercatio orta, cum Consul negaret æquum esse quod minus suo quisque loco Senator rogatus sententiam diceret: Tribuni decreuerunt, Si Cos. Senatui de provinciis permittit, stari eo quod Senatus censuerit, nec de ea referri ad populum patiemur: si non permittit, qui de ea re sententiam recusabit dicere auxilio erimus. Consul die ad colloquendum cum collega petiit. Postero die permissum Senatui est. Prouinciæ ita decretae. Præhendi vero Senatores iussu Cos. poterant. Valerius lib. quinto, L. vero Philippus Consul aduersus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit: nam segnitiam pro rostris expressit, alio sibi Senatu opus esse dixit: tantumque a poenitentia dicti absuit, ut etiam L. Crasso summæ dignitatis & eloquenti viro id in curia grauius ferenti minus iniici iuberet. Ille reiecto lectore, Non es, inquit, mihi Philippe Consul, quia nec ego tibi Senator sum, Id est, quia dixisti te alium Senatum quaerere.

Gellius lib. iiii. Capito Atteius in libro quem de officio Senatorio composuit, scriptum hoc reliquit, Caius Cæsar, inquit, Consul Marcum Catonem sententiam rogauit. Cato rem quam consulebatur, quoniam non est rep. videbatur, perferri noluit. Eius rei gratia ducenda longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem. Erat enim ius Senatori, ut sententiam rogatus diceret ante quicquid vellet alius rei & quoad vellet. Cæsar Consul viatorem vocauit, eumque cum finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem duci iussit. Senatus confurrexit & prosequeretur Catonem in carcerem. Hac, inquit, inuidia facta Cæsar destitit, & mitti Catonem iussit. Hactenus ille. Quid sit autem prehendere, & qui magistratus prehensionem, quique vocationem habuerint, & qui utrunque, aut etiam neutrum, idem Gellius lib. xiiii. docet: Vocationem, inquit, habent Consules & ceteri qui habent imperium. prehensionem Tribuni ple. & alii qui habent viatorem. neque vocationem neque prehensionem, ut Questores & ceteri qui neque libertorem habent neque viatorem. Qui vocationem habent, iisdem prehendere, tenere, abducere possunt: qui autem iure prehendi, is etiam in vincula duci potest. Sed querentibus nobis, inquit, quam ob causam Tribuni qui haberent summam coercendi potestatem, ius vocandi non habuerint: illud occurrit, quod Tribuni ple. antiquitus creati videntur non iuri dicendo, nec causis querelisque de absentibus nofcendis, sed intercessionibus faciendis quibus presentes fuissent, ut iniuria quæ coram fieret arceretur, ac propterea ius ad se vocandi ademptum: quoniam ut vim fieri vetarent, assiduitate eorum & presentium oculis opus erat. Labeo igitur Antistius legum morumque Po. Rom. peritissimus per viatorem Tribunorum ple. vocatus, eodem Gellio auctore, respondit, ius eos non habere neque se neque alium quem in causa vocandi, cum moribus maiorum Trib. ple. prehensionem haberent, vocationem non haberent. Posse igitur eos venire & prehendi se iubere, sed vocandi absentem ius non habere. Inici autem manum Valerius in superiore exemplo pro prehendi dixit. licet iniicere manum proprie sit verbo antiquo iuris quoties nulla iudicis expectata auctoritate rem nobis debitam aut etiam nostram vendicamus: quo modo usus est Quintil. in septimo his verbis, Aut alteri enim aut iniicem de iure fit controuersia: ut in re tali, patri in filium, patrono in libertum manus iniectio fit: liberti hæredem sequantur. Liberti filium quidam fecit hæredem, iniicem petitur manus iniectio: & patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit. In eadem significatione usus est Ulpianus in. l. Sed si hac, de in ius vocando. Et Paulus in. l. penultima de seruis exportandis. Iniicere manum latine dici debet quod lingua vernacula sæpe appellamus. Virgil. Iniicere manum Parce. Sic dominus in prædium (ut nunc dicitur) feudarium manum iniicere solet. Hoc graeci τὴν χειρὸς ὑπὸ βοῶν appellunt. Iniicitur etiam manus in aliquem vel in eius bona vel merces aliquas, quando inde ille abire vel res inde moueri auctoritate aliqua vetantur, quod nos arrestare dicimus. Plin. ad Traianum Epistola. lvi. hoc verbo μεταφορικῶς usus est. Itaque & quieti eius iniici manum, & exegi ut me in Bithynia consilio instrueret. quod ille amicissime & senectutis & oculi ratione postposita & iam fecit & facturus est. Quæ verba corruptissime vulgo leguntur. Ociosum (inquit Plinius) Nymphidium nactus continuo nauare mihi operam coegi, quaque vsui meo vendicavi ut me consiliis suis adiuuaret. Recentiores nullo

Libertas dicitur
cendi in Senatu.

Vocationem
& prehensionem habentes
magistratus.
Tribuni ple.

Iniicere manum.

Manus iniectio.

Afferre & inferre manus.

Intercedere Senatuscons. Tribuni poterant.

Intercessio Tribunitia.

Tribunitium auxilium & pronocatio.

Tribunorum domus apta.

Obnunciatio Augurum.

antiquo exemplo iniicere manum pro vim afferre dicunt : quod latine afferre manus vel etiam inferre dicitur . Quo utroq; August. libro primo de Civitate dei utitur. Lactantius libro tertio Institut. Multi ergo ex iis qui æternas esse animas suspicabantur, tanquam in cœlum migraturi essent, sibi ipsi manus intulerunt, Cleanthes & Chrysippus & Zeno & Empedocles. Cæterum intercedere Senatusconsulto Tribuni pleb. poterant, ut ex Liviano illo exemplo intelligere licet. & ex Tacito libro vigesimo, Cum rogarent, inquit, sententias Consules, Vulcatius Tertulinus Trib. pleb. intercessit, ne quid super tanta re Principe absente statueretur. Gellius libro decimotertio, Varro, inquit, de intercessionibus scripsit, dixitque intercedendi ne Senatusconsultum fieret, ius fuisse iis solis qui eadem potestate qua i Senatusconsultum facere vellent maioresve essent. Qui autem hi fuerint nos supra eodem Gellio tradente vidimus. Valerius libro secundo, cap. primo, Illud quoque memoria repetendum est, quod Tribunis ple. intrare curiam non licebat: ante valuas autem positas subfellis decreta Patrum attentissima cura examinabant, ut siqua ex iis improbassent, rata esse non sinerent. Itaque veteribus Senatusconsultis, T, litera subscribi solebat, eaque nota significabatur illa Tribunos quoque censuisse. Qui quis pro commo- dis ple. excubabant, inque imperiis compescendis occupati erant: instrui tamen ea argenteis vasis & annulis aureis publice præbitis patiebantur, quo calium rerum usu auctoritas esset ornatior. Est autem intercessio id quod oppositio- nem vocamus. Livius libro quinto ab Urbe cond. Camillus plebem sceleris palam arguere, quæ iam in suos versa non intelligeret se pravo iudicio de Tri- bunis intercessionem sustulisse, quæ intercessione sublata Tribunitiam potestatem evertissent. Idem libro tertio. Tribunitium auxilium & prouocationem duas arces libertatis tuendæ appellat, Appellabantur enim Tribuni cõtra vim ma- gistratum. vnde in. xii. tab. Plebes quos contra se auxiliu ergo decem creati, Tribuni eius sunt. Quodque hi prohibessint quodque plebem rogassint, ratum esto. Plutarchus in Problematis auctor est moribus Romanorum constitutum esse, ut domus Tribunorum noctu ne clauderentur, sed interdum noctuque indigen- ti cuique eorum auxilio paterent, quasi portus quidam & præsidium periclitan- tiu. Maiores enim comunem Tribunum esse voluerunt, & tanquam aram omnibus acces- sibilem. proinde honore quidem sacrosanctos eos esse voluerunt, nec sine inexpla- bili scelere violabiles. Maxime autem populares eos faciebat, si nihil supra ple- beiam sortem sese extollerent, sed specie & cultu & omni viuendi ratione in or- dinem se cogarent, ὅθεν ἔδει δικίας αὐτῶν κλέειν νόμισαι θύσαν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἐνέειν καὶ μεθ' ἡμέραν, ὡσπερ λιμὴν καὶ καταφυγὴν τοῖς ἀσπυρίοις. ὥσπερ δὲ μάλλον ταπεινῶν τῶν σώματι, τοσούτω μάλλον αὐξεται τῆς δυνάμεως, κοινὸν γὰρ αὐτῶν ἀξιοῦσι τῆς γῆρας καὶ πᾶσι καὶ ἐπιπύρ, τῆ δὲ ἀμύνησιν αὐτῶν ἰσθμῶν καὶ ἄγιον καὶ ἄσυλον. Plinius lib. primo Epistolari, Ipse cum Tribunus essem abstinui causis agendis. Primum, quod deforme arbitra- bar, cui assurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus sedentibus stare: & qui iubere posset tacere quemcumque, huic silentium clepsydra indicit: & que interfari nefas esset, hunc conuicia audire. His verbis significatur magna vim fuisse intercessionis Tribunitie: de qua Cicero non nihil libro tertio de Legibus. Quo modo autem intercessionis Tribunitie parandum erat, sic etiam obnunciat- ionis Augurum, de qua Cicero de Diuinatione lib. pri. & Plutarchus in Crasso,

& Asconius in oratione Ciceronis in Pisonem. Sed nihil nunc ad rem. Si quis autem in Senatu loqui vellet sententiam non rogatus, veniam a Cos. petebat. unde de Capitol. in Maximo, Post hæc, inquit, tacentibus cunctis cum Maximus qui & natu grandior erat, & meritis & virtute ac seueritate clarior, dicere sententiam cœpisset, qua ostēderet duos Principes esse faciēdos: Vectius Sabinus ex familia Vlpiorum rogato Consule ut sibi dicere atque interfari liceret, sic orsus est. Licebat etiā Senatoribus venia prius petita eos qui in Senatum inducebantur, interrogare. Liius lib. xx. de Legatis Carthaginensium loquēs in Senatum admissis: Cū more, inquit, tradito a Patribus, potestatem interrogandi si quis quid vellet Legatos, Prætor fecisset, Senioresque qui fœderibus interfuerant alia alii interrogarēt: nec meminisse se per ætatē (etenim omnes ferme iuvenes erāt) dicerēt Legati: cōclamatū ex omni parte curiæ est, Punica fraude lectos qui veterem pacē repeterent cuius ipsi non meminissent. De Senatu Senatoribusque in duodecim tab. ita cautum erat, Omnes magistratus iudiciū auspiciūque habēto, exque iis Senatus esto. Eius decreta rata sunt, is ordo vitio vacato. Cæteris specimen esto, Senatori qui nec aderit, aut causa aut culpa esto. Causas populi teneto. Quęcunq; in populo, quęcunq; in Patribus agentur, modica sunt. Erat autem auctoritas in Senatu, & potestas in populo, ut auctor est Cicero libro tertio de Legibus. Unde Senatus cēserē, & populus iubere dicebatur. Liius lib. vii. de bel. Maced. Senatus eā pacem seruandā cēsuīt, & paucos post dies populus iussit. Cicero lib. supradictō, Senatori, inquit, iussa tria sunt, ut adsit: nam grauitatem res habet cum frequens ordo est. ut loco dicat, id est rogatus. ut modo, ne sit infinitus. Nam breuitas non modo Senatoris, sed etiam oratoris magna laus in sententia. nec est vnq; longa oratione vtendum, nisi vbi spectante Senatu (quod fit ambitiose sepiissime) nullo magistratu adiuuante tolli diem vtile est. aut cum tanta causa est ut opus sit oratoris copia, vel ad hortandum, vel ad docendum. quorū generum in vtroque magnus noster Cato est. Quodque lex addit, causas populi teneto, Senatori necessarium nosse temp. idque late patet. Quid habeat militum. quid valeat ærario. quos socios resp. habeat. quos amicos. quos stipendiarios. qua quisque sit lege, conditione, fœdere, tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum. Ex his Ciceronis verbis & illis. xii. tabularum satis (ut arbitror) apparet litium cognitionem & iudicandi necessitatē non fuisse muneris Senatorii. tametsi De curiæ iudicium ex Senatu aliquando sumebantur, ut ex equestri ordine: ut alibi videbimus si locus inciderit. Verum quod Cicero de tollenda die dixit in exemplo proximo, videamus quid significet. Cicero igitur ad illud. xii. tab. respiciēs, Quęcunq; in Patribus agentur modica sunt, Senatori modice dicendum ait, nisi si forte è repub. esse putarit ut longiore oratione vtatur. Quod tum demum erit cum res in Senatu decernenda, orationis copia aut suadentis aut docentis indiget. aut cum ita tempus tulerit ut mora decernendæ rei quærenda sit: id quod tum vsu venit cū perniciosæ alicui relationi nullus intercessor magistratus impræsentiarum inueniri potest. Tunc enim tolli diem dicēdo necesse est, quod & eximi diem frequentius dicitur: ut in illo exemplo Gellii superius transcripto de Catone, quem Cæsar ob id præhendi iusserat. Huius autem historiæ meminit Plutarchus in Cæsare. Pompeius enim referebat de prouincia Gallia

De Senatu,

Cēserē Senatus est vt iubere populi. Auctoritas Senatus.

Potestas populi.

De officio Senatoris.

De breuitate censendi in Senatu.

Senatori quæ cognoscēda.

Iudiciū decuria vnde.

Dies tollēda.

Diem tolli

Diem eximi;

rum & Illyrici in quinquennium Cæsari decernenda. Quam relationem reip.
 perniciosam ut discuteret Cato, diem dicendo eximebat, id est prælonga ora-
 tione censendi tempus consumebat de industria. Livijs libro quinto secundi
 belli Punici, Interim publicani Cascæ instare ut diem consilio eximeret. Idem
 libro primo ab Vrbe cond. Tarquinius monitus à proximis ut purgaret se q̄
 id temporis venisset, disceptatorem ait se sumptum inter patrem & filium, cu-
 ra reconciliandi eos in gratiam moratum esse: & quia ea res exemisset illum
 diem, postero die acturum quæ constituisset. Cicero Philip. vi. Succurrendum
 est Decio Bruto. omnes vndiq; copiar colligendę. horam eximere vllam in ta-
 li ciue liberando sine scelere non possumus. Vbi corrupte exhibere in impres-
 sis libris legitur. Inde eximere actionem iudex dicitur ab Vlpiano in titulo Ex-
 quibus causis maiores, cum per dilationem eius effectum est ut iam agi lege
 non possit: & actio exempta, cum iam desit agi posse. Neq; verò omittendum
 illud quod apud Macrobijs legimus libro primo Satur. Mos antea fuit, in-
 quit, Senatoribus in curiam cum prætextatis filiis introire. Cum igitur in Se-
 natu res maior quæpiam consultaretur, eaque in diem posterum prolata esset,
 placuit ut hanc rem super qua tractauissent ne quis enunciaret priusquam de-
 creta esset, & reliqua, quæ ille de Papyrio puero memorabilis indolis profes-
 quitur. Tranquillus in Augusto, Liberis Senatorum quò celerius reipublice
 assuescerent, protinus virilem togam, latumclauum induere & curiæ interesse
 permisit. Prætextati autem pueri dicebantur qui prætexta adhuc & bulla ve-
 bantur, quod fiebat vsque ad annum decimumseptimum: quo tempore togam
 virilem sumebant deposita prætexta puerili, ut meminit Cicero in procemio
 Lælii. & nos alibi dicemus. Hinc anni prætextæ à Plinio libro. xxxiii. pro annis
 pueritiæ: & ætas prætextata Gellio libro primo Noctium Atticarum: & mo-
 res prætextati Festo in integris codicibus, & Macrobio, & Iuuenali, Sic præ-
 textatos referunt Artaxata mores. Quod tamen verbum diuersissime ab au-
 ctoribus latinis accipitur. Hoc autem verbum si intellexisset Accursius, locū
 illum in quarto Institutionum in titulo de iniurijs. §. primo, non tam inepte ex-
 narrasset, siue quis matremfamil. aut prætextatum prætextatamve affecta-
 tus fuerit. De prætextatis pueris Iuuenal. Saty. x. Nec prætextatū rapuit Ne-
 ro loripedem vel Strumosum. Prætextatæ etiam puellæ dicebantur à præ-
 textis quas nubentes deponebant. Festus in integris codicibus, Prætextatum
 sermonem, inquit, ab eo dictum putant q̄ prætextatis nefas sit obsceno ver-
 bo uti. Alii dici putant q̄ nubentibus depositis prætextis a multitudine puer-
 rorum obscena clamentur. Ideoq; prætextatum sermonem appellabāt qui ne-
 hil obscenitatis habet. Contra hanc tamen Festi opinionem Tranqu. Gel. Ma-
 crobijs, prætextatum sermonem acceperunt pro eo qui aperte rem obscenam
 significat. Affectari autem prætextatum aut prætextatam à Iustiniano dictum
 est in loco prædicto, pro eo quod est pudorem pueri ingenui aut puellę fugile
 lare, & notam infamiæ tanq̄ scorto masculino foeminiq; inurere. Solent enim
 hodie quoq; perditissimi homines dum sugillare volunt puellę aut matronę
 opinionem, improbiore petulantia in publico eis adambulare, quasi scortū ad
 constitutum affectantes. Sed nec illud silentio prætereundum, q̄ Senatufconsul-
 ta olim statim ut facta erāt ad Aediles plebis deferebātur, nec vltra in potest.

Eximere
actionem.

Prætextati fi-
lii cū Senato-
ribus in curiam
ibant.

Prætextati.
Bulla.
Toga.
Anni prætex-
ta.
Prætextati
mores.

Prætextatæ
puellæ.
Prætextatus
sermo.

Affectari
prætextatum

De Senatuf-
consul.
Senatufconsul-
ta statim ad
Aediles &c.

state Senatus erant. *Liuius lib. iiii.* Institutum etiam ab iisdem Coss. ut Senatusconsulta in aedem Cereris ad Aediles plebis deferrentur, quae ante arbitrio Coss. supprimebantur nunciabanturque. Postea autem Senatuscons. ad aerarium deferri institutum, ubi & leges in aere incisae erant, auctore Cicerone Philip. quinta his verbis, Neque solum commentariis commentitiis chirographisque venalibus innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, sed Senatus etiam consulta tanquam facta ad aerarium referebantur. Tranque in Aug. Auctor est Iulius Marathus ante paucos quae nasceretur mensis prodigium Romae factum publice, quo denunciebatur Regem populo Romano naturam parturire: Senatum exterritum censuisse ne quis eo anno genitus educaretur. eos qui grauidas uxores haberent, quae ad se quisque spem traheret, curasse ne Senatusconsultum ad aerarium referretur. Verum enimvero quaedam more maiorum, a Senatu non etiam a populo constituebantur. *Cicero in Vatiniu.* Ne haec quidem Senatum relinquebas quae nemo unquam ademit, ut Legati ex eius ordinis auctoritate legerentur. Adeo ne tibi sordidum consilium publicum visum est: adeo afflictus Senatus, ut non nuncios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris provincialis Senatus more maiorum deligere possit: Eripueras Senatum provincialis decernendae potestatis, Imperatoris deligendi iudicium, aerarium dispensationem: quae nunquam sibi populus Romanus appetiuit, qui nunquam haec a summi consilii gubernatione auferre conatus. *Contra lib. iiii. de leg. ex lege. xii. tab. ita inquit,* Creatio magistratu, iudicia populi, iussa, vetita cum suffragio quum sciscitentur, optimatibus nota, plebi libera sunt. Senatus vero nihil nisi referentibus Consulibus aut iis quibus Senatum habere cogereque licebat, decernere poterat. Id quod ostendit *Cicero in oratione de reditu suo,* his verbis, At pro me superiores Consules semper ut referrent efflagitati sunt: sed veriti sunt ne causa gratiae facere videretur, quae alter mihi affinis erat, alterius causam capitis receperat. Qui provincialium foedere iritati, totum illum annum, querelas Senatus, luctum bonorum, Italiae gemitum pertulerunt. Vnde paulo post addit, Cum Senatus equites Romanos flere pro me mutata veste vobis supplicare edictis atque imperiis veteretur. Et rursus alibi, Pro me praesente Senatus, hominumque praeterea viginti milia veste mutauerunt. Quibus verbis Cicero significat Senatum & equites luxisse exilium suum, & populo supplicasse pro reditu suo, sed imperio Consulibus hoc facere inhibitos postea defuisse. Nam & postulata provincialium Consulibus edebantur, ut de iis ad populum referret: & ut inquit *Tacitus,* aditum patrum praerberet. Idem in *Verré Act. iiii.* Dixit praeterea testimonium tota Sicilia, quae in communibus postulatis ciuitatum omnium Consulibus edidit: rogare se atque orare Patres Conscriptos ut statuerent ne absentium reorum nomina reciperentur. Legimus & apud *Liuium* postulantes provinciales interdum a Senatu ad populum reiectos, ut *lib. vii. ab vrbe cond.* Legatos *Ceritum,* & *lib. ix.* Legatos Samnitium: sed utriusque deprecaturum ad Senatum venerat. Senatum etiam non licebat iniussu populi de ciue Romano statuere: id quod ostendit *Liuius lib. vi. secundi bel. Pun.* apud quem eo in loco *Attilius Regulus* in consilio ita inquit, Per Senatum agi de Campanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi non video posse. Idque & apud maiores nostros in *Sutrianis* factum est cum defecissent. ut *M. Antistius Trib. ple.* prius rogationem ferret, sciretque plebs utrum

*Senatuscons.
ad aerarium
deferebatur:*

Senatus populi.

*De relatione
Consulium.*

*Provincialium
postulata consulibus edebantur ut de iis ad populum referret.
Senatus populi.
Senatum non licebat de ciue Romano statuere.*

Senatui de Sutrianis sententiæ dicēde ius esset. Itaq; censeo cū Tribuni plebis
 agēdū esse, vt eorū vnus pluresve rogationē ferāt ad plebē qui nobis statuti
 de Campanis ius fiat. Attilius Trib. pl. ex auctoritate Senatus plebem in hæc
 verba rogauit, & reliqua. Nec silētio præterūdum q̄ sententiæ de scripto in-
 terdū à censentibus dicebantur in Senatu. Id quod ex Cicerone intelligere posse-
 sumus, Philippica. x. Is enim Fusi Caleni sententiā reprehendens ita inquit,
 Hoc verò Q. Fusi sine offensione nostræ amicitiae, sicut tecum aut à te dissent-
 tiēs Senator, quæro. ita em̄ dixisti (& quidē de scripto) literas Bruti recte atq;
 ordine scriptas videri. quod quid est aliud q̄ librariū Bruti laudare nō Bruti
 Ostendit id etiam quadā ad Plancum epistola idem auctor his verbis libro. x.
 Id ex ipso Senatusconsulto poteris cognoscere, ita est enim perscriptū, vt à me
 de scripto dicta sententiā est, quā Senatus frequens secutus est summo studio.
 Tranq. de August. Nam deinceps neq; in Senatu neq; ad populum neq; apud
 milites locutus est vnq̄ nisi meditata & cōposita oratione, quīs nō deficeretur
 ad subita extēporali facultate. ac ne periculū memoriæ adiret, aut ediscendo
 tempus absumeret, instituit recitare omnia. Recitare, inquit, id est legere & de
 scripto dicere. Plin. in Epist. Hortaris vt orationē amicis pluribus recitem, quīs
 vehementer dubitem. Neq; enim me præterit actiones quæ recitantur, impent
 omnē calorēmq; ac propē nomen suū perdere. Idem, Recitantiū verò præcipua
 pronūciationis adiumenta, oculi, manus præpediūtur. Quibus verbis apparet
 pronūciare eos qui memoriter dicūt: recitare verò qui de scripto. Sic accipitur
 libro septimo Codicis in titulo de sententiis ex periculo recitandis. Vbi tamen
 periculo corrupte legi facilius est intelligere, q̄ quo modo emēdari debeat cō-
 minisci. Dicimus enim de scripto recitare & ex scripto. Liviū lib. iiii. de bel.
 Maced. Prima oratio fuit omnia permittentis arbitrio Romanorū. deinde cū
 ea vana & sine effectu nihil proficerent, eò deductę res vt his cōditionibus quę
 ex scripto paucis antē diebus editæ erant, induciæ fierent. Tranq. in Claudio.
 De quodā negotio, & ita ex tabella pronūciasse dicitur, secundum eos se sentire
 qui vera proposuissent. Idē alibi è libello dixit: Sermones, inquit, cum singulis
 atq; etiam cum Livia sua; grauiores, non nisi in scriptis & e libello habebat. Le-
 gendum igitur fortasse de sententiis ex breuiculo recitandis. Pronūciare autē
 verbū est iuris in alio significato, pro eo quod est expresse & nominatim præ-
 dicere, perfariq; ex bona fide in rebus cōtrahēdis. Vlp. in. l. prima de Aedilicio
 edicto, sæpe in ea significatione vsus est: & in. l. Quod si nolit. Qui manu-
 cipia vendunt, nationem cuiusq; in venditione pronūciare debent. Hoc Greci
 ἐκφωνεῖν dicūt. Vsus est & Scæuola in titulo de euicti. & Cicero in tertio Offi.
 Igitur Cato iudex ita pronūciauit, Cum in vendendo eam rem scisset & non
 pronūciasset, emptori damnum præstari oportere. Hoc etiam Nuncupa-
 re dicitur. Idem in eodem, Nam cum ex. xii. tab. satis esset ea præstare, quę
 essent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret: à
 Iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim est in
 prædicio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset,
 præstari oportere. Hactenus ille. Est enim nuncupare non scripto, sed verbo
 cauere vel dicere, quod græce ἱπαγορεύειν dicitur. Vnde testamentum nuncu-
 pare dictum est. Plin. libro. xiiii. de ebrietate loquens, Alii testamenta sua nuncu-

Sententiæ re-
 citabantur
 interdum a
 censentibus.

Recitare.

Pronūciare.

De scripto
& ex scri-
pto recitare.

Sententiæ ex
breuiculo re-
citandæ.

Pronūciare

ἐκφωνεῖν.

Nuncupare
& nūcupatū
testamentū.

ἱπαγορεύειν.

cupant: alii mortifera loquuntur, rediturusque per iugulum voces non continent. Iustinus lib. xxxiiii. De Perdicca loquens, Nam etsi non voce nuncupatus heres, iudicio tamen electus videbatur. Iulianus in l. de bonorum poss. secundum tab. Testamentum, inquit, in tabulis sibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem substituit. Et ibidem Iuricons. scriptum heredem a nuncupato distinguit. Sic nuncupata voluntas dicitur a Iustiniano vel Triboniano in titulo de testamentis in fine. Et nuncupata vita Liuio & Tranquillo & Valerio. Moris vero non fuisse ut Senatus reos iudicaret vel ex verbis Ciceronis intelligi potest, qui in Verrem Acti. vlti. ad iudices repetundarum loquens ita inquit, Quo confugient socii: quem implorabunt: qua spe denique ut viuere velint, tenebuntur, si vos eos deseritis: ad Senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumat: non est vitatum, non est Senatorium. ad populum Rom. confugient: facilis est causa populi. legem enim sociorum causa iussisse, & eius legis custodes ac vindices preposuisse dicit. Hic locus est igitur vnus quod perfugiant, hic portus, hanc arx, hanc ara sociorum. Senatusconsultorum formam exactam si quis videre velit, adeat Ciceronem in Philip. iiii. v. & ix. Illic enim Senatusconsulta a Cicerone per scripta visuntur: ex quibus vnus formulam exempli gratia transcripsimus, in laudem Caesaris (qui postea Augustus dictus est) censente Cicerone facti. Hoc autem, inquit, tempore ita censeo decernendum. Quia Caius Caesar Caii filius, Pontifex, Proprator, summo reip. tempore milites & veteranos ad libertatem populi Ro. cohortatus sit, eosque conscripserit. Deinde enumeratis omnibus eius in reip. meritis ita subdit, Ob eas causas Senatui placere Caium Caesarem Caii filium, Pontificem, Propratorem, Senatorem esse, sententiamque Pratoris loco dicere, eiusque honoris rationem quecumque appetet ita haberi, prout haberi liceret si anno superiore Quaestor fuisset. Quibus verbis & tota illa oratione Cicero Senatoriam dignitatem Caesari, & dicendae sententiae locum amplum impetrauit, id est Pratoris loco ut perinde haberetur ac si Quaesturam iustamque Praturam gessisset. Hic fuit, ut arbitror, status, haec conditio prisca illius Senatus Senatorumque sub imperio populi: cuius quanta olim fuerit maiestas, cum ex iis quae dicta sunt intelligi, tum vero vel vno Liuuii exemplo liquere potest. Is enim lib. iiii. de Cincinnato loquens, qui absens Dictator in maximo discrimine reip. creatus erat, inquit, Opere precium est audire qui omnia praeter diuitias humana spernunt, neque honori magno locum neque virtuti putant esse, nisi effusae effluant opes. Spes vnica imperii Ro. quatuor iugerum colebat agrum, quae prata Quinta vocantur. Ibi a Legatis seu forsan fodiens palo innixus, seu cum araret, operi certe (id quod constat) agresti intentus, salute data inuicem redditaque, rogatus ut (quod bene verteret ipsi reique pub.) mandata Senatus audiret: admiratus rogatusque, Satis ne salua essent omnia: togam prope proferre e tugurio iubet, qua simul absterfo sudore ac puluere velatus processit, Dictatorem eum Legati consalutant. A Caesare autem Dictatore oppressa repub. languere Senatus auctoritas, ac deinde post Augustum interire etiam cepit, cum vnus iam arbitrio omnia regerentur. Quo demum tempore mutari Senatoria munera cepta sunt. non enim Senatus in mandandis exercitiis, in prouinciis decernendis, in legationibus dimittendis admittendisque, in constituenda republica occupatus vltra fuit, sed in adulationem Principis.

Nuncupata
voluntas.

Senatum non
iudicasse reos.

Senatus
forma.

Maiestas
pri
sci Senatus.

Quando pri
mu inclinari
Senatus au
toritas coe
perit.

Senatui quādo adempta potestas. Accusationes reorum in Senatu.

Appellationes a iudicibus ad Senatum. Iudices a Senatu petebantur.

Querere. Iudices ex legis praescripto iudicare oportebat. Curia Parisiensis.

Memorable de Senatus cognitione.

pum conuersus, infontes fontēsq; nullo discrimine condemnare, fauentibus Principibus damnatos permittere, flagitiosissimos ciues in gratiam Principū ex reis eximere, ac Principibus condonare: innocentissimis hominibus negotiū faceffere, delatoribus fauere: Principum deniq; impotentissimis factis subscribere, auctoremque se praebere premente seruitute coactus est. Tunc Senatoriū muneris coepit esse reorum iudicatio. Accusationes enim apud Senatū ex eo tempore factas legimus. Tranquil. de Caligula, Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere, & magnorum in Senatu reorum accusationes defensionēsq; meditari. Idem de Domiti. Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat. & cum dixisset experturum se illa die quā carus Senatū esset, facile perfecerat, vt etiam more maiorum puniendi condemnarentur. De quo tempore Plin. in Epist. ita inquit, Perspeximus curiam, sed curiam trepidam & elinguem, cum dicere quod velles periculosum, quod nolles miserum esset. Et ibidem, Priorum, inquit, temporum seruitus, vt aliarum operarum artium, sic etiam iuris Senatoriū obliuionem quandam & ignorantiam induxit. Idē Tranq. auctor est Neronem inter alia hoc quoq; instituisse, vt omnes appellationes a iudicibus ad Senatum fierent. Iudices etiam a Senatu peti postea coeperunt Domitiani instituto, eodem auctore. Auctor, inquit, Tribunis pleb. fuit Aedilem sordidum repetundarum accusandi, iudicesque in eum a Senatu petendi. Plinius ad Arrianum lib. ii. Epistol. Marius Priscus accusantibus Afris, quibus pro Consule praefuit, ommissa defensione iudices peti. Ego & Cornelius Tacitus adesse prouincialibus iussi, existimauimus fidei nostrae conuenire, notum Senatui facere excessisse Priscum immanitate & saeuitia crimina quibus iudices dari possent, cum ob innocētes condemnandos interficiendosq; pecunias accepisset. Respondit Fronto, deprecatusq; est ne quid ultra repetundarum legem quereretur. Ex his Plinii verbis facile intelligimus iudices a Senatu peti solere qui certo ac statuto iudicio inquirerent in reos, id est qui repetundarum lege vel maiestatis vel alia quererent, id est quaestionem haberent, de quo verbo satis alibi diximus. Iis autem iudicibus ex legis praescripto iudicare necesse erat, nec legitimam poenam excedere. Cū vero maiora crimina videbantur q̄ vt constituta poena ordinariāq; in reos animaduertere oportebat, tum demum Senatus ipse in reos inquirebat, quippe qui nullius legis praescripto astringeretur. Quo modo hodie curia nostra centenaria, cuius summa secundum Principem omniū causarum est cognitio, liberam habere criminum inquisitionem, nec certa legis formula illigatam creditur: dūtaxat quod sine fraude sacerdotalis iuris fiat. de profanis enim causis loquimur. Multa autem ad hoc pertinētia ex illo loco Plinii intelligere licet. in quis illud memorabile, Dixi (inquit Plinius) horis pene quinq; missus deinde Senatus & reuocatus in posterum. neque enim iam incohari poterat actio nisi vt noctis interuentu scinderetur. Postero die dixit pro Mario Saluius Liberalis, vir subtilis, acer, disertus. huius actionem vespera inclusit, non tamen sic vt abrumperet. Itaq; in tertiu diem probationes exierunt. Iam hoc ipsum pulchrum (inquit Plinius) & antiquum, Senatum nocte dimitti, triduo vocari, triduo contineri. Vtinam in hac nostra curia, id est in Parlamento ita factitari institutum esset, praesertim in his causis quae certum priuatumq; accusatorem habent & iniuriae suae vindicant.

cem, quæq; legitimo ordine agitata hinc accusatorem illinc defensorem ad-
 mittunt. Criminū enim inuidia quæ recentī accusatione calere solet, & ad ani- Criminales
 maduersionem vindicationemq; iudicū animos percellere, competendata re cause non
 (vt assolet) forensi artificio, refrigerat. etenim longa die accusatorum iusta differendæ.
 ira relanguescit, & lachrymæ iudicum exarescunt, qui prius viduarum orbo-
 rumq; calamitati ingemiscere videbantur. **Q** si moribus nostris comparatum
 esset vt accusationes defensionēq; probationibus ac testimoniis instructæ in
 iudicium afferrentur, sicq; præsentanea cognitione continuāq; disceptatione
 diiudicarentur: profecto audacissimis ac confidentissimis hominibus impu-
 nitatis spes præcisa esse videretur. Vt ad rem reuertamur, Senatus cognitio Senatus cog-
 certæ legi astricta non erat. Quintilianus lib.iii. de controuersis loquens sim- gnitio legi
 plicibus & coniunctis, Vna controuersia est per se furti, per se adulterii: plures certa nō fuit
 autem eiusdem generis, vt in pecuniis repetundis: aut diuersi, vt si quis sacrile- astricta.
 gū & homicidii simul accusetur. quod nunc in publicis iudiciis non accidit:
 quoniam Prætor certa lege sortitur. Principum autem & Senatus cognitio-
 nibus frequens est & populi fuit. Hæc verba Quintilianī cum illis Pliniū con-
 gruūt de iudiciis qui certæ formulæ astricti erant: non autem Senatus, quo
 modo nec Princeps, nec olim populus in cuius locum Princeps successit. Idem Princeps in
 libro septimo de qualitate loquēs, Cum de pœna iudicium est: a parte eius qui populi locū
 causam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio, aut (vt q- successit.
 dam putant) deprecatio. Et paulo post, Vltima est autem omnium deprecatio, Deprecatio?
 quod genus causæ pleriq; negarunt in iudicium vnq̄ venire. quoniam Cicerō quoq;
 pro Quinto Ligario hoc testari videtur cum dicit, Causas Cæsar egi multas In quibus co-
 & quidem tecum dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. certe nunq̄ gnitionibus
 hoc modo, Ignoscite iudices, errauit, lapsus est, non putauit: si vnq̄ post hæc, & iuris est ele-
 cætera. In Senatu vero & apud populum, & apud Principem, & vbicunq; iu- mentia.
 ris clementia est, habet locum deprecatio. In qua plurimum valet ex ipso qui Deprecatio?
 reus est hæc tria in vita præcedere: si innocens, si bene meritus, si spes in futu-
 rum innocenter victuri & in aliquo vsu futuri. Idem alibi, Apollodorus quoq;
Ανταποδο-
 duas lites. Potest tamen hoc genus in cognitionem venire Senatus aut Princi- pia.
 pis. Est autem anticategoria repriminatio, siue vt idem libro.iii. interpretatur, Anticatego-
 mutua accusatio: cuius genera duo. Alterum quo litigatores idem crimen in- ria.
 vicem intentant: alterum quo aliud atque aliud. Non absimile huic genus est Αντέγκλη-
 quod μα. dicitur, de quo idem in septimo ita inquit, de assumptiua de-
 fensione loquens, In hoc genere fortissimum est si crimen causa facti tuemur.
 qualis est defensio Orestis, oratio Milonis. Anticlema dicitur, quia omnis
 nostra defensio constat eius accusatione qui vindicatur. Occisus est, sed latro.
 Executus, sed raptor. Hactenus ille. Vbi fortasse exectus aut excecatus legēdū.
 Est autem anticlema contraria insimulatio & repriminatio, quasique crimi-
 nis relatio. Auctor est etiam Capitolinus Marcum Philosophum qui in iure Antoninus
 Antoninus appellatur, Senatum multis cognitionibus ad se pertinentibus iu- qui est Mar-
 dicē dedisse. Pœnales porro prouocatiōes ad Senatū fuisse instituto Neronis cus Philoso-
 Principis, Tacito tradente comperimus. sic enim inquit libro.xiiii. Auxit Pa- phus.
 trum honorem, statuēdo vt qui a priuatis iudiciis ad Senatū prouocauissent Prouocatio ē
nes pœnales
ad Senatū
factæ.

eiusdem pecuniæ periculum facerent cuius ii qui Imperatorem appellauerunt
 nam antea id vacuū solutūq; pœna fuerat. Nō igitur sine exemplo est antiquo
 q; prouocatores apud nos multæ periculum faciunt. Quod etiam a recētiore
 bus principibus cōstitutū est vt videre licet in .l. ab executione Cod. de appella-
 Priscis verò Romanorum temporibus prouocatio a magistratibus ad populū
 erat lege à Publicola perlata, vt auctor est Līuius libro .ii. ab vrbe cōd. Illud
 verò cognitū dignum, Romanis principibus morem olim fuisse, vt abeuntes
 redeūtesq; peregre, Senatū oscularentur: id quod ex Trāq. intelligimus qui in
 Nerone ita inquit, Multas nec dubias significaciones sæpe iecit ne reliquis quē
 dem se parsurum Senatoribus: eūmq; ordinem sublaturum quandoq; e repu-
 ac prouincias & exercitus equitibus Romanis ac libertis permissurum. Certe
 neq; adueniens neque proficiscens quēq; osculo impertiuit: ac ne resalutatione
 quidem. Illud non omittendū quod Tacitus libro .xi. memoriæ prodidit, Cū
 de supplendo Senatu ageretur, primoresq; Galliæ quæ Comata appellatur,
 fœdera & ciuitatem Romanam pridem assecuti, ius adipiscendorum in vrbe
 honorum a Claudio Principe expeterent, primū Hedui Senatorum in vrbe ius
 adepti sunt. Datum id fœderi antiquo, & quia solī Gallorum fraternitatis no-
 men cum populo Ro. usurpant. Memorabile etiam illud eiusdem Principis
 factum. famosos enim probris quonā modo Senatu depelleret anxius, mitem
 & recens repertam quādam ex seueritate prisca rationem adhibuit: monendo
 secum quisq; de se consultaret, peteretq; ius exuendi ordinis, facilem eius rei ve-
 niām, & motos Senatu & excusatos simul, propositurū, vt iudiciū Censorū
 ac pudor sponte cedentiū permixti ignominiam mollirent. Addēdum etiam
 illud Plinii Iunioris dictum, de quodam Senatusconsulto aut Senatussententiā
 loquentis, quod quāve sibi non probari significans, Sed hoc pluribus, inquit,
 visum est: numerantur enim sententiæ, non ponderantur. Nec aliud in publico
 consilio potest fieri, in quo nihil tam inæquale est q̄ æqualitas ipsa. Nam cum
 sit impar prudentia, par omnium ius est. Idem libro nono ad Aristonem (sed in
 epistola manu scripta quæ vulgo non reperitur, vt & aliæ non pauca) de iure
 Senatorio loquens ita inquit, Erat autem antiquitus institutum, vt a maioribus
 natu non auribus modo, verū etiam oculis disceremus quæ faciēda mox
 ipsi ac per vices tradenda minoribus haberemus. Inde adolescentuli statim
 castrensibus stipendiis imbuebantur, vt imperare parendo, duces agere dum
 sequuntur assuescerent. Inde honores petitori assistebant curiæ foribus, & con-
 filii publici spectatores anteq̄ consortes erāt. Suus cuiq; parens pro magistro,
 aut cui parens non erat, maximus quisq; & vetustissimus pro parēte. Quæ pos-
 testas referentibus, quod ius censentibus, quæ vis magistratibus, quæ cæteris
 libertas. Vbi cedendum, vbi resistendum, quod silentii tempus, qui dicendi mo-
 dus, quæ distinctio pugnantium sententiarum, quæ executio prioribus aliquid
 addentium. In eadem autē epistola Plinius multa de iure Senatorio dixit, quæ
 quoniā lōgum esset huc transferre, & alioqui corrupta multis in locis inueni-
 mus, ideo q̄ potuimus breuissime atq; explicatissime rei summā collegimus.
 Qui diuersa igitur in Senatu censebāt, in diuersa discedebāt. Inde in senten-
 tiam pedibus ire, de quo antea latissime diximus. Referebatur, inquit, in Sen-
 natu de libertis Afranii Dexterī Consulī: incertum sua an suorū manu, sceler-

Osculandi
 Senatus con-
 suetudo prin-
 cipibus suis.

Galli Sena-
 toria digni-
 tate Ro. do-
 nati.

Hedui Galli
 fratres Ro.
 Memorabile
 factum.

Numeraban-
 tur sententiæ.

De iure Sen-
 natorio.

Adolescentes
 quomodo in-
 stituendi.

Locus ex epi-
 stola Plinii
 quæ vulgo
 nō legitur.
 Discedere in
 diuersa.
 In sententiā
 pedibus ire.

re an obsequio perempti. Hos aliquis, ego, (sed nihil refert) post quaestionem supplicio liberandos, alius in insulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarum sententiarum tanta diuersitas erat, ut non possent esse nisi singulae. Quid enim commune habet occidere & relegare? Non Hercule magis quam relegare & absolueret. Quaeque propior aliquanto est sententiae relegantis quae soluit quam quae occidit: utraque enim ex illis vitam relinquit, haec adimit: cum interim & qui morte puniebant & qui relegabant, vna sedebant, & temporaria simulatione concordiae discordiam differebant. Ego postulabam, ut tribus sententiis constaret suus numerus: nec se breuibus induciis duae iungerent. Volebam (inquit Plinius) aequum esse censebam, ut discessio in tres partes fieret, ne duae simul ad tempus iunctae occidentium scilicet & relegantium, tertiam id est nostram absoluentium perimerent, & ita liberti secundo certamine morte aut relegatione periclitarentur, nulla iam absolutionis spe reliqua. Exigebam ergo, inquit, ut qui capitali supplicio afficiendos putabant, discederent a relegante, nec interim contra absoluentes mox dissensuri congregarentur: quia paruulum referret an idem displiceret, quibus non idem placuisset. Illud etiam permirum mihi videbatur, eum quidem qui libertos relegandos, seruos supplicio afficiendos censuisset, coactum esse diuidere sententiam: hunc autem qui libertos morte mulctaret cum relegante numerari. Nam si oportuisset diuidi sententiam vnius, quia res duas comprehendebat: non reperiendam quemadmodum posset iungi sententia duorum tantae diuersa sententium. Et paulo post, Fingamus tres omnino iudices in hanc causam datos esse. horum vni placuisse perire libertos, alteri relegari, tertio absolui. utrum ne sententiae duae collatis viribus nouissimam periment, an separatim vnaqueque tantumdem quantum altera valebit? nec magis poterit cum secunda prima connecti, quam secunda cum tertia? Igitur in Senatu quoque numerari tanquam contrariae debent quae tanquam diuersae dicuntur. Quae si vnus atque idem & perditos censeret & relegandos, num ex sententia vnius & perire possent & relegari? num denique vna omnino sententia putaretur quae tam diuersa coniungeret? Quemadmodum igitur cum alter puniendos, alter censeat relegandos, videri potest vna sententia quae dicitur a duobus, quae non videretur vna si ab vno diceretur? Quid? lex non aperte docet dirimi debere sententias occidentis & relegantis: cum ita discessionem fieri iubet, Qui haec sentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in illam partem ite qua sentitis. Et paulo post de comparatione sententiarum loquens per Anthypophoram ita inquit, At enim futurum est, ut si diuidantur sententiae interficientis & relegantis, praeualeat illa quae absoluit? Quid istud ad censentes? quos certe non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare ne fiat quod est mitius. Oportet tamen eos qui morte puniunt & qui relegant, absoluentibus primum, mox inter se comparari. Scilicet ut in spectaculis quibusdam fors aliquem seponit ac seruat, qui cum victore contendat: sic in Senatu sunt aliqua prima, sunt secunda certamina, & ex duabus sententiis eam quae superior exierit, tertia expectat. His verbis significat Plinius sententias morte & relegatione mulctantium singulas, id est diuisas, cum absoluentium comparari debuisse, ut si ipsae numero praeualerent & vincerent absoluentium sententiam, inter se postea eadem altero certamine compararentur. Et aliquanto post, Optimum quidem, inquit, quod postulabam.

De diuidendis
sententiis.

Nihilominus tamen quæro an postulare debuerim. Quemadmodum ablit
 nuît is qui vltimum supplicium sumendum esse censebat. Nescio an iure, cer
 te æquitate postulationis meæ victus omiſſa sententiâ sua accessit releganti,
 veritus scilicet ne si diuiderentur sententiæ (quod alioqui fore videbatur) ea
 quæ absoluendos esse censebat, numero præualeret. Etenim longe plures in
 hac vna q̄ in duabus singulis erant. Tum illi quoq; qui auctoritate eius tra
 hebantur, transeunte illo destituti, reliquerunt sententiâ ab ipso auctore del
 fertam: secuti que sunt quasi transfugam quem ducem sequebantur. Sic ex
 tribus sententiis duæ factæ, tenuitque ex duabus altera, tertia expulsa, que
 cum ambas superare non posset, elegit ab vtra vinceretur. Quibus verbis si
 gnificatur tres auctores trium fuisse sententiarum, in quorum sententias tri
 fariam itum fuerat. Tres autem discessiones ad duas rediisse, cum vltima ad
 secundam se contulisset, secumque sequaces suos traxisset. Cicero pro Milone,
 Quod si per furiosum illum Tribunum Senatui quod sentiebat perficere de
 cuiſſet, nouam quæſtionem nunc nullam haberemus. decernebat enim vt res

Diuidere sen
 tentiam.

Senatuscon
 sulta anti
 quabantur
 interdum.

Inducere.

Inducere sen
 tentiam aut
 decretum.
 Circūducere
 Senatus di
 missio.

ῥῥοῖα,
 ῥῥοῖα.

teribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Diuisa sententiâ
 est postulâte nescio quo (nihil enim necesse est me omniū flagitia proferre) sic
 reliqua auctoritas Senatus inepta intercessione sublata est. Quæ verba expo
 nens Asconius ita inquit, Cum aliquis in dicenda sententiâ duas pluresve res
 complectitur, & si non omnes eæ res probantur, postulat vt diuidantur, id est
 vt de rebus singulis referatur. Nonnunq̄ autem Senatusconsulta inconsule
 tius facta contrariis Senatusconsultis antiquabantur, vt ex Cicerone ad Atti
 cum libro primo, facile conuicimus his verbis. De Sicyoniis (vt scripti ad te
 antea) non multum spei est in Senatu. Nemo est enim iam qui queratur.
 Quare si id expectas, longum est. Alia via, si qua potes, pugna cum actum est,
 neque animaduersum est ad quid petineret, & raptim in eam sententiâ pedati
 concurrerunt. Inducendi Senatusconsulti maturitas nondum est, q̄ neque sunt
 qui querantur, & multi partim maliuolentia, partim opinione æquitatis dele
 ctantur. Inducere Cicero pro obliterare abrogareq; dixit verbo Iurisconsul
 tis vsitato. Liuius lib. vigesimonono, Vectigalia summis preciiis vltro tributa
 Censores locauerunt. Quas locationes cum Senatus precibus & lachrymis
 victus induci iussisset, Censores edicto summotis ab hasta qui ludificati prior
 rem locationem fuerant, omnia eadem paulo imminutis preciiis locauerunt.

Inducere sententiam aut decretum vulgo ad nihilum ponere dicimus, quo
 modo & circūducere edictū, de quo alibi diximus. Est enim inducere proprie
 ducto per ceras stilo tegere & interlinere & memoriâ scriptorū obliterare.

Postremo Senatus (vt Senatum missum iam faciamus) his verbis a Coss.
 dimittebatur, Nihil iam vos moramur Patres Cōscripti. Auctor Capitulinus.

Hic adnotabim⁹ q̄ causæ Senatorū in prouinciis ortæ, Romā interdū reuocæ
 bantur a Præsidibus & Proconsulibus. Cicero hoc his verbis ostendit lib. xiii.
 Episto. ad Ser. Sulpitiū scribens. Illud præterea si non alienū dignitate tua pu
 tabis esse, feceris mihi pergratū, si qui difficiliore erunt, vt rem sine cōtrouer
 sia confici nolint: si eas quando cū Senatore res est, Romam reieceris. Verum
 enimvero quod Senatus Romæ, hoc ferme fuit ῥῥοῖα, Spartæ, id est Lacedæ
 mone: ipsa quoq; a senibus dicta, qui græce ῥῥοῖα dicuntur. De qua Cicero

in Carone ita inquit, Consilium, ratio, & sententia nisi essent in senibus, non sum-
 mum consilium maiores nostri Senatium appellassent. Apud Lacedaemonios
 quidem ii qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt sic etiam appellan-
 tur senes. Interpres Demosthenis in oratione quae προς Λακωνικων inscribitur, Ge-
 rusia, inquit, magistratus apud Lacedaemonios, ad quem ii demum euadunt
 qui integritate vitae & veneranda senectute ceteris praestare videntur. Demo-
 sthenes ipse de Spartanorum republica loquens, επεδαν ζε ες τω καλεμωλω γε-
 ρουσιων ενκριθη, πρεσβυτερων εαυτων διοριζομενος εστι τω κλητων. εκει μου γαρ εστι φησιν
 εβουλη φησιν κλητεας κρισιον γινεσθαι μετα των ομοιων. Ut enim aliquis in eam quae Ge-
 rusia dicitur cooptatus est, si modo eum se quem decet praestiterit, ita dominus
 est multitudinis. Siquidem apud eos virtutis praemium est reipub. governa-
 cula cum similibus sui pro potestate tenere. Aristoteles libro secundo Politi-
 con Gerusiam apud Lacedaemonios, id est in Gerusiam cooptari, virtutis pre-
 mium esse ait. Quod tamen institutum reprehensione non carere putat, quod
 & perpetuus ille est magistratus, & causae dicendae immunis. Si enim, inquit,
 illi viri numeris omnibus aequi bonique consumati essent, si tanta quanta satis
 est ad viros probos efficiendos doctrina praediti, fortasse hoc eorum institu-
 tum e republica esse contendere quisquam haud immerito posset. tamen si rur-
 sus illud controuersum est, quoad quis vixerit ingentium controuersiarum
 disceptatorem perpetuum cum potestate esse. Quippe ut corpori, ita animo
 sua quoque senectus est. Cum vero iis rebus ita instituti sint, ut ne legislator
 quidem ipse satis dignos crediderit, qui nullis legibus quasi viri boni astringe-
 rentur: nimirum non tutum est tantarum eos rerum perpetuo compotes esse.
 Enimvero multa & sordide & ambitiose administrare verisimile est eos qui ad
 huiusmodi magistratum adoptati sunt: ut qui causae dicendae usquequaque im-
 munes sint, καιτοι τογε δια βις κυριεσ ειναι κρισων μεγαλων, αμεισθηκτισμορ. εστι γαρ
 εωσφ και σωματα, διανοιας γηρας. Et paulo post, φαίνονται δε και δωροδοκωμενοι και
 καταχαρζωμενοι κλητα τω κοινωρ οι κεκοινωνηκοτες φησιν αρχησ ταυτης. Διότις βέλτορ αυτες μη
 εστι δυνάτες ειναι. νω δ εστι. Eodem pertinet illud Platonis in Legibus, δικασω δε ανω
 τω βελτορ εδενεα δικάζεσ, Nullum, inquit, omnino iudicem iudicare oportet causae
 dicendae non obnoxium. Est autem nunc causam dicere, quod Graeci tum κρι-
 νωσιν tum ευνδυνεσθαι dicunt, hoc est iudicium subire, & culpas fraudesque iudi-
 ciorum suorum actorumque praestare. Hoc nunc iuris periti nullo antiqui iu-
 ris exemplo syndicari vocant. Quod Cicero rationem vitae & magistratus ge-
 sti reposci vocat: & edere & exponere quod in magistratu quisque gesserit:
 quod olim fiebat apud Censores. Dici etiam potest, repetundarum pecuniarum
 iudicio subici. hoc est διδωσας διδοναι. Nam διδωσας οφλεσιν vel οφληκέναι est da-
 mnatum esse repetundarum: apud Aeschinem & Demosth. Inde ανυποδωσθαι ma-
 gistratus dicitur & ανολισθωσθαι: qui causae dicendae aut immunis est, aut quo-
 uis modo eximitur: ut qui abolitionem apud nos a Principe impetrauerunt.
 moribus tamen nostris contra duorum philosophiae antistitum auctoritatem
 receptum est, ut summorum tribunalium iudices perpetuos causaeque dicen-
 dae securos habeamus, etiam singulos nedum confessus totos. Quanquam
 constitutione Philippi Regis cognomento Pulchri statutum esse legimus, ut
 in eos qui conuentus Parlamenti peragerent, tertio quoque anno cum tardissi-

Gerusia vir-
tutis praemii

Causam dice-
re.

κρίνεισθαι.

ευνδυνεσθαι.

Ratione ma-
gistratus ge-
sti reposcere

ανυποδωσθαι

Senaculum
Senatus muliebris.
Muliebria
Senatusconsulta.

Senatusconsulta tacita.

Centumuiralia iudicia.

Memorable institutum.

Actuarii.

me inquireretur. Sed priscam seueritatem posterior ætas nõ tulit. Ecce autem (quod pene præterii) Senatus quoque muliebris in ordinem incurrit, muliebrique itidem Senatusconsulta præteriri se non sinunt. Lampridius in Helio gab. Fecit & in colle Quirinali senaculum, id est mulierum Senatum, in quo antè fuerat conuentus matronalis solennibus dütaxat diebus. Facta & Senatusconsulta ridicula de legibus matronalibus, quæ quo vestitu incederent, quæ cui cederent, quæ pilento, quæ equo saginario, quæ aſino veherentur, quæ carpen-
pento mulari, quæ boum, quæ sella veherentur. vtrum pellicea, an offea, an eborata, an argentata. & quæ aurum vel gemmas in calciamentis haberent. Huius rei meminit & Vopiscus in Aureliano. Utinam Parisiis huiusmodi Senatum aut certe Senatusconsulta haberemus, quæ de nostratibus matronis statuerent, quæ cuique cedere, quæ cuique dux aut comes esse deberet, quæ quid gestare, quid indui, quid amicitii, quidve cingi deberet, vt quotidianis illis simultatibus atq; etiam interdum digladiatiuiculis muliebribus ciuitas nostra defungeretur. Illud silentio non prætereundum, fuisse & Senatusconsulta quæ tacita dicebantur: quæ necessitates publicæ apud veteres reppererunt, vt si forte aliqua vis immineret, quæ cogeret Senatum humilia capere consilia, vel aliqua constituere quæ non prius oporteret dici quàm effici: vel si nollet ad amicos aliqua permanere, Senatusconsultum tacitum fieret: ita vt non scriba, non serui publici, non censuales illis actibus interessent: Senatores existerent, Senatores omnium officia censualium scribarumque impleret, ne quid forte proderetur. Auctor Capitolinus in Gordian. Cuius instar est quod hodie in curia summa mente retentum dicunt, vel arcanum regestum. Videamus de Centumuiris. Centumuiralia iudicia inquit Festus à Centumuiris dicta sunt. Nam cum essent Romæ trigintaquinque tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuirii appellati sunt. Et licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamen quò facilius nominarentur, Centumuirii sunt dicti. Cicero libro primo de Oratore, Nam volitare in foro, herere in iure, ac Prætorum tribunalibus, iudicia priuata, magnarum rerum obire: in quibus sepe non de facto sed de iure atq; æquitate certatur: iactare se in causis Centumuiralibus, in quibus vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluionum, nexorum, mancipiorum, parietum, fluminum, stillicidiorum, testamètorum ruptorum aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium iura versentur: cum omnino quid suum, quid alienum, quare denique ciuis aut peregrinus, seruus aut liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. Tranq. in Vespas. Litium series vbiq; maiorem in modum excreuerat, manentibus antiquis intercapedine iurisdictionis, accedentibus nouis ex conditione tumultuque temporum, sorte elegit per quos rapta bello restituerentur. quique iudicia Centumuiralia, quibus peragedis vix suffectura litigatorum aras videbatur, extra ordinem diiudicarent: redigerentque ad breuissimum numerum. Haectenus ille: Simile autem id est Vespasiani institutum, atque si hodie viros quosdam industrios Princeps spiritu diuino instinctus ex centenariæ curiæ numero aut etiam aliunde deligendos curet: qui illos sacculorum acervos, aut apud actuarios publice, aut apud vnumquemque iudicum priuatim non tam asseruatos magna ex parte quàm abstrusos, atque etiam in conditorio obliuionis sepultos;

in lucem proferant ab blattisque vindicent, & minutulas causas ducenarias fortasse aut trecenarias, aut cuiuscunq; modi commodum videatur, extra ordinem, id est (vt nunc loquimur) per commissarios diiudicent. Maiores vero causas aut etiam ad exemplum pertinentes (quas consequentiae vocamus) frequenti curiae reseruent, recte atque ordine iudicandas. Quod si aliquando fiat, ærumna illa antelucana atque etiam dispendio porrigendorum tot libellorum supplicum litigatores mox defungentur, haud dubia chartariorum iactura in posterum. Idem in Domit. Ius diligenter & industrie dixit. plerunq; & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas Centumuirorum sententias rescidit. Plinius libro secundo Epistolarum, Distingor Centumuiralibus causis, quæ me exercent magis quam delectant. Sunt enim plerq; parua, & ex illis raro incidit vel personarum claritate vel negotii magnitudine insignis. Ad hoc pauci quibuscum iuuat dicere. Ceteri audaces atq; etiam magna ex parte adolescentuli obscuri, ad declamandum huc transeunt: tam irreuerenter & temere, vt mihi Attilius noster expresse dixisse videatur, Sic in foro pueros a Centumuiralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholis. Erant autem Centumuirales causae in duas hastas diuise auctore Quintiliano libro quinto, cap. de preiudiciis. Tranquil. in August. Auctor etiam fuit vt cura ærarii a Quæstoribus urbanis ad Prætores Prætoriosve transfiret. vt Centumuiralem hastam quam Quæstura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogent. Valerius libro septimo, Notæ insanie Tuditanus testamento filium instituit heredem, quod Titus Longus sanguine ei proximus, haste iudicio subuertere frustra conatus est. magis enim Centumuiri quid scriptum esset in tabulis, q̄ quis eas scripisset considerandum existimauerunt. Auctus est autem postea Centumuirorum numerus manente tamen semper nomine, diuisusque in quatuor consilia. Plinius libro sexto Epistol. Fœmina splendide nata, nupta Prætorio viro, exheredata ab octogenario patre intra vndecim dies quam ille nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum & octoginta (tot enim quatuor consiliis conscribuntur). His autem præerat Prætor, vt ex eodem intelligimus libro quinto his verbis, Hoc facto nepotis commotus Prætor qui Centumuiralibus præsidet, delibaturus an sequeretur exemplum, inopinatum nobis ocium dedit. Quo in loco falsi sunt qui locum illum Plinii de iudicum decuriis intellexerunt, quasi eadem essent consilia Centumuiralia & Decuriæ iudicum qui in foro iudicabant. Erant autem Centumuirorum consilia quatuor in quadam basilica inter se vsque adeo proxima, vt actiones vnus tribunalis ab alio exaudiri possent, vt ex eodem Plinio libro secundo intelligimus. Quintilianus libro duodecimo de Trachallo loquens, Certe, inquit, cum in Iulia basilica diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia vt moris est cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus ceteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus meminisse. Hanc autem rationem iudiciorum Romanorum fuisse arbitror, vt causae priuatae quæ certam formulam haberent, quales Cicero libro primo de Oratore enumerauit, a Centumuiris iudicarentur: Publica vero iudicia apud consilium iudicum agerentur: quos Prætor sortiebatur subsortiebaturque, vt alibi vidimus: qui

Centumuirales
cause.
Centumuiralium
hastæ.

Centumuiri aut
sti numero.

Prætor. Centumuiris præ
sidedebat.

Iudicum decuriae.
Centumuiralia iudicia.

Tribunalia
& Centumuiralia.

Publica iudicia.

*Iudices.
Forum.*

Prætoris iurisdictionis.

*Triumviri capitales.
Prætor iudex quæstionis
Tabellares
sententiæ.
Cōsulūm munerera.*

*Imperii munerera.
Consularis cognitio.
Summa cognitio.
Epilogus.
Centumviralis curia.*

Senatus ordinis nomen.

Areopagus.

*Bule.
Atheniensis.*

Quingenaria curia.

peculiari nomine iudices vocabantur, in decurias distributi. quorum iudicium fori appellatione apud antiquos intelligitur, ut in illo exemplo Ciceronis supra scripto: & apud Quintilianum in tertio, Rarum est autem, inquit, ut in foro iudicia propter id solum constituantur, sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo. Prætor vero in iis ferè quæ imperii sunt occupatus esset, in sortiendis iudiciis, in quæstionibus habendis, in constituendis iudiciis. (Dicebatur enim quæstitor à quærendo, de quo satis antea diximus) in bonorum possessionibus dandis, in cautionibus decernendis, & huiusmodi aliis, atq; interdum in fartis tectis exigendis. Valerius libro quinto, Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad Triumvirum, à Triumuiro ad Prætorum, à Præto ad consilium iudicum perlata, remissionem pœnæ mulieris impetrauit. Triumviri capitales erant, quorum interuentu in facinorosos animaduerti solitum erat. Prætor consilium iudicum cogebat, qui propterea iudex quæstionis vocabatur: quo verbo Martianus usus est in lege prima in principio ad legem Corneliam de sicariis. Iudices autem præsentem Præto rem, & sententiæ ferebant tabellares non vocales. Consulūm verò munerera quæ fuerint, partim ex iis quæ supra diximus, partim ex Tacito libro de cōmotertio intelligere possumus: Consulūm, inquit, tribunalibus Italia & publicæ prouinciæ assisterent, illi patrum aditum præberent, se mandatis exercitibus consulturum. Verba sunt Neronis in auspiciu imperii formam sibi futuri principatus præscribentis: Consules, inquit, Italiae & prouinciis publicis ius dicent. Ego priuatis principalibusque prouinciis ac mihi mandatis exercitibus consulam. Reliqua etiam munera quæ postea imperii fuerunt, Consules olim obibant. Consularis enim cognitio summa cognitio vocabatur. Quintilianus in tertio, Non debes apud Prætozem petere fideicommissum, sed apud Consules. maior enim Prætoriam cognitione summa est. Hæc habui quæ de Senatu Centumvirisque dicerem, cum iis quæ obiter dicenda mihi visa sunt. Ex quibus nemini non apparet Senatum & Centumvirale iudicium non idem, sed diuersa prorsus consilia fuisse: quod tamen bona uenia Accursianorum dictum sit. supremamque curiam nostram non recte Senatum vocitari, Senatūque ordinis magis nomē fuisse ab initio quam collegiū aut decurię. Nec tam Centumviralis iudiciū instar esse curiam nostram quam vocitari posse, ad iudicum numerum uocabulo congruente. Cæterum ut nullam propemodum similitudinem Senatus nisi fortuitam in curia nostra Centenaria extare contenderim: sic res eius iudicatas consultasque & consilium haud dubitanter affirmauerim: duntaxat quod ad eos populos pertinet qui intra terminos ditionis eius cōcluduntur, quæ sane pleraq; Gallia est. Age iam uideamus de Areopago, quem Iuuenalis curiā Martis appellat. Libanius igitur qui argumenta orationum Demosthenis composuisse creditur, in eam orationem quæ κατ' Ἀνδογίῳ in scribitur, duo Athenis consilia fuisse tradit, quas βουλας appellant. Vnum perpetuum, quod de cædibus iudicabat & huiusmodi rebus, in eo loco qui Areopagus dicitur quasi uicus Martis: Alterum quotannis mutabile, quod rempub. constituebat, & quingenarium uocabatur. Tres autē erant inter hæc duo differentia, quarū prima secundaq; iam dicta.

Tertia quod quingenarium certo ac statuto numero hominum constabat. Areopagiticum vero non item. Magistratus enim illi qui Nouemviri dicebantur aut etiam Sexviri, id est Thesmothetæ, prout alii alio modo tradunt, in Areopagi consilium quotannis adoptari solebant: proptereaque Areopagite certo numero circumscribi non poterant. Thesmothetarum autem magistratus apud Athenienses annuus erat. Hi antequam ad magistratum illum assumerentur, de omni retrorsus vita acta causam dicere solebant, & (ut ita dicam) de moribus actionibusque suis in disquisitionem vocari iudicio rumque aleam subire. Quod si ne sic quidem ullam dedecoris labem perpetua innocentia contraxisse videbantur, tum demum ad magistratum illum Thesmothetæ assumebantur. Deinde anno vertente magistratus gesti denuo causam dicentes, si tum quoque innocentes, usquequaque apparuissent, ad Areopagiticum consilium conscribebantur. Areopagite vero, inquit, interdum in summo reipub. discrimine ad administrationem reipub. euocabantur. Sudas autem Areopagitas & ficarios iudicare, & reipub. grauissime administrare solitos esse scribit. Cur autem Areopagus dictus sit, diuus August. docet libro octauo de Ciuitate dei, cap. decimo. Stephanus $\pi\delta\iota\ \pi\acute{o}\lambda\epsilon\omega\varsigma$ Areopagum promontorium Athenis fuisse dicit, in quo iudicia necis ferro factæ exercerentur. Lucianus in Anacharside, & Pollux libro octauo de vocabulis, Areopagum tradunt cædis & vulneris consulto illatorum iudicia factitasse, & incendiū & veneficiū duntaxat exitiabilis. ternis autem deinceps diebus in menses singulos iudicare solitum. id est tertio & quarto Calend. ac pridie Calendarum, idque subdiali in loco. Cicero libro primo de Offic. Quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen quod Solonis illustrius, citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis ei quo primum constituit Areopagitas, non minus præclarum hoc quod illud iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati: hoc consilio leges Atheniensium, hoc maiorum instituta seruantur. Et Themistocles quidem nihil dixit in quo ipse Areopagum adiuuerit: at ille vero potuit dicere vere a se adiuutum Themistoclem. Est enim bellū gestum consilio Senatus eius qui à Solone erat constitutus. Idem in secundo de Natura Deorum, Quemadmodum si quis dicat Atheniensium reipub. consilio regi, desit illud Areopagi: sic cum dicimus providentia mundum administrari, deesse arbitror deorum. Valerius libro secundo, Athenarum sanctissimum consilium Areopagus quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquirere solebat, ut homines honestatem vitæ, rationem memores reddendam esse, sequerentur. Areopagitarum iudicium memorabile memoriæ proditum est, cuius meminit Quintilianus libro quinto, Nec mihi, inquit, videntur Areopagite cum damnauerunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud iudicasse, quod id signum esse perniciosissimæ mentis, multisque malo futuræ si adoleuisset. Iudicium capitis apud Areopagum primum factum testis est Plinius libro septimo. Memorabile & illud quod apud Areopagitas oratoribus non licebat affectus mouere, quibus iudicium animi à veritatis luce sæpenumero abducuntur. Idem Quintil. libro sexto, ubi de epilogo loquitur, Athenis, inquit, affectus mouere per præconem prohibebatur orator. Philosophos minus miror,

Nouemviri.
Sexviri.

Thesmothetæ.

Areopagite.

Areopagitarum iudicia memoratu digna.

Affectus non mouebantur ab oratoribus coram Areopagitis;

apud quos vitii est loco affici. Nec boni mores videntur sic à vero iudicem auerti, nec conuenire bono viro vitiiis vti. Necessario tamen affectus fatebuntur, si aliter obtineri vera & iusta & in commune profutura non possunt. Lucianus in Anachar. de Areopago loquens, ἢν δὲ ἄρ' ἢ φροίμιον ἔπει προ το λόγος ἐστὶ δυνάστερες ἀπὸ γάσαστο αὐτὸς, ἢ δίκτορ ἢ δένωσιρ ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πρῶγμα αἰθία, πρὸς τὰς παῖδες ἐπὶ τὸς δικαστὰς μηχανῶνται, προσελθὼρ ὁ κῆρυξ καπεσιώπησιρ δούδης ἐκ ἐὼρ ληστῆρ πρὸς πλὴν βαλὼν, καὶ πρὶ τῷ πρῶγμα, ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυνὰ τὰ γεννημὲνα, οἱ ἄρεσπαγίται βλέπειρ, Quid si quis in auspicanda oratione procerium ad conciliandos eorum animos, aut commiserationem exaggerationemve extrinsecus ductam agende causæ accommodaret, qualia multa machinamenta oratorum natio capiendis iudicum animis comminisci solet, extemplo præco prodiens tacere eum iubebat, non ultra sinens inaniter verba fundere, verborumque inuolucris qua de te agitur implicare, vt nuda aperta que ipsa facta cernere Areopagitæ possent. Propterea Quintil. libro decimo de Demosthenis Ciceronis que comparatione loquens, Salibus certe, inquit, & commiseratione, qui duo plurimum affectus valent, vincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit. Lex inquit aut institutum Atheniensium Demosthenis orationibus commiserationem & amplificationem abstulit duo acerrima tela artis oratoricæ. Et libro secundo, eloquentiam ait Lacedæmoniorum ciuitate expulsam, Athenis vero veluti recisam orandi potestatem, vbi orator mouere affectus vetabatur. Idem Lucianus in Hermotino, de recte iudicando loquens ita inquit, μή τε ἡλικίῳ το λέγοντα, οἱ ἐν νυκτὶ καὶ σκοτῶ δικάζουσιν, ὡς μὴ ἐς τὸς λέοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα ἀρβιλέουσιν. Nec ætatem dicentis, nec habitum, nec in philosophiæ studiis existimationem reuereri. sed Areopagitarum morem in eo imitari. qui noctu & in tenebris ideo iudicare solent, ne ad dicentes respicere possint, sed ad ea quæ dicuntur. Isocrates in Areopagítico de Areopago loquens in hac prope modum sententiã inquit, Maiores autem nostri vsq; eo studiosi temperantiæ fuerunt, vt consiliũ illud Areopagiticum moribus hominũ cõponẽdis publice præfererint. In cuius numeri cooptari solis illis sperare licuit, qui claris natalibus orti, virtutis ac modestiæ documẽta permulta honestate vitæ dederãt. Ex quo tandẽ factum vt confessus ipse totius Græciæ haud immerito longe sit præstantissimus, οὐτω γὰρ οἱ πρῶτοι ἡμῶν πρὸς τὴ σωφροσύνην ἐσθλὰ ἀξιοῦσιν, ὡς τὴ δὲ ἄρεσ παύσ βαλὼν ἐπέσεικτο ὑπὸ μελῶδῶν ὅτι ἀκοσμίαι, ἧς ἐκ οἴου τε μεταχέειρ πλὴν τοῖς καλῶς γεγονόσι, καὶ πρὸς ἀρετῶν καὶ σωφροσύνης ἐν τῷ βίῳ ἐνδεσθῆναι, ὡς πάντων ἀνθρώπων ἐκόντως διενεχέειρ ἢ ἐν τοῖς ἔλλησι σωφροσύνην.

Addit autẽ idem auctor & vnum iudicio nostro memorabile. Tantum præfatos illos Areopagitas monumẽtum virtutis ac continentiæ suæ illo in loco posteritati reliquisse, vt etiã suo tempore quo iam mores antiquos multum degenerasse conqueritur, obseruatum esset eos qui moribus alioquin intolerandis antea fuisse videbantur, si quouis modo forte ad Areopagiticum consiliũ obreperant, tum demum temperare sibi solitos esse, & tanq̃ loci genio afflatos ex ingenio suo migrare, vt Plauti verbis vtat, malleq; institutis tantũ consiliũ q̃ infitis sibi vitiiis aut etiã ingenitis insistere. Vtinã benignitate diuina in amplissima curia nostra in omnibusq; aliis curiis ac cõsiliis nostris similis aliquis genius existat me superstitẽ. Areopagitæ autẽ taciti iudicabãt, vt inquit Macrobi.

Epilogi.

Eloquentia pulsa Lacedæmone. Orandi potestas Athenis recisa.

Areopagite noctu iudicabant.

Areopagitarũ integritas

quod Demosthenes ἢ μὲν κρυβδλω φησὶς vocat. latine tabellaris sententia dicitur. Qualis etiā erat iudicium Romanorum in iudiciis publicis. In tabellis enim iudices sententiam suā scribentes in urnā mittebant, ita vt alter alterius & omnes omnium sententiam ignorarent. Cum enim certa lege constitueretur à Prætoře iudiciū, vt supra perstrinximus, absoluendus vno verbo reus aut damnandus, aut certe ampliandus erat si de causa non liquebat. Demosthenes ad iudices loquens, οὐ γὰρ ἐὰν κρυβδλω ἐσὶν ἢ ψῆφοι, λίσσῃ τὸς θεός, Neq; vero, inquit, si occulta est sententia idcirco deos latebit. Antiqui cum Areopagitam dicebant, omnibus numeris grauitatis & seueritatis perfectum iudicē significabant, aut etiā censentē & cōsiliarium. Cicero ad Atticum lib. primo, Romanę autem res sic se habēt: Senatus, nil seuerius, nil fortius, & reliqua. Idem alibi de Clodiano iudicio loquens, Clamare præclari Areopagitę se nō esse vēturos nisi præsidio cōstituto referretur ad cōsiliū. Areopagitę, inquit, id est seuerissimi ac innocentissimi iudices. Sequitur enim, Viginti quinq; iudices ita fortes tum fuerunt vt summo proposito periculo vel perire maluerint q̄ perdere omnia. xxxi. fuerunt quos fames magis q̄ fama cōmouerit. Prouerbiale autem est apud Gręcos Ἀρεοπαγίτης σεγαυώπερος, id est Areopagita subticentior. De homine dictum qui arcanū optime nouit cōtinere, & linguę suę imperitare. Alciphron in Epistolis, γένη μοι τὰ νῦν Ἀρεοπαγίτης σεγαυώπερος, Esto mihi nunc Areopagita cōticentior, id est vide vt q̄ maxime confulescas. Agedū cuiusnā potissimum supra dictorū cōsiliorū, aut instar aut similitudine esse curiā nostrā centenariam, id est parliamentarem & centūuiraalem dicemus? Nempe Areopagί, nisi fallor, etsi non vsquequaq; . Vt enim Areopagitę criminibus primū diiudicādis instituti, & cædibus vindicādis, regendisq; Atheniēsium moribus, ad rem tamen publicā administrandā interdum aduocabātur: sic curia hæc nostra vtrunq; munus amplectitur cum opus est. Rursus vt populo sciscente aliquid, (vnde plebiscita dicta) Senatum auctore fieri oportebat, quod nunc verbo græco homologare dicimus (sic enim legi debet, lege Ne in arbitris. Cod. de arbitris) ita Principum constitutionibus vt vim sanctionum habeāt, & huiusmodi actis ad rem pertinentibus auctorem curiā fieri hodie necesse est, eaq; in curia promulgari. Et vt Senatus Romani cognitiones nulla certa lege aut formula illigatę erāt, sic curię nostrę liberā disceptationem rerum iudicādarum ac maximā secundū Principē (quatenus ditio eius patet, id est tota pene Gallia) nemo hodie negauerit. Liberam disceptationē voco quā facultatem iudicādi secundū cōscientiā vulgo dicimus. Sunt enim liberę quędā disceptationes, sunt & legitime, quę & legitima iudicia dicuntur, id est iuri scripto aut moribus recepto astricta. Cicero in Partitionibus, Nam quę motu animi & perturbatione facta sine ratione sunt, ea defensiones contra crimen in legitimis iudiciis non habent, in liberis disceptationibus habere possunt. In Topicis autem legitimas disceptationes appellat quas hic legitima iudicia dixit. Liberę autem disceptationes erant vt olim apud populum, sic postea apud Principem & in Senatu. Quintilianus de defensionum generibus loquēs, Vltima est, inquit, deprecatio, quod genus plebriq; negauerunt in iudicium venire. In Senatu vero & apud populum & vbiq; iuris clementia est, habet locum deprecatio. Constantinus igitur sublato iā Senatu, & Imperio Byzantium tralato, merito ad præfectum Prætorii scripsit,

Tabellaris sententia.

κρυβδλω φησὶς
λίσσῃ τὸς θεός
Iudicia publica.

Areopagita subticentior.

Cōparatio curię parliamentaris cum Areopago.

Plebiscita. Homologare ὁμολογεῖν.

Disceptationes liberę & legitime.

Legitima iudicia.

Amplissimus
ordo.
Curia ama-
plissima.

Maiestas po-
puli.
Auctoritas
Senatus.
Populus sci-
scere, Sena-
tus censere
solebat.

Centumviri in
quatuor con-
silia distri-
buti.
Curia cente-
narie.

Classes.
Parlamentum.
Inqueste.
Requeste.

Eiusdē origo
ex cōuentibus
iuridicis.
Conuenire
Resortiri.
Sortes iudi-
ciorum.

Inter æquitatem iusq; interpositā interpretationē solis nobis & oportet & li-
cet inspicere. In suprema autē curia nostra (quā & amplissimam vocitare so-
leo, exemplo antiquitatis quæ amplissimum ordinem pro Senatu dicitabat,
ad maiestatem dignationēq; ordinis respiciens, non ad numerum qui ordinum
omnium minimus erat.) In ea igitur curia in qua summa iurisdictionis Galli-
cæ atq; etiā iuridicalis imperii sita est, omnia inesse mihi videntur quæ & in
Senatu & in Centumviratu & in Areopago erant, duntaxat quod ad iurisdic-
tionem imperiumq; iuridicalia attinet. Quod de vniuersa curia intelligi volo,
quæ omnibus suis aduocatis partibus aut certe mēbris in corpus pleni cōit,
vt in causis actibusq; arduis aut maioribus solet. Maiestas verò populi apud
Romanos dicebatur, & auctoritas Senatus. Populus sciscere solebat & iubere
Senatus cēserē & auctor esse. Illa igitur popularia ad Principē lege regia de-
lata sunt: hæc senatoria ad curiā translata esse creduntur. In hac præfecti pro-
uinciarū ac iuridici quos Balliuos, Senescallos, & huiusmodi nominibus vo-
camus, in leges iurare solēt. In huius acta referri diplomata regiāq; beneficia so-
lēt, vt perpetua esse possint, ac nunq̄ antiquabilia. Huius auctoritate rata irri-
tāve Principum acta ne ipsis quidē recusantibus fiunt. Vna hæc curia est à qua
sibi ius dici Principes legibus soluti ciuili animo ferāt: quā auctore fieri sacran-
dis promulgandisq; sanctionibus suis velint. Cuius consilii censura, constitu-
tiones suas eximi edictaq; sua nolint, immo cuius decretis huiusmodi sua acta
consecrari æternitati velint, id quod Senatui Romano Probus Imperator hono-
ris ingentis loco indulsit. Huius denique auctoritate res iudicatæ præiudi-
catæ in omne æuum creduntur. Postremo huius opinio tāta est iā apud omnes
quanta Pythagoræ apud Pythagoricos fuit. eius enim decreta ius ab auctore
sumunt. Tātum opinio præiudicata maiestatis eius valet, vt nullus nō satis esse
putet dicere, Curia ipsa ita cēsuit. Ipsa autem est curia amplissima, vt ipse olim
Pythagoras erat. Porro vt Centumviri in quatuor consilia distributi erant tā-
quam in quatuor membra, sic curia nostra duabus decuriis constans, sacerdoti-
um scilicet & profanorum, in tria aut etiā quatuor tribunalia diuisa est,
quas classes proprie appellare possumus. Primum illud ac summum tribu-
nal omnibusq; patens, Parlamentum peculiari nomine olim appellatum esse
reliqua sua nomina habent inquestas maiores minoresq; & requestas, non te-
mere imposta vocabula si quis antiquitatem scrutetur. Nihilo secius tamē cu-
ria huius nostræ originem à conuentibus iuridicis manasse haud dubia conie-
ctura crediderim, quorum multa mentio apud antiquos extat. Cæsar lib. quin-
to belli Gallici, Cæsar conuentibus Galliæ peractis in Illyricum proficiscitur.
Idem lib. septimo, Quæta Gallia Cæsar (vt instituerat) in Italiam ad conuē-
peragendos proficiscitur. Tranquillus, Transit in citeriōrē Galliam, conuen-
tibusq; peractis Rauennæ substitit. Plinius libro tertio de Betica loquens, Iu-
ridici conuentus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astygitanus, Hispalen-
sis. Vnde verbum conuenire. Idem, Carthaginem conueniunt populi. lxi. excep-
ptis insularum incolis. Nos id hodie resortiri appellamus, ab antiqua fortasse
consuetudine. Causæ enim sortibus ex vrna ductis cognoscebantur. Vnde il-
lud Vergilianum, Nec verò sine sorte datae sine iudice sedes. Quæstitor Mi-
nos vrnam mouet. Vel à Græcis id translatum, qui λαγχάνει δίκας dicunt. Idem

Plinius, Tarracone disceptant populi. xliiii. id est conueniunt. Et libro quinto, Pergamea vocatur eius tractus: ad eam conueniunt Mygdones, Mosini, aliaque in honore ciuitates. Huiusmodi conuentum hodie vestigia expressissima extant nonnullis in locis, quos dies magnos vocant. His interesse conuentibus olim Principes praesessentque solebant, propterea indictiui erant, nec loco nec tempore stati. Quam rationem fuisse confessus Parlamenti facile est conicere. Vagam certe fuisse constat, quasi praetorianum Principis consilium. Quemadmodum etiam Traiani Adrianiq; temporibus & antiquis illis seculis hunc morem fuisse tradente Spartiano accepimus, ut cum Romani Principes causas cognoscerent, Senatores equitesq; Romanos in consilium adhiberent, sententiasq; ex omnium opinione ferret. Et Alexandrum Caesarem auctore Lampridio numerosissimum consilium secum habuisse legimus, in quo Iurisperiti non pauciores viginti fuerunt: in quibus Fabius Sabinus, Cato temporis sui dictus: Domitius Ulpianus, & Iulius Paulus, qui vertices legum dicti sunt: Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Florentinus, Africanus, Martianus, alique permulti iuris ipsi professores, discipulique Papiniani, qui iuris asyllum vocitatus est. sine quorum cetera nullam unquam constitutionem sacrauit, nullam legem sanxit, de re nulla grauiore statuit: sed ita ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quisque dixisset, dato spatio ad disquirendum cogitandumque priusquam dicerent, ne immediati de rebus ingentibus dicere cogerentur: eoque censentium numero, qui Senatusconsultum conficere posset. Quo modo igitur antiquiores illos Imperatores consilium sibi comparauisse grauissimorum doctissimorumque virorum nouimus, sic nostrates Principes olim centenarium illud consilium instituisse censuerim, ex omnium ordinum hominibus professionumque coactum. Indeque illos quos Pares Franciae dicimus quasi Duodecimuiros reipublice constitutende, ad eum numerum adhibitos esse, senos ipsos Pontifices ducisque militares: quos ego patricios esse censeo, id est ut Sudas inquit, πατέρας τῶν κοινῶν τῶν ἢ τῆ κορυφαίῃ ἐπὶ συγκλήτῳ βασιλῆος πλεοντασ ἀξία, Patres communis reipublicae, qui in suprema dignitate indictiui consilii esse censentur, quasi consilii principalis vertices: ab iis fortasse regibus instituti qui ipsi Imperatores quoque fuerunt. Quare Iustinianus Patres eos ab Imperatore delectos esse ait, quasi reipublicae patronos tutoresque. His autem olim indultum ut dominia quaedam & primores possessionum dignitates iure patriciali obtinerent: quas eodem iure ad posteros transmitterent. Comperimus tamen huiusmodi patricios patricios apud alias etiam gentes creati solitos esse. Anno millesimo ducentesimo vicesimoquarto Ioannes quidam Nigellanus foeminam quandam Flandriae Comitum a duobus equitibus citandam ad curiam Regis curauit, quod diceret se ius suum apud eam obtinere non potuisse, vel lege agere nequiuisset. De defectu iuris appellare vocant. Sic enim in antiquis comentariis legimus. Comes cum Parisios ad iudicium venisset ubi causa illa agitata est, cum aliud quiddam refellendo vadimonio dixit, tum illud etiam causata est, prouocatores Pares suos habere in Flandria, per quos se iudicari petere illum debuisset in curia Comitum. Ille ad haec dicere, Comitum se semel iniquam ei iudicem praebuisse, id quod reuincere ipse paratus erat. quare ad eius curiam ultra reici se haud dubie non debere. Secundum quem, ad vltimum, iudicium datum est, pronun-

Disceptare.

Dies magni.

Consilium
Alexandri
Imperatoris.Pares Franciae.
Patricii.

Patres.

Ius patriciale.

Ius suum
obtinere.De defectu
iuris appella-
re.

Primores
Regiæ mi-
nistri.

Summū tri-
bunal curiæ
centenariæ.

Constitutio
Philip. Pul-
chri.

Interdū sen-
tentia nō nu-
mero sed pō-
dere vale-
bant.

ciatūq; patricios Franciæ (sic enim appellare libet) illius controuersia discer-
ptatores fore. Cum interim inter patricios Franciæ ac primores regiæ minis-
tros altera līs suborta est. (Hi sunt Cancellarius, Magister equitum, camera-
rius vel summus admissionalis, & pincerna maximus. siue ille potius à cyathis
vocari debet, qui græce ὀνοχόος dicitur. quos vno verbo ministeriales hospiti-
tū appellatos esse video) His se ad iudiciū patriciorum cum patriciis solis
tuto patriciali adhibendos esse contendentibus: Illis iudicia patriciorum solis
sibi vindicantibus. Pronunciatūq; tandem secūdū ministros regiæ, iudican-
dis patriciis primores regiæ ministros moribus Franciæ adhiberi solitos esse
adhibitūq; iri. In quo quidem iudicio prius illud, vt diximus, notandum, pa-
triciolos quosdam aut certe patricialstros in Flandria creatos olim fuisse. De-
inde illos qualescūque patricios, non pares Comitis, sed pares Nigellani ap-
pellari, videlicet quasi pares inter se dicantur, vt municipes, vt populares, vt
tribules. Quod si in nostris admittamus, pares certe patricios non esse ne-
cessario dicemus, sed veluti sodales, & eiusdem collegiū, parique iure vtentes,
quasque pari iure beneficia à patrono obtinentes: id quod satis ex vrbibus
feudorum intelligitur, qui iuris ciuilibus quasi appendices censentur. Ac ne sic
quidem tamen hæc dignitas à patriciatu differre admodum videbitur. Indi-
dem etiam illas distinctas esse existimarim sacerdotum profanorūque decu-
rias, quos clericos laicosque appellant. Quæ etiam legimus in antiquis cer-
tissimæ fidei libris, anno .M. ducentesimo nonagesimo quarto, & rursus tre-
centesimo sexto regnante tum Philippo cognomento Longo hunc statum curi-
ariæ fuisse, vt iudices trifariū generis essent in primo tribunali quod Parlamen-
tum peculiariter dicitur, antistites id est prælati, (à quibus prælatorum curi-
meram interim illud tribunal vocitatam esse inueni,) Primores nobilium, id
est barones, Iurisperiti aut literati potius, qui clerici laicique vocantur. Hi au-
tem postremi antistitibus & proceribus vnà cum cancellario vt parendum ha-
berent in disceptandis controuersis & iure dicendo, atque in omni negotio
transigendo quod ad curiæ disceptationem pertineret. Illi verò vt termini vtroq;
ex ordine essent, ac per singulos tamen res transigi posset. Primo enim in
loco binis creatis, binī alteri substituti erant, & his iterum tertii subsidiariū
veluti succenturiati: nequando illud tribunal moderatoribus careret, quos
Præsides appellamus. In mentione tamen curiæ antiqui commentariū, quos
vnum & alterum venerandæ antiquitatis atque etiam plures vidi, nusquam
(quod equidem meminerim) Parium meminerunt. Hoc loco prætermitten-
dum non videtur, quòd in constitutione quadam anni .M. ducentesimo nona-
gesimi quarti à Rege (nisi fallor) Philippo cognomine Pulchro sacrata, ca-
put vnum verbis vernaculis in hanc sententiam legimus, Quæ si ii iudices qui
in maximo tribunali erunt sententiis suis diuersa cēsuerint, Princes aut Præ-
sides curiæ (hi autem sunt antistites & primores nobilium) ex maioris par-
tis sententia rem decernere ac pronunciare habebunt, aut etiam ex potioris,
si quando ex cēsentium grauitate & meritis, aut ex rerum decernendarum qua-
litate eis ita videbitur. Ex quibus verbis intelligimus perpetuum hūc morem
non fuisse numerandarum sententiarum. Vtrum autem præstare videatur nos
in medio iādū positum relinquimus. De quo tamen Plinius ad Adrianum ita

inquit, de quodā Senatusconsulto loquens, quod ipse magnopere improbandū censebat: Sed hoc, inquit, pluribus visum est, Numerantur enim sententiæ non ponderantur. Nec aliud publico consilio potest fieri, in quo nihil tam inæquale quæ equalitas ipsa. Nam cum sit impar prudentia, par omnium ius est. Eadē cōstitutione cautum esse comperimus (quod minime crederent isti qui omnia in scientia iuris ponūt) ut tertiū genus iudicū in eo tribunali ex profanis sacerdotibusq; constaret. Profani autem partim ex equitibus, id est equestri ordine præditis militibus, partim ex promiscuo genere hominū assumerentur. Quos omnes nominatim ibidem adnumeratos legimus, titulis eorū atq; appellationibus nihil literaturæ præferētibus, nisi humanioris fortasse & veluti miscelaneæ. qualis in nonnullis est hodie talarem vestitum non gestantium, & qui in ordine togatorum non censentur. Sacerdotes verò legimus non suis nominibus sed sacerdotiorum ascriptos, archidiaconos, decanos, & aliis sacerdotiorum nūcupationibus. Eodem pertinet quod alio capite eiusdē cōstitutionis cauetur. (ne quippiam forte comminisci aut causari hic quisq; possit) id est autem huiusmodi, Ut disceptandis prouinciarū iuridicialium causis (Sic enim nunc nobis visum est appellare quas iuris scripti prouincias vulgo vocamus) tres a Præsentibus ex numero confidentium deligantur apprime literati, præsertim ubi de criminibus agetur. Alio rursus capite sancitū ut Principes aut Præsides Parlamenti, id est antistites & primarii nobiles, qui quocumq; in curia aderūt, de cōsiliariis vel confidentibus potius statuant qui ad quodq; munus obeundum mitti potissimum debeant, qui in primo tribunali confideant, qui ad diiudicandas causas iuridicialium locorum, & quæ iure scripto reguntur, delegari debeant: qui audiendis postulationibus præficiantur. Hic mihi Sætyricum illud succurrit, Quōdam hoc indigenæ viuebant more. Aureo (inquit Iuuenalis) seculo anteq̃ illa deorum superiorum inferiorūq; turba figmentis poeticis inuenta esset, cum nulladum inferiorū supplicia esse putarentur, id est, cum nulladum pœnarum terricula sceleratis obiecta essent, humanum genus innocentissimam vitam duxisse perhibetur. Cum nondum, inquit, aliquis sortitus triste profundū Imperium, aut Sicula toruus cū coniuge Pluton: Nec rota nec furia, nec saxum, aut vulturis atrī Pœna, sed infernis hilares sine regibus vmbra, Improbitas illo fuit admirabilis æuo. Nūc si depositum non inficietur amicus Prodigiosa fides. Eodē autem modo nobis quoq; dicere in mētē venit: antiquioribus illis seculis florente tamē hoc regno (quod ex nomismatis antitionem, rarāq; lites nec diuturnas (ut nūc) aut etiā seculares fuisse, quū nodū ista turba interpretum iuris rempublicam inuasisset, necdum scientia iuris la- rissime atq; etiam in infinitum patere crederetur: sed æquum bonūq; & iudex prudens integritate atq; innocentia præditus (quæ temporum ipsa magis quæ hominū fuisse videtur. Vbi enim tum peccandi locus illa rei forensis constitutione:) instar sexcentorū voluminū essent. Nunc verò quò res reciderit nemo quidem non videt: sed omnes dicere mussant. Aequi boniq; nomen & maiestas apud nos obsoleuit, succidaneaq; alia habemus præclara vocabula cauillorum quas cautelas iuris vocant, volumina certe si verum fateri volumus titi illitio nō emēda, ut vtar Plautino verbo. Quæ si aliquādo in hāc causam vnus & alter

*Multiplices
legum com-
mentarii li-
tū materia;*

Nomophylacía.

incubuerint eorum ad quos Gallíæ nomophylacía delata est, id est legum morumque regímen & tutela: & qui primos ordines in re iudiciaria ducunt, qui capita vulgo iustitiæ dicuntur: haud dubie hoc inceptum omnes boni plausu votisque prosequentur. Nec tantæ tantique nominis prouinciæ auctoritati, id est Franciæ subscribere, finitimæ atque etiam vltiores dubitabunt. Nam quis ista tandem iurisdicendi rationem improbare non possit, cum nemo quantumvis litium fugitans, satis circumspectæ litem aut intendere iam, aut depellere possit in tanta opinionum discrepantiâ: ubi nemo tam iure lapsus est quin ansam successendi negocii apprehendere possit, aut pretextum abnegandi crediti aut cauillandi nominis comminisci: atque ita ut biennium atque etiam triennium fruatur in improbitate sua, ut sæpe victores litium videamus Cadmeam, ut aiunt, victoriam retulisse se querentes, id est plus damni quam lucri in victoria cepisse. non absimiles Pyrrho, qui cum bis Romanos ingenti suorum strage vicisset, Nequit, si tertiam victoriam habuerimus, funditus perimus, *ἔσθ' ἔλ' μίαν ἔφ' ἡμετέροις νικίσωμεν ἀπλώλαμεν*. Experti enim norunt quanti hodie litigare liceat. Verum ab isto vlcere manus abstinere identidem nequeo, quod certe nisi manu valida & pœonia ad viuum, ut alibi diximus, refecetur, exacerbari magis tactu quam compesci aut leniri continget: proinde ad id quod instat potius. Enimvero curiam nostram nec statariam nec perennem fuisse, sed conuentuum modo indictiuam, nec loco nec tempore statam, nemo nisi in rebus Francicis pergrinus ambigit. Anno. M. ducentesimo quingentesimo octauo iudicium peractum fuisse in monumentis nostris extat, in Parlamento ad natalem diuæ genitricis habito de Comitatu Clarmontensi. Contendebant autem de eo cum Rege Pictauensis & Andegauensis Comites. In eoque iudicio affuisse Regem cum consilio regio, affuisse etiam episcopos Remensem, Rotomagensem, Trecentem, aliosque non paucos episcopos abbatésque, & maximum fratrum prædicatorum. ad hæc magistrum militum quem Constabularium dicimus, Comites ac primores nobilitatis, consiliariosque permultos tum sacerdotes, tum profanos. Duo autem tum quotannis Parlamenta cogebantur, ad natalem purificationemque diuæ dei genitricis. Quomodo & duo quæ dicuntur Scacaria apud Normanos ad Paschæ & ad diui Michaelis. Anno autem. M. ducentesimo tricesimo, eodem, ut opinor, Rege utrobique imperitante, id est Ludouico nono qui inter diuos relatus est, iudicium castrense Enceniaci coactum est. In quo archiepiscopus Senonensis, episcopi Parisiensis & Carnutenensis: Comites Flandriæ, Campaniæ, Niuernensis, Blesiensis, Carnutenis, Vindocinensis, Matthæus quidam magister militum, Vicecomes Bellomontanus, aliique nobiliū primores equitesque eo quo enumerauimus ordine in eo decreto inscripti quorum etiam signaculis obsignatum decretum illud fuit, Comitem Britanniae quæ est in continenti, tutelam Britanniae ab vxore, ut arbitror, ad eum delatam commississe, præsentem & videntem Rege pronūciauerunt. id est (ut verbis nostris loquar) Balliū Britanniae amisisse. Exauctoratiq; eo decreto ad vniuersam religionem soluti Britaniæ Aremoricæ proceres ac nobiles, qui ipsi se eo nomine sacramento obstrinxerant, id est fidelitate absoluti. Anno etiam. M. trecentesimo vicesimo vigesimo constitutum esse nouimus, ut bina Parlamenta quotannis haberentur. Quo tempore Parlamentum Tolosanū ea lege decretū est, si id To-

Curia olim non stataria sed indictiua erat.

Parlamentū Tolosanū.

Iofanis è re sua esse videretur. Ex quo autem perennis curia esse cœpit, multo
 tempore anniuersario Principis edicto postridie diui Martini instauratitiam
 fuisse nemo est qui ignoret. Quoad haud ita pridem indulgentiorum conuē-
 tia Principum perpetuus ille magistratus nedum perennis esse cœpit: etiamsi
 quotannis diplomate nonnunq̄ vt fama est instaurari, hodie quoq; in more sit
 curia. Proinde simile veri est curiam hanc nostram (id quod antè diximus) à
 conuentibus illis ortam quos celeberrimos Principes agitare solebant, eosq;
 Principes qui eam instituerunt, quiq; institutam auxerunt ornaueruntque, hoc
 maxime voluisse: amplissimam eam curiam causarumq; omne genus discepta-
 tricem iustam ac legitimam esse. Atque ideo ex iuris omnifarii consultis ciui-
 lis, pontificii, militaris, atq; adeo rerum omnium politicarum illum veluti cho-
 rum iudicum cōcinna mixtura visendum instituisse. Vrgente porro causarum
 multitudine, & rerum commoditate poscente, hoc (vt ita dicam) corpus in
 membra quædam distractum esse, quas classes proprie appellare decuriasque
 possumus: cameras appellant, nomine olim indito à locis sessionum concame-
 ratis. Hæ tres primum fuerunt. Vna in maximo tribunali constituta, quod
 Parlamentum olim peculiariter ab actionibus altercationibusq; aduocatorum
 appellatum esse video: Altera in secundo consilio, quod ab iudicandis inquisi-
 tionibus nomen accepit. Quæ ipsa rursus constitutione Philippi cognomento
 Longi, anno. M. trecetesimo vicesimo mēse Februario vrgēte causarū multitu-
 dine in duas classes subdivisa est. iis aut viceni homines distributi, octoni iudi-
 ces, duodeni relatores, id est reportatores appellati, quos etiā renūciatores lati-
 ne dicere possumus. Horū enim munus erat inquisitiones iudicibus renūciare.
 nūc munus promiscuū factū est renunciandi iudicandique. Eiusdem Principis
 constitutione anno. M. trecentesimo sextodecimo quo tempore nondum Rex
 Philippus idem sed rector tantum erat, triginta in prima classe iudices fuisse
 video, eorūq; principem Cancellarium fuisse. In secunda, iudices binos episco-
 pos abbatēsq; ac cum his tredecim alios, renunciatores octo. Episcopi fuerunt
 Mimaten. & Suesione. abbates diuorum Dionysii & Germani ad urbem
 Antistiti. Alia deinde constitutione cū religio Principibus incessisset distineri Antisti-
 tes munere iudicandi quò minus libere diuino cultui vacarent, exacti sunt curi-
 a, & ad obsequium diuinū ablegati præter vnicum abbatem diui Dionysii
 cautumq; ne vltra in curiam asciscerentur, eorūq; in loco Cancellarius cum
 vno ex aulicis primariis suffecti. Nunc numerus legitimus est octogenarius:
 cui accedunt octo magistri libellorum, qui in primo tribunali sedendi ius ha-
 bent: inter Præsides & Consiliarios. Centenarium numerum explent. xii. patri-
 cii: seni antistites & proceres, in quo numero allectos, qui interdū ascribuntur,
 non adnumero. Adhibitos etiā cōperi nobili illa constitutione Philippina anno
 M. trecentesimo secundo obseruatores curiæ ex aulico comitatu, binos antisti-
 tes proceresq; qui veluti exploratores assidui industriæ & seueritatis eius essent
 intercessores etiā futuri, siquādo quid decerneretur quod vel è dignitate curiæ
 vel è rep. nō videretur. Quos Nomophylacas proprie appellare possumus, vt
 paulo post docebimus. Quod quidē institutū proximus principatus approba-
 uit. Multa autē alia eodē pertinentia cōsulto præterimus, quæ hic cōmemorare
 non necesse habuimus. Multa sunt enim quæ huius temporis conditio haud

Decuria &
classes.

Parlamentum.

Inquisitionū
consilium.Relatores.
Renunciatores.

Cancellarius.

Sacerdotes
& episcopi
curia electi.Philippina
constitutio.Nomophyl-
laces.

quaq̄ ferre posse videatur. Quicqd̄ igitur supra de curia diximus, de ea subli-
 mitate & amplitudine augustaq̄ illa maiestate intelligi volumus, ad quā me-
 moria nostra curia, aut certe patrū nostrorū, indulgentia Principum euasit. Si
 quando autē vna classis ad calculorum æquilibrium deuenit, id est ad senten-
 tiarum parem vtrinq̄ numerum, duo de maioribus curiæ quasi sententiarum
 auctores mittuntur ad alteram classē relaturi, qui suæ vterq̄ factionis senten-
 tiam tueantur. Quo facto altera illa classis in consiliū mittitur vt rei ambiguae
 colophonem imponat: id est vt dissentienti inter eos finem faciat, & vltimum
 calculum ac totius rei definitiuum adiciat. Hoc enim verbo proprie in ea re
 significanda vtī possumus. quod vt obiter dicatur, Colophona, inquit Festus,
 dicunt cum quid finitum esse significatur. Hoc autem ex more Ionū populorū
 tractū est, vt inquit Lescapenus Græcus auctor. Siquidem .xii. vrbes Ionix cō-
 uenire olim solitæ dicuntur ad id consiliū quod Panionion dicebatur, de rebus
 cōmunibus commētaturæ disceptaturæq̄. quo in loco si forte totidem vtrinq̄
 calculis diuersa censuerant, aduocatis tum Colophonis, rem ita componebat,
 vt in vtrius partis sententiā irent Colophonii, illinc victoria calculorum esset.
 A quo more in prouerbiū venit τὸν κολοφῶνα ἐπιθέσθαι, id est colophona im-
 ponere, vel colophonem addere, hoc est vltimū & potentissimum suffragium
 adicere, quasiq̄ vltimam manū imponere post quā nihil vltra hæsitandum sit.
 Plato in secūdo de Legibus circa finem hoc verbo vsus est pro eo quod est ser-
 monem claudere ac finem differēdi facere, vltimamq̄ commentationem quasi
 vltimā manū adhibere, ἐπι τοῖναν τὴ μέθης χρεία τὸν κολοφῶνα πρῶτον ἐπιθεῖσθαι. Et rursum,
 κολοφῶν ἐπὶ τοῦ πρῶτου οἴνου λόγῳ ἐθέσθαι ἐρίσθω. Tertia classis eorū est qui requestrari, id
 est libellorū supplicū magistrī dicuntur: de quibus mox dicēdū. Nūc etiā quar-
 ta atq̄ adeo quinta adiecta est eorū qui causas personaliū actionū atq̄ interdū
 ceterorū hominū priuilegiariorū iudicāt. id est qui aut in muneribus publicis oc-
 cupati sunt, aut qui fori priuilegiū a Principe impetrauerūt, vt permulta sodali-
 litia: hi delegatā iurisdictionē habēt. Nouimus & ab antiquis Principib. aliud
 esse consiliū institutū, quod strictū iam inde appellatur: nos aulicū & interius
 consiliū appellare possumus, ex propinquis & necessariis & interioribus ami-
 cis Principis proceribus & Antistitibus cū Cancellario cōstitui solitum, certo
 tamē numero circūscriptū. Alibi magni cōsiliū monumēta antiqua memine-
 runt: ad quod ex Parlamēto aliquot assumi solitos esse legimus, ita vt promi-
 scuā operā nauarēt, & in curia, & in magno consilio. Nonnullis autē tēporibus
 strictū & magnū consiliū idē fuisse deprehēdi nisi fallor. hodie alia est ratio.
 Postremo addenda & alia duo capita. Eorum prius est ex cōstitutione anni. M.
 ducent. nonag. quartī. Est autē eiūsmodi, Sancitum præterea & statutū vt Prin-
 ceps Præsidentisq̄ Parlamentī de cōsidentibus in eo iudicibus statuāt, qui cuiq̄
 munerī obeundo deligi potissimum debeāt. Qui in maximo confesū retineri,
 qui ad iurisdictionem ex iuris præscripto exercendam destinari, qui postula-
 tionibus quotidianis vacare debeant. de reliquis item sacerdotibus profanisq̄
 in cōsiliū Regis allectis, & Rex & Præsidentes statuāt. ita vt eorum opera
 vtātur iis rebus disceptandis cōstituēdisve, quæ vbiuis locorum in regno alia
 atq̄ alia extiterint si ita eis videatur: id est (vt vulgo dicimus) ad eas res quæ
 quotidie de nouo emerferint. Alterum caput est cōstitutionis Philippinæ

Colophonem
imponere.

Colophonem
addere.

Priuilegia
rii.

Aulicum &
interius cons-
siliū.

Magnū cōn-
siliū.

strictum cō-
siliū.

Constitutio
Philippina.

in hanc propemodū sententiā : Sanximus etiam statuimusq; vt iudicia, aresta, sententię, queq; a curia nostra, queq; a cōmuni consilio nostro exierint, rata sint omnino, itq; ad quos ea res pertinebit exequi ea possint prouocatione sublata. Qz si quid in iis extiterit vel ambiguitatis vel erroris, quod modo momētum aliquod habere videatur, volumus & sancimus vt eorū enarratio, emendatio, interpretatio, atq; etiā si opus sit inductio, ad nos ad consilium nostrū cōmune maioreve partē eius pertineat. Quę tamē omnia cū ingētī animaduersione, nec iniussu nostro, nec citra rescriptū nostrū fieri volumus iubemusq;. Ex his, vt arbitror, apparet antiquiores illos Principes nostros numerosa sibi consilia amplissimaq; instituisse, a quibus curiā nostrā amplissimā ortā esse diximus. Sed ita vt eā nō membrū ab eo velut corpore auulsum esse dicas, sed veluti robur consilii delectū: reliquos vero cōsiliarios qui ad curiæ numerū conscripti non essent, partim eximios quosdā fuisse quasiq; extraordinarios qui latera Principis cingerēt, & ab eo pedē latū nō discederent: partim subsidiarios & (vt ita dicā) succenturiatos, sicubi ad varios euentus opus esset. Eius autē curiæ sententię aresta vulgo dicūtur, cū aresta fortasse per vnū r̄ dici debeāt, quo verbo grāce placita significātur. Cuius me verbī dudū Paulus Aemilius admonuit, Gallicarū historiarū scriptor: quę quidē cū hęc scriberem in magna expectatione inter nostrates erāt. Placitū autē latine & decretū dicitur quod grāce dogma & psephisma & areston dicitur. Plinius de Thessalo methodicorū principē, Eadē, inquit, ætas Neronis principatu ad Thessalū transiuit, delētē cūcta maiorū placita, & rabie quadā in omnis æui medicos perorātē. Placita Plinius appellat maxime ratas opiniones medicorū, sententięq; cōstātes inter medicos de ratione medicinę: quales sunt aphorismi Hippocratis. Vt igitur populi sciētia, & Senatusconsulta, sic curiæ nostræ aresta, id est placita intelligere possumus. Nā placere verbo pro decernere & statuere Senatusconsulto, antiqui vtebātur: vt apud Cicer. legimus in Philip. v. De exercitu C. Cæsaris ita censeo decernēdū, Senatui placere militibus veteranis eorūq; liberis militiæ vacatiōnem esse. Et Philip. iiii. Senatui placere, vt C. Panfa A. Hiricius Coss. designati & reliqua. Addendū & illud corollariū nomine, fuisse & celeberrimū conuētū Amphictyonū, quē Plinius lib. xxxv. publicū Græciæ cōciliū appellat. De quo Sudas & Arpocraton in glossematīs ita tradunt: Amphictyones confessus quidā fuit Græcus, ad Thermopylas cōuenire solitus, ab Amphictyone Deucalionis filio sic dictus, qui & ipse populos cū regnaret ad cōuētus conuocasse dicitur. Hi autem erāt numero. xii. Iones, Dores, Perrhebi, Bœotii, Magnetes, Achei, Phthiotę, Meliēses, Dolopes, Aenianes, Delphi, Phocēses. Alii q; accolæ Delphorū essent Amphictyones dictos putāt. Amphictyones em̄ græce vicini dicūtur. Legimus apud Demosth. Aristidē vt pro cōmuni causa diceret Atheniensiu nomine apud Amphictyones patronū, id est syndicū esse missum. Inde illa nobilis cōtrouersia, declamatoria tamē, apud Amphictyones Quintiliano referēte agitata: Alexander cū Thebas euertisset, inuenit tabulas quibus centū talenta mutua Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Has quia erat vsus cōmilitio Thessalorū donauit vltro. Postea restituti a Cassandro reposcūt Thebani Thessalos. Apud Amphictyones igitur centū talēta & credidisse eos cōstat & nō recepisse. Lis ex eo pēdet q; Alexander ea Thessalis donasse dicitur.

Arresta.

Decretum.

Placitum.

Δόγμα.

ἰστορία.

ἄρεστον.

ἄφορισμοί.

Placere.

Amphictyones.

nes.

Σύνδικος.

Nobilis cōtrouersia.

Constat quoque illud, non esse iis ab Alexandro pecuniam datam. In qua controversia multa de iure belli disputatur. Sed apud Amphictyonas vel potentissima æqui tractatio est. Strabo lib. ix. de Delphico templo loquens, quod ipse ἡ ἐλλάδος ἢ μέσῳ πῶς εἶναι ἢ συμπάσης, id est in medio quodammodo vniuersæ Græciæ esse dicit, quæque intra Isthmum quæque extra est, & terre vmbilicum appellari, id est ἢ γῆς ὀμφαλοῦ καλέσθαι. Cum huiusmodi autem, inquit, comoditas circa Delphos esset, eò facile conueniebant finitimæ maxime, ex quibus Amphictyonicum consiliũ constitutum est: quod & de rebus inter eos communibus consilia ageret, & templi curam susciperet communem, utpote in quo pecuniæ per multam & donaria recondita essent, cum custodia magna tum verò sacrificiis indigentia. Acrisius verò, inquit, eorũ qui posteritatis memoriæ traditi sunt, primus instituisse putatur ea quæ ad Amphictyonũ consiliũ pertinent, vrbemque destinasse huius confessus participes. Iusque suffragiũ illis dedisse, huic per se, illi autem communiter cum altera vel etiã cum pluribus. Demonstrasse etiã Amphictyonicas causas quæ à ciuitatibus inter se disceptarentur. Post quæ etiã alia deinceps multam constitutiones factæ sunt, quoad tamẽ institutum illud dissolutum est. Fertur autem. xii. primũ ciuitates eò conuenire solitas, singulasque Pylagoram mittere, cum bis quotannis conuētus cogeretur: vere scilicet & autumno. postea autem & plures conuenerunt ciuitates. Pylagoræ Cererim immolabant. ad Pylas

Vmbilicus
terre.

πυλαγόρας.

Pylæ.
Thermopylæ

Ex titulo, de officio Proconsulis.

¶ Sed non potest qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere. Accursius nomina interpretatur probationes causarum. Cum edere nomen significare nomen inscribendum, & veluti eius nomen profiteri in actis quem manu missuri sumus: id quod fiebat ante cognitionem Consulis. Edere nomina hodie dicere possumus eos prouocatores, qui apud acta curiæ presentari dicuntur. Hoc autem etiã dare nomen dicitur, ut dare nomen militiæ in l. iiii. infra de re militari, Qui post desertionem in aliam militiam nomen dederunt, legiue se passim sunt, & reliqua. Liuius lib. v. Omnium primũ Tribunis militum fuit delectum haberi. Nec iuniores modo conscripti, sed seniores etiã coacti nomina dare, ut vrbis custodia agerent. Inde illa locutio, ad nomina respondere. Idem lib. vii. Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, sed etiã laceratione corporum lata, partim virgis caesis qui ad nomina non respondissent, partim in vincula ductis, inuisa erat. Id est qui non comparuissent, ut verbis nostris loquar. Et mittere ad nomen. Quintilianus in Declama. (Si tamen is est auctor) Ad nomen mittere filios parentes festinarunt quis asperrimo bello, ut sub te ponere rudimenta militiæ contingeret. Inde etiã nomen accipere, pro eo quod vulgus dicit, recipere ad monstram, quod & rationem habere dicitur. Liuius lib. vii. secundum belli Punici, Itaque si suum nomen Dictator acciperet, se comitiis intercessuros Tribuni dixerunt: si aliorum praterquam ipsius ratio haberetur, comitiis se moram non facere. Idem lib. iiii. Vicerunt patres quia plebs patriciis seu hunc seu illum delatura honorem, frustra certare super se dicit. Et Principes plebis ea comitia malebant quibus non haberetur ratio sui, quæ quibus ut indigni praterirentur.

Edere nomina.

Dare nomen

Ad nomina
respondere.

Mittere ad
nomen.

Nomen accipere.

Rationem
alicuius habere.

Ex titulo, de officio Præfecti prætorio.

¶ Breuiter commemorare & reliqua. Nugatur hoc in loco Accursius, ut fere in

his locis solet quæ ab antiquitate repetenda sunt, utpote qui diuinaci coniectura potius quam rerum cognitione fretus nihil ferme intactum relinquere instituerit. Nos autem de Dictatura duo tantum dicenda putauimus: unum quod Plutarchus in Fabio memoriam prodidit. Fabius, inquit, Dictator designatus, magistrum equitum L. Minutium dixit: a Senatuque petiit, ut equo sibi uti Dictatori liceret. Non enim antea equitare Dictatori fas erat, sed per quandam veterem legem prohibitum fuerat. siue quod maiores vires inesse pediti, ac pedes manumque conferere arbitrantur, ac propter hoc Imperatorem in legione permanere oportere, nec locum deserere: siue quoniam ad alia omnia tyrannica magnumque sit potentia magistratus ille, ut in hoc appareret Dictatorem volente populo indigere. Alterum est ex eodem in Probl. Dictator, inquit, creatus omnium magistratum imperium inhibet, ad seque transfert, preterquam Tribunorum plebis. Hi enim soli Dictatore creato non cessant. οὐδὲ γὰρ παύονται Δικτᾶτωρ ἄριστος
δὲντ' οἱ δὴ μαρχοί, ἀλλ' ἀπᾶσαι ἀρχὴν ἐκείνη μεταθέμενος εἰς ἑαυτὸν, αὐτοὶ μόνοι διαλύσιν.
Hic creati nisi silentio noctis non poterat, ut auctor est Liuius lib. nono. Dicitur autem a Consule, ut ipse magistrum equitum dicebat. Noctis, inquit, silentio (ut mos est) Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Cæterum Dictatura post mortem Cæsaris Senatusconsulto sublata est in perpetuum. Cicero in Philip. pri. Ad singulare etiam Marci Antonii factum festinat oratio. Dictaturam quæ vim iam regie potestatis obsederat, funditus è repub. sustulit. De qua ne sententias quidem diximus: scriptum Senatusconsultum quod fieri vellet attulit. Quo recitato, summo studio auctoritatem eius secuti sumus, eique amplissimis verbis per Senatusconsultum gratias egimus. Lux quædam videbatur oblata, non modo regno quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato, magnamque pignus ab eo reipub. datum se liberam ciuitatem esse velle, quod Dictatoris nomen quod sepe iustum fuisset, propter perpetuæ Dictaturæ recentem memoriam funditus ex republica sustulisset. Regnum appellat Cicero perpetuam Cæsaris Dictaturam, quæ inuidiosissimum nomen Dictaturæ reddidit. Idem, Maximum autem illud quod Dictaturæ nomen sustulisti. Hæc iniusta est à te, à te inquam mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. Ut enim propter unius M. Manlii scelus decreto gentis Manliæ neminem patricium licet M. Manlium vocari, sic tu propter unius Dictatoris odiu nomen Dictatoris funditus sustulisti. De præfectura Prætorii Tranq. in Tito, Præfecturam quoque, inquit, suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab equite Ro. administratam. Vnde Plinius in præfatione ad eundem Titum loquens, Et quod his, inquit, nobilius fecisti, dum illud patri pariter & ordini equestri præstas præfectus Prætorii eius. Quibus verbis Plinius significat & equestrem ordinem & præfecturam Prætorii Titum ingenti honore affecisse, cum præfectus patris sui Vespasiani & dici & esse voluit: quod ante equestri tantum ordinis munus fuerat, non etiam Senatorii. Præfectus autem Prætorii à cohorte Prætorii dictus est. Apud antiquos enim cohors quædam erat quæ Prætorii vocabatur, quæ Cōsuli aut Prætori in prouincia præsto semper erat, quasiq; latus eius cingebat. Cicero ad Quintum fratrem Asiæ Proconsulem libro primo, Quos verò aut ex domesticis conuictoribus aut ex necessariis apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte Prætorii appellari solent: horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanda tibi

Dedictaturæ: Dictator.

Tribuni ple.

Dicere Dictatorem.

M. Manlius

Præfectura Prætorii.

Præfectus Prætorii. Cohors Prætorii.

sunt. Itaq; quod Cicero cohortem Prætoriam in Prætura urbana dixit, Asconius Consulares comites interpretatur. Veteres enim, inquit, omnem magistratum cui pareret exercitus, Prætozem appellauerunt: vnde & Prætorium, tabernaculum eius: & in castris porta Prætorica, & hodie quoq; præfectus Prætorio. Haëtenus Asconius. Cum igitur imperium Romanum ad monarchiam deuenit, Principes Romani equitem vnum Romanum Prætoricæ cohorti aut cohortibus etiam præfererunt, & Prætorio suo, id est aulæ, quam lingua vulgaris hospitium Regis appellat, vnde præfectus Prætorio hodie dici potest qui magnus magister hospitii dicitur, multum tamen ab antiquo differens. Hunc autem antiqui Principes potentia militari secundum sibi esse voluerunt. qualis Burrus primus (vt arbitror) Neroni fuit: de quo Tacitus libro. viii. ita inquit, lbatur in cedes nisi Affranus Burrus & Anneus Seneca obuiam essent. Hi rectores imperatoricæ iuuentæ & pari in societate potentiaq; concordēs, diuersa arte ex æquo pollebant. Burrus militaribus curis & seueritate morum, Seneca præceptis eloquentiæ & comitate honesta. Idem de morte eius loquens ita inquit lib. xiiii. Ciuitati grande desiderium eius mansit propter memoriam virtutis, & successorum: alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia & adulteria. Quippe Cæsar duos Prætoris cohortibus imposuerat, Fenium Ruffum ex vulgi fauore, qui rem frumētariam sine quæstu tractabat. Offonium Tigillinum, veterem impudicitiam atq; infamiam in eo secutus. Præfecturam igitur Prætorii Titus ampliore honoratiorēq; reddidit, vt Plinius in exemplo superiore inquit. Plinius vero iunior in Panegyri. Traiani verbis loquens ita inquit, Ego quidem in me, si omnium utilitas ita posceret, etiā præfecti manum armaui: Tangens historiam huiusmodi à Dione commemoratam, Traianus cum præfectum Prætorii cingulo donaret, dignitatis eius insigni, ita dixisse ad eum fertur, Accipe hunc ensē, & si quidem recte atq; è rep. imperauiero, pro me: sin secus, in me vtere. Huius magistratus meminisse Lampridius in Alex. à quo dignationē eius auctam esse refert. Ab aliis autem atq; aliis Principibus auctiorem in annos atq; etiam in dies factam esse ex multis iuris locis conuicere possumus. Huius autem in Francia instar esse magis q̄ similem Cancellariatum, haud ab re (vt arbitror) dici potest. A quibus autem initis ad quantum fastigium euectus sit, nemo mediocri rerū nostrarum cognitione imbutus nescit. Verū eius aliud exemplar apud Platonē repperisse mihi videor, idē expressum non adumbratū. Plato igitur in eo libro qui Minos vel de lege inscribitur, Minoem ab Homero tradit, laude longe omnium præstantissima inter omnis heroas laudatum esse. De Creta enim loquēs nonaginta urbibus insigni, earum vnā Gnossum urbem ingentem esse ait, in qua Minoem regnasse, Iouis cōsuetudine ac colloquio nouē annos vsū. Hoc enim significat, inquit, illud carmen, Ἐννεάετη βασιλθεὶ Διὸς μεγάλην δαίτην, Nouēnis regnauit cum Ioue cōmētatus. Quod sic dicere possumus, Ter tribus his annis regnauit cum Ioue suctus. Propterea, inquit, mira laus hæc existimanda est, & supra quam nihil omnino dici cogitariue possit, non modò Iouis esse filium, sed etiā vnum omnium ab Ioue institutum. Nam quod Hesiodus de eodem loquens inquit,

Ζῆδος ἔχωρ σκῆπτρον, ἔθ' ἡγεῖ τῶν ἄλλων βασιλεύων,

Sceptra Iouisq; tenens, queis urbibus imperitabat.

Prætor.
Prætorium.

Traiani memorabile
verbum.

Cancellarius
in Francia.
Plato.

Minos.

Nihil aliud intelligi voluit q̄ Iouis habens disciplinam qua Cretenſium urbibus moderebatur. Hunc igitur Minoem Plato regendo regno ſuo Rhadamantho uſum eſſe, in hanc propemodum ſententiam commemorat: Enimvero, inquit, Rhadamanthus ut uir quidem bonus erat, ita artis regiae numeros haud omnes perdoctus, regiae tamen artis (ipſe baſilicam uocat) adminiſtram quaſi dam operam egregie nauare didicerat, ab eo iudiciis praefectus. quare etiam iudex bonus dici uulgo meruit. Hoc enim nomophylace, id eſt praefide cuſto deq; legum Minos utebatur in urbe: Taloe uero extra urbem utebatur. Hic enim Talos ter in ſingulos annos regione paſſim obibat cuſtodiae legum intentus, aereasque legum tabulas pagatim circumferens. Verba ipſa Platonis ſubiicimus, *ῥαδάμανθος δὲ ἀγαθὸς μὲν ἦν ἀνὴρ, ἐπιτεταμένον μάλιστα ἐχ' ὄλιγον πλὴν βασιλικῶν τέχνην, ἀλλ' ὑπερβαίνει τῆ βασιλικῆ ὅσον ὑπὲρ τῶν ἐν τῆς δικαστικῆς, ὅθεν καὶ δικαστὴς ἀγαθὸς λέχθη εἶναι. νομοφυλάκι δ' αὐτῷ ἐξῆτο ὁ μίνως καὶ τὰ δ' ἄλλα. τὰ δὲ καὶ τὴν ἄλλω τῶν τάλων, ὁ γὰρ τάλων τῆς πρὶν κατὰ τὰς νόμους φυλάττων τῆς νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν χαλκοῖς γράμματις ἔχωρ γεγραμμένους τῶν νόμους.* Aristoteles autem lib. quarto Polit. auctor est in quibusdam rebus publicis Graeciae probulos & nomophylacas institutos fuisse, qui eas rogationes quae ad populum ferendae essent, prauiudicio quodam disceptarent examinarerentque, nequando forte populus contrarium quippiam legibus, aut quod e re publica non esset, sciscere iuberetque posset. Hi autem nomophylaces Athenis (ut apud Sudam legimus) fasciulis albis pro redimiculis uti solebant in spectaculis, e regione sedentes nouem magistratuum qui rei publicae gubernacula tenebant: cogentes magistratus omnia recte atque ordine & ex praescripto legum agere. In concionibus uero cum prohedris confidere soliti, intercessuri si quis rogationem promulgationemue quamquam ferret aut contra instituta patria, aut quae e re publica e dignitate uel eius futura non uideretur. Prohedri autem dicebantur quasi praesides, magistratus quidam primi subleui, quibus caeteri omnes sedendi loco cedebant, *ἡνάγκαζον δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ οὐκ αὐτοῖς νόμους, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐνάθλιτο μετὰ τῶν προέδρων, κωλύοντες φησὶ τὴν αὐτονομίαν εἶναι. Δόξα δὲ καὶ ἀσύμφορον τῆ πόλει.* Eadem pene Pollux libro octauo de nomophylacibus dicit. Cic. lib. iiii. de Legibus, Legum, inquit, custodiam nullam habemus. Itaque haec leges sunt quas apparitores nostri uolunt, a librariis petimus, publicis literis consignatam memoriam publicam nullam habemus. Graeci hoc diligentius, apud quos nomophylaces creantur. Nec uero solum literas (nam id quidem & apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legesque reuocabant. Si huiusmodi magistratibus Francia ueretur, mores certe & instituta nostra, iusque omnino moribus nostris introductum receptumque (quas consuetudines dicimus) non tam incerta obscuraque essent quam ipsa esse non pridem deprehensum est. Nondum enim multis conuentibus actis constitui potuerunt. adeo ad hoc tempus tantum aduocatis ac pragmaticis in iura non scripta licuit, quam in iura scripta iuris professoribus. id quod antea satis liberiusque paulo (ut arbitror) diximus. Neque enim ignoro, si quando libellus hic noster exierit, & aliquo forte rumore Accursiani rescierint nos in hac doctorum hominum esse haerese, (Accursianos nunc appello istos non tam ingeniosos quam fuit Accursius aut Bartolus alique, ut ita dicam, maiorum gentium Accursiani, uiri haud dubie industriae singularis si in meliora tempora incidissent, temporum enim

Rhadamanthus.

Nomophylax Talos.

προβουλοι.

Prohedri.

Nomophylaces.

Consuetudines.

Accursiani.

ignorantia magis quam sua lapsi sunt: sed istos stupidiore, qui homines latine nescientes auctores suos, latinissima Pandectarum scripta optime interpretari potuisse conuientibus oculis credi volunt.) Si igitur isti quoquo modo rescuerint nos hæc & huiusmodi de numinibus suis dixisse (neque enim nostra legent quæ intellecturi non sint) id est si à politioribus iuris aut peritis aut studiosis (quales iam multi sunt) audierint nos hæc scripsisse, continuo agmine facto in nos, gladiatorio, ut aiunt, animo inuasuros esse scio. Nostra autem nunc voco quæ ex aliis accepta nostra fortasse fecimus, si quidem recte & concinne suo quidque loco accommodauimus. Amentata enim tela, ut dicitur, suggerentibus magni nominis auctoribus, nullo aut paruo negotio accipientes, haud incommode fortasse in istos contorsimus. Neque vero eo ingenio videri nos volumus, ex quo veluti fonte huiuscemodî multa manasse credi possint. Abundèque esse nunc putamus si classicorum auctorum primæque auctoritatis antiquorum dicta quasi pluuias aquas colligentes, ingenii nostri ariditatem aliena vbertate adiuuimus. Verumenimvero isti qui in suorum dicta inquirere nefarium esse putant, nunquam (ut arbitror) collato pede nobiscum manus conserere audebunt: sed missilibus, id est arreptis ex triuio macelloque conuiciis, ut quodque atrocissimum in buccam quasi ad manus venerit, depugnabunt. Quorum & si maledicta non magis me lædere possunt quam aquæ pluuiæ fungum: ne tamen bellicum cecinisse videar, eos oro obtestorque ut ne prius dictis nostris obstrepere in animum inducant, quam ea semel attentius auscultauerint. Tum demum si intellecta displicebunt, ignorantia sane aut tarditatis me damnent. Modò ne hoc elogium adiant, quod disciplinæ suæ antistitibus non credere sustinuerim: aut quò deorum suorum Ioui (doctorum enim suorum idolum Accursium appellant) conuicium fecerim, ideo temeritatis esse me aut etiam maiestatis dammandum. Neque enim Pythagorica eorum lege teneor ut omnia credere ipso dicente, id est Accursio debeam. Accursium tamen auscultare vbique, & plerisque etiam in locis auscultare Accursio soleo, id est vbi Vlpianum & alios iuris peritorum proceres non modo ipse auscultasse, sed etiam exaudisse videtur. Proinde nisi me priscorum magis propugnatorem quam recetium, id est suorum impugnatores audierint, (si tamen aures audiendi habent) causam haud dico quin de me excarnificando animis suis obsequantur. Quòd si cominus ipsi pugnare aduersis gladiis in animum induxerint, nã homines ipsos inermes, aut armis certe nec validis nec fulgentibus munitos, ab elegantioribus eiusdem iuris studiosis iam diu destitutos, suo etiam gladio iugulare possimus, id est edicto Iustiniani (ut alibi diximus) non vno sed altero. Id est autem huiusmodi, Nostram autem consumationem quæ deo annuente compositionis in posterum ausuris commetarios illi applicare, & supradicti Codicis compendium cõfundere: quemadmodum & antiquis temporibus factum est, cum per contrarias interpretantium sententias totum ius pene conturbatum est, sed sufficiat per iudices tantummodo & titulorum subtilitatem quæ paratitla græce dicuntur, quædam admonitoria eius facere. Paratitla Iustinianus summas rerum appellat titulatim appositas, quales extant Azonis. Hoc in

Edictum Iustiniani contra enarratores.

Paratitla.

loco Accursius istorum Plato ingenua simplicitate manus (vt aiunt) dedit; falsus ipse nec sua nec aliorum glossemata iure scripta defendi potuisse contra Imperatoris edictum. Iustiniani autem auctoritatem refellere, aut quoquo modo eleuare, homini quidem qui se iuris studiosum profiteatur, non minus inter istos improbum esse putatur, q̄ inter philosophos axiomata quæ dicuntur negare: & propositiones quasdam indemonstrabiles quæ in communi sensu conceptuque versantur. Vt si quis lineam longitudinem sine latitudine neget esse, aut superficiem longitudinem & latitudinem sine altitudine, & huiusmodi alia. Perfricent igitur isti frontem, & Iustiniani imperium negligendum esse, aut quoquo modo refellendum dicere audeant, & vna eademque opera totam iuris ciuilibus auctoritatem subuertant: aut etiam Accursium disciplinæ suæ antistitem ignaue manus dedisse contendant. Iam certe in hoc certamine, cuius insolentes nos sumus, hærbam eis porrigemus: tametsi non ad exteriorem nunc sermonem loquimur, qui auctoribus Aristotele & Themistio omnia afferere atque inficiari potest, & ne axiomata quidem quæ proloquia dicuntur ore fateri cogitur. sed ad interiorem illum (vt ipsi vocant) sermonem quasi ad æquum iudicem, qui interior est sensus & mentis conceptus, qui & proloquiis & rebus demonstratis contumaciter obsistere nequit. De quo Aristoteles in priorum posteriorum Analyticôn, οὐ γὰρ πρὸς τὸν ἔξω λόγον ἢ ἀπόδειξις, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ. ἐπεὶ δὲ ἐστὶ συλλογισμὸς, ἀεὶ γὰρ ὄσπερ ἐνσὴναι πρὸς τὸν ἔξω λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσω ἐκείνῃ. Non enim, inquit, ad exteriorem sermonem demonstratio est, sed ad eum qui est in anima, quando ne syllogismus quidem: si quidem obsistere quiuis potest semper exteriore verbo, interiore vero non item semper. Hæc autem cum sint eiusmodi (ingenue enim fatebimur) vertere tamen stilum non semel in animo nobis fuit, cepitq; me impetus hæc ipsa interlinendi quæ in offensionem multorum incurfura videbantur. ne id quidem modo, sed etiam laborem hunc semestrem aut paulo ampliorem perdendi, ne me Antaccursios scripsisse homines caullarentur. Neque enim is sum qui nominis mei illustrandi cupidus, innotescere vel indigno aliquo facinore vel hominum offensione sustineam. Ibi me anxium animi velut genii duo (Philepiicia Philalethiæque nomina fuere) oculis obuersantes, altrinsecus certatimque adhortari institerunt, spondentes quicquid candido proposito animi instituissem, id non posse ad extremum (tametsi interim euariare contigerit) non bene ac foeliciter vertere. Itaq; quod foelix faustumque esset, pergerem, & deo diuisque bene iuuantibus huic qualicumque incepto vltimam manum adderem. Philepiicia æqui bonique studium profitetur: Philalethia præ se fert veritatis amorem. His auctoribus (id quod cautiore non solent) periclitari quàm hæerere malui, aut iam orfam retexere. Ne igitur religione me obstringerem, humanorum iudiciorum aleam sane ancipitem subeundam mihi putauî. Quanquam etiam non tam periclitari me puto quàm accipiendam plagam mihi video. Scio certe vtcunque bonorum iudicia mihi cesserint, male me ab iniquis auditurum, atque eo maxime nomine quòd homo Parisiensis aliquid in literis promittere audeam, præsertim nulla doctrina fretus peregrina, vt qui domi tantum literis operam mihi que soli dederim. Sed quid cum illis agas qui ea quæ græcolatina feci, ab aliis libris compilasse me dictitarunt, qui tamen nusquam extant? Hi sunt

Axiomata.

Interior & exterior sermo.

Philepiicia.
Philalethia.Φιλεπεικία
Φιλαλεθία.

Budeus literis sibi soli operam dedit.

qui alienam industriam ex sua inertia metiri soliti sunt. quorum ego ma-
 liuolentiam impudentiorem adhuc putavi quam ut ei respondendum habe-
 rem. Bonorum tantum iudicium formido, quibus utinam ipsis ita libeat pri-
 mum exporrecta fronte libellum hunc nostrum excipere, ut nullius odio aut
 offensione adducti ad eum scribendum accessimus: deinde si quod dictum no-
 strum ut nouum & inauditum explodendum mox eis videatur, id non ante
 damnare quam diligentius aestimauerint. Philippus Alexandri Magni pater
 cum causam Machætæ cognoscens dormire videretur, nec satis animaduere-
 tere quæ ille pro suo iure diceret, ad extremum Machætam damnauit: quo vo-
 ciferante ac prouocare se dicitante, Philippus ira percitus, Ad quem tandem
 inquit. Ibi vero Machætæ, Ad te, inquit, ipsum ô bone rex si quando exper-
 tus animum aduerteris, ἐπι σὲ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν, ἐὰν ἐρηκτοῦς καὶ προσέχωρ ἀκούσῃ. Sic
 ego si à bonis & doctioribus nunc damner nouitate rerum me premente, ad
 eosdem prouocaturum me testor, cum res primo occursum duras, iterata le-
 ctione aestimatas, exolescente sensim nouitatis inuidia mollescere senserint. Ut
 enim in rebus expendendis necesse est lancem ponderibus impositis pessum
 ire, sic animus hominum cogitur perspicuis dictis cedere. Si igitur nomophyl-
 laces Atheniensium similes haberemus, profecto leges morisque & instituta
 cum certa fixaque, tum verò voluminibus haud ita multis contenta tenere-
 mus: nullique literato iuris finiti ignorantiam excusare verecunde liceret.
 Nunc verò quotus quisque iuris etiam consultus, consultor tamen esse in sus-
 cipiendis litibus erubescit: nec id magnopere mirandum: Quis enim securus
 esse eius rei potest, quæ nulla certa ratione constat, sed in arbitrio sita est homi-
 num alia atque alia indies comminiscantium? Verùm ista sunt scilicet alimen-
 ta litium, id est eorum hominum pabulum, qui rationes suas in spolia ciuilia
 coniecerunt: quæ tertia propè pars est nunc hominum qui aliquo nomine sunt
 censentur. Cancellarius igitur in Francia, cuius id munus est, ex primæ sunt
 partes, videre ut nulla Principis constitutio, nulla sanctio, nullum diploma,
 nullum rescriptum, nulli codicilli regii, non è republica atque etiam è di-
 gnitate reipublicæ principalique exeant. Cuius censuræ aut stilo Principum
 maiestas acta sua eximi nunquam voluit. Denique qui Principis præsentis vi-
 carius, & peregre agente Principe Interrex quodam modo esse censetur, iure
 ac proprie (ut arbitror) nomophylax, id est legum præsidium, iuris asyllum
 (id quod de Papiniano quondam dictum est) morum institutorumque veter-
 rum ara, æqui bonique columen appellari potest, atque etiam esse debet. Id
 quod etiam credere me cogit consensus ferè hominum institutumque quod-
 dam quasi per manus traditum, caput eum ac verticem iustitiæ appellantium.
 Antiquissimum autem esse magistratum ex vetustis monumentis apparet.
 Comperi anno. M. centesimo vndecimo, Stephanum quendam Cancellarium
 diplomati regio subscripsisse, à Ludouico rege cognomento Crasso mona-
 chis diui Dionysii indulto. Legi & multo antiquius diploma Caroli cuiusdam,
 in quo verba hæc addita erant, Gauzelinus notarius vice Rogerii archiepisco-
 pi summique Cancellarii recognouit. Indictione octaua anno vigesimo octavo
 regnante Carolo rege glorioso, videtur autem fuisse Carolus ille magnus.
 Anno etiam. M. centesimo quinquagesimo septimo, Hugonem alterum Can-

iudicium nõ
 præcipitadũ.

Lites procu-
 ratorum pa-
 bulum.
 Cancellarii
 partes.

Interrex.

cellarium subscripsisse comperi diplomati cuidam, quo Ludouicus, qui Pius cognomento dicitur, ius regaliorum antistiti Aureliensi remisit, quatenus ad suppellectilem elegantiore & instrumentum fundorum episcopaliū attinet. Aliūque item Bartholomæum anno centesimo quadagesimo septimo eiusdem generis beneficio principali subscripsisse. Regalia autem (vt obi ter id dicatur) plurali numero in antiquis monumētis vocitari vbiq; video, quā regaliā numero singulari vulgo nunc appellamus, verbo ab errore usurpato. Regalia enim neutro genere vt dicatur latinitas exposcit, Græcorum more qui Euāgelia neutro genere & pluraliter dicunt sacrificiū & supplicatio nes quæ pro iucundo nuncio decerni consueuerunt, vel etiam mercedem allati iucundi nunciū. Cicero ad Atticum, O suaues duas epistolas quibus euangelia deberi fateor. Plutarchus in vita Demosthenis, Ἐυδύς οὖν ἔθουο δαγγέλια. Atheniē, inquit, audita Philippi morte euangelia sacrificauerunt. Isocrates in Areopag. εὐαγγέλια, δὲ δὲ ἢ τρεῖς πεδύκαμν, Ob iucundum huius rei nunciū iterum & tertio sacrificia & supplicationes decreuimus. Apud nos hodie struuntur pyræ, & supplicationes indicuntur. Vlpianus in .l. falsus, de furto .§. qui alie num quid. Ergo si ea quæ dicunt Græci δαγγέλια petat, id est mercedem pro rei inuentæ aut repertæ nuncio. Existimo tamen μινυτρα legendum hoc est iudicii præmiū. Huius enim vocabuli tenuia quædam vestigia in antiquissimo exemplari inueni. Simile est nutritia in titulo de variis & extraordinariis cognitionibus circa finem, quæ græce τροχία dicuntur, id est nutritis merces. Et niceteria pro præmio victorum, & pro sacrificio vel epulo victoriæ gratia facto, quod etiam ἐπιβίχια plurali numero dicitur. Iuuenalis, Et ceromatico fert niceteria collo. Lucianus, καὶ ἐπιβίχια ἡσιώτο. Regalia igitur dicenda sunt cum ius illud vtendi fruendi significare volumus quod rex in bonis & patrimoniis nostratium pontificum habet, interim dum alter in locum demortui substituitur & admittitur & iureiurando in verba Principis adigitur, quod nunc sacramentum fidelitatis appellamus. Hoc autem sacramento rogare Quintilianus appellat. Quod ius regaliorum maximum olim fuisse, ac quod magnopere fiscum adiuuare posset, ex antiquis monumentis apparet. Quod autē hodie hoc nomine vocatur non tam instar est antiqui quā vestigiū, qualesque quoddam monumentum. Sed ex hoc diuerticulo in viam redeundum. Cancellariū nomen apud nos vereor vt iam consentaneum tantæ rei esse possit. Quæ est enim hodie dignatio ac maiestas huius honoris, tenuis hæc appellatio atque apud alias gentes proculcata, significatum suum sustinere ac perferre non potest. Latinum certe nomen non est, nisi fortasse credimus à cancellando (quod nec ipsum satis latinum est) Cancellariū dictum. Atqui ne iis quidem seculis quæ hoc verbum genuerunt, satis festiuum nomen fuit cancellariū. Diploma quoddam legimus Comitum Viromanduani in quo addita verba hæc erant, Ego Cancellariū scripsi ac subscripsi. Fuit autem apud alios honorationis scribæ nomen qui græce Archigrammateus dicitur vt quidam tradiderunt, quasi Princeps scribarum. Apud nos vero iam inde ab initio magnum huic magistratui honorem habitum esse, præter ea quæ diximus etiā ex eo conicere possumus, quòd anno millesimo ducentesimo vicesimo quinto, Guarinus quidam antistes Siluanectensis gessisse eum magistratum tradi-

Regalia,

Euangelia,

Pyræ.
Supplicatio
nes.

μινυτρα,

Nutritia,

τροχία,

Niceteria,

ἐπιβίχια,

ἐπιβίχια,

Regalia,

In verba
Principis
adigi.
Sacramento
rogare.
Cancellariū
appellatio,Archigram
mateus,

*Interregnum
cancellariatus* tur: vir magni nominis illo seculo ut conicere licet. Cuius commentarios
 sui ac superioris æui vidimus, vel collectanea quædam potius, regnante Phi-
 lippo secundo (qui Augusti cognomentum meruit) congesta: quo tempo-
 re nondum ille Cancellarius erat. Ex quibus multa antiquitatis coniectura
 nec dubia fieri potest. Antea autem, id est ab anno millesimo centesimo non-
 nagesimo quinto interregnum diuturnum Cancellariatus fuisse videtur: id est
 diu nullus Cancellarius in demortui locum suffectus. In codicillis enim re-
 giis illis temporibus indultis additum ferè legimus vacante Cancellaria, re-
 gnante tum Philippo Augusto: qui annis quatuor & quadraginta impera-
 uit. Anno autem millesimo trecentesimo vicesimo constitutione Philippina
 interdictum esse comperi consiliariis Parlamenti ut ne ab vrbe abnoctarent,
*Abnoctare
non licet con-
siliariis Parl.
Princeps cu-
ria.* duntaxat quò minus omnibus confessibus curiæ interessent, citra commea-
 tum aut regium aut Cancellarii cum Principe curiæ, qui tum supremus ap-
 pellabatur. Nunc vero cum in curiam amplissimam arbitrato suo ingredi
*Cancellarius
Trium ordi-
nũ cõuentus.
Pancelion
Panionion
Panatolion.* Cancellario licet, tum vero à Principe curiæ primo ei loco ceditur quasi ma-
 gistratum omnium antistiti. Nec me tamen præterit in celeberrimo trium
 ordinum conuentu (quos status dicimus) vno verbo fortasse Pancelion ap-
 pellare possumus ea forma qua antiqui Panionion dixerunt, ut apud Lecape-
 num legimus, & Panætolion, id est vniuersæ Aetoliæ concilium: cuius me-
 minit Liuius libro primo de bello Macedonico. In eo igitur concilio nouimus
 magistratum militum, id est Constabularium, Principis vbique Legatum in
 re quidem militari, primo loco inter magistratus sedisse, proximèque eum Câ-
 cellarium. Sed illius iam magistratus nomen sublatum esse videtur quo rari-
 diu respublica caruit. Itaque Cancellariatus summum est hodie honorum fasti-
 gium, vltra quod nihil sperare licet, homini quidem priuato & togato, quasi
 que quoddam summa quæque ambientis animi solstitium. Ab eo iam progres-
 sus nullus, sed qui se porro commouerit, regredi tantum potest. Restat ut ibi
*Cancellarius
qualis esse
debeat.* consistere, nec de gradu (ut dicitur) deici felicissimum esse putetur. quæ enim
 progredi nequeunt, ruina quadam retro ferè reuoluuntur. Proinde hunc qui
 norma est omnium iura reddentium, qui in omni ferme parte cõstituendæ rei
 publicæ Principis vicem implere aut certe obtinere creditur. Cuius ore facun-
 di reges moribus nostris esse solent: cuius oculis velut emissitiis circumspec-
 re omnia ac perlustrare creduntur, ne quid vsquam subsultet non suo loco po-
 situm: cuius auribus, ut dicitur, perpurgatis plenam ac iustam operam po-
 stulatoribus dare didicerunt. Qui caput est sanctioris interiorisque consilii
*Sanctius con-
siliium.* (Sanctius nunc appello consilium quod à nostris strictum appellatum esse di-
 xi: quo nomine Liuius libro quinto de bel. Maced. Aetolorum consilium esse di-
 cauit ex delectis atq; eximiis viris constans: quos Apolectos appellabant.) Hinc
Apolecti. denique qui, ut ita dicam, primus condus clementiæ benignitatisque prin-
 cipalis factus est, id est qui illius æquitatis officinæ, quam Cancellariam appel-
*Officina
æquitatis.* lus, liberam administrationem habet: qui morum legumq; regimen perpet-
 tuum recepisse videtur, (quod munus primus omnium Augustus Imperator
 tot nominibus eximium, multiplicis ac variæ prudentiæ fiducia subnixum esse
 se necesse est. In hoc vno acumen dialecticorum, sententiæ philosophorum, ver-

ba oratorum, memoriâ Iuriconsultorum, ingenium Portianum pariter ad omnia versatile, acre, impigrum, indefessum esse oportet. Huc omnia quæ ætas ista capit complecti & perdiscere conuenit: quæ modò ad instituendum excellentiumq; politicum virum valeant. Huic omnis antiquitatis memoria, & publici iuris auctoritas, & regendæ reipublicæ ratio & scientia, tãq; muneris huius materies quædam subiecta esse debent, quasiq; in numero condita. Hunc denique id auctoritatis esse oportet, cui omnes magistratus honorum suorum fasces submittere nõ indignentur. Permultum enim interest quis à quo magistratus geratur. Etenim idem honor pro maiestate cõtemptiue gerentis nunc sublimis & eximius esse: nunc, vt ita dicam, in ordinem cogi videtur. Quantos enim ex quantulis magistratus factos vidimus interdum gerentium eos virorum claritate: & vice versa eorũdem obscuritate? Cæterorum magistratuum imperium suis ac certis finibus circũscribitur: sub huius iure imperioq; omnes nostræ prouinciæ sunt, vt olim omnes erãt Romanæ sub Consulibus. Itaq; domũ eius rotius imperii Gallici conciliabulum quoddam atque adeo oraculum esse par est, veluti quandam iuris æquitatisq; vt diximus, officinam. Eius ianuam ac vestibulum omni postulanti, omnibus horis patere, nulli tamen hiare, id est a nullo quicq; poscere oportet. Immo verò non claudì, vt Romæ olim Tribunorum (si Plutarcho auctori grauissimo credimus) veluti perfugium ac portum disiectis & leges iurãq; implorantibus quæ ipse tuenda suscepit, vt diximus, aram atq; asylum iis qui contra vim aut improbitatem ius suum obtinere nequeunt. Hunc deniq; qui tantam, tam augustam personam ab optimo Principe impositam sibi sustineat: omnibus numeris grauitatis, constantiæ, seueritatis, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, integritatis absolutum esse virum, vnde cũq; delectum, vndiq; placentem, omniũ deniq; horarum hominem esse oportet. Earũque rerum seueritatem multis condimentis humanitatis comitatisq; comitigare. Non pridem enim atq; adeo haud ita dudum vidimus quem de cælo, vt aiunt, detraxit tetrica quædam prædurãq; seueritas: id est cuius præstantissimas virtutes & alioqui imprimis cõmendabiles, subinuisas mox nec satis populares reddidit truculentia quædam vultuum & sermonis. Nec tamen hæc omnia ad Stoicorum normam exigimus, vt eum prudentem queramus qui nõdũ inuētus sit, quasiq; mathematicũ quoddã specimen quod nõdum natura ediderit, id est quod intelligẽtia percipi, nõ oculis videri possit: & qui vel Ligurino Momo, vt est in proverbio, satisfacere videatur. Est em̃ est quatenus venia præstantissimis animis dari possit, si (vt sunt humana) vitium aliquod naturæ obreperit. Nec rursus ex quolibet ligno, vt aiunt, Mercurius fingitur. Hunc igitur eum esse volumus in quem bonorum suorum finem natura mira benignitate effuderit: qui (vt ita dicam) magistratũ, non qui magistratu donatus esse videatur. cuius vita censura sit, vt inquit Plinius, eãq; perpetua, ad quã cæteri magistratus dirigantur, ad quam ii conuertantur quibus non tam imperio opus est q̃ exemplo. Cuius tot tantãq; sint animi dotes, vt cuius esse plurimæ maximãq; videntur, profectitiq; illę quidem & domesticę, quas gratias vulgo vocant, non hominum peculiãres. Atqui eum qui heroico quodã animo prestare hæc omnia & possit & velit, pessime de sese mereri necesse est, perpetuũq; sibi amœniori vitæ atq; omnis hilarioris conuictus

Magistratus
a gerente vel
ignominiam
accipit vel
decus.

Mathematicũ
cũ naturæ
specimen.

Dotes animi.

Gratiæ.

exilium consciscere, sola innocentiae conscientia gloriaeque virtutis contentum.
 (Quis enim aut quando eo loco positus feriarum voluptariis rebus possit?)
 Quod qui sibi facere imperauerit, nae ille in caelum laudibus ferendus est. Neque
 vero periculum erit (ut arbitror) ne tanti non esse hoc praemium videatur
 viro ad veram germanamque gloriam nato: quae ipsa in sola virtutis comen-
 datione a sapientibus sita esse creditur. Ea est autem consentiens laus bono-
 rum, incorrupta vox bene iudicantium de eccellente virtute. Ea virtuti reser-
 nat tanquam imago, ut inquit Marcus Tullius. Hic est enim vnus omnium ma-
 gistratus cuius res in vtraque parte gestae minime in tenebris latere aut quo-
 quo modo abditae esse possint. Quippe qui in luce occidentis, in oculis cla-
 rissimae omnium provinciae, id est Galliae, in auribus tot tantarumque gentium sit
 positus, id est finitimarum nobis, aut etiam ad quas fama nostri peruenit. Est
 igitur est plane cur homini ab amcenitatibus vitae & festiuore victu non ab-
 horrenti, emigrandum ex ingenio suo sit (ut dicitur): est cur alius, ut ita di-
 cam, induendus homo sit. Qui si se veluti in medio amplissimi imperii thea-
 tro positum, omnibus conspicuum esse secum reputauerit, ad spectaculum
 coeuntibus non modo indigenis sed finitimis etiam & vltioribus, nimirum
 nullum habitum absurdum, nullum motum inconcinnum, nullum flexum
 indecorum ediderit. Antigonus Rex cum filium Demetrium cum magnis co-
 piis ad liberandam seruitute Graeciam mitteret, dixisse fertur (auctore Plu-
 tarcho) gloriam rerum egregie gestarum, e Graecia tanquam e specula ignem,
 per orbem terrarum conspicuam emicare. Haud alio modo famam rerum in
 aula gestarum, ut e specula praenuncios ignes quoquouersus latissime pertine-
 re dixerim. Huic porro non modo optimatibus atque sibi, id est conscientiae in-
 seruiendum est: & sibi & musis canendum, ut dicitur, sed etiam populo &
 scenae, id est multorum existimationi quantum per naturam rerum licet. Ar-
 duum sane opus & alioquin etiam intractabile, seuerum & popularem esse. Su-
 percilium aduersus delicta aulicorum distringere. Impotentissimis coeptis
 quorundam opibus atque aulicis factionibus praepollentium obsistere. Princi-
 pem ita nonnunquam aut alio vehementiore affectu percitum demitigare, & (ut
 verbo Ciceronis utar) molli articulo tractare, caute & circumspecte fortem &
 intrepidum cum opus est ita esse ne fortitudo in neruum erumpat, ut inquit
 Comicus. ne si immani illa & Stoica integritate utatur, nec vnquam procellis tem-
 porum cedendum esse putet, extemplo a gubernaculis deiectus reip. nauem tur-
 binibus factionum auferendam relinquat, veluti e littore publicum naufragum
 securis oculis inspectaturus. postremo in comitatu regio philosophicum ani-
 mum, integrum ac sartum, ut dicitur, & tectum ab insidiis assentatorum, ab
 obreptionibus versutorum, a formidine potentiorum aulica terricula nonnunquam
 intetantiu, conseruare. Mira enim blandimenta genuit aulici victus ratio, quibus
 praestantissima etiam virtus saepe consopita coniuere visa est. Adde quod (ut inquit
 Brutus) durior est conditio spectatae virtutis quam incognitae. Benefacta enim ab ea
 pro debitis exiguntur: quae aliter eueniunt, ut decepti infesto animo reprehendantur.
 Vna ad hoc cautio, ut arbitror, si vnde surrexerit assidue meminisse, vnde
 casurus sit si sibi ignoscere coeperit, animo praesentiscere possit. Sed vereor ne
 qui littus legere scribendo instituerat, interim rerum dulcedine captus auferat.

Gloria in
virtute.

me in altum non sentiam. Cautius enim, vt arbitror, fecissem si Timanthis nobilis pictoris exemplum secutus essem. Qui (vt Plinius Fabiusq; tradiderunt) cum in tabula Iphigeniæ immolatae, Agamemnonis patris dolorẽ exprimere penicillo arbitrato suo non posset, velauit caput eius, vt q̄ maximũ mœrorem vniuscuiusq; animo æstimandum relinqueret: sic ego fortasse ea quæ stilo asse qui nequeo, melius velo quodam silentiĩ contexissem.

Ex titulo, de officio Præfecti vr̄bis.

Et ideo forum suarium. Forum suarium, inquit Varro libro primo de lingua latina, in quo sues venduntur: vt boarium, in quo boues: & piscarium olitoriumq; in quo pisces oleraq; . sicut forum cupedinis in quo cupedinarii negociantur. Quæ omnia, inquit, in vnũ locum cõtracta postq̄ ædificatus est locus, appellantur macellum. Forũ cupedinarium Parisiis Cossonaria vocatur, vbi lepusculi, cuniculi, perdices, phasiani, & alię id genus delicię epularũ vneunt.

Forũ suariũ.

Macellum.
Forum cupedi-
dinarium.

Ex titulo, de officio Quæstoris.

Ex Quæstoribus quidam solebant prouincias sortiri. Quæstoris appellatio apud antiquos latissime patebat. Tacitus lib. xi. lisdem Consulibus Publius Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandũ pecunia eorũ qui Quæsturam adipisceretur. Apud maiores virtutis id premiũ fuerat, cunctisq; ciuiũ, si bonis artibus fiderent, licitũ petere magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur, quin prima iuuenta Cõsularis ac Dictaturas inirent. Sed Quæstores Regibus etiam tum imperantibus instituti sunt, mansitq; Consulibus potestas deligendi donec eũ quoq; honorem populus mandaret. creatiq; primũ Valerius Posthumius, Aemilius Mamercus, anno. lxxiii. post Tarquinius exactos, vt rem militarem comitarentur. Dein gliscientibus negociis duo additi qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus stipendiaria iam Italia & accedentibus prouinciarũ vectigalibus. Post lege Syllæ viginti creati supplendo Senatuĩ cui iudicia tradiderat. Et q̄q; equites iudicia recuperauissent, Quæstura tamẽ ex dignitate candidatorũ aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec sententiã Dolabellæ velut venundaretur. Ex his verbis apparet Quæstores variũ generis fuisse. Ii igitur quos Vlpianus dicit prouincias sortiri solitos, comitadẽ rei militari primum creati fuerũt. cum Imperatoribus enim populi Romani mittebantur, id est cũ Consulibus & Prætoribus, ad administrandam rem pecuniariam, & prẽdam ac manubias in rationes publicas referendas, vt videre est apud Liviũ multis locis. Pro iis habemus hodie thesaurarios bellicos. Propterea magna esse necessitudo putabatur instituto antiquorũ Quæstorĩ cũ Imperatore suo: cũ quo comunẽ prouinciã sortitus erat, & discrimina bellica obibat. Cicero in Diuinatione, Sic enim à maioribus nostris accepimus, Prætorẽ Quæstorĩ suo parẽtis loco esse oportere: nullam neq; grauiorem neq; iustiorẽ causam necessitudinis posse reperiri, q̄ cõiunctionẽ sortis, q̄ prouinciã, q̄ officiũ, q̄ publicã muneris societate. Quamobrem si iure possis eum accusare, tamen cum is tibi parentis numero fuisset, id pie facere non posses. Meminit etiam in libris de Oratore, & Plinius ad Fundanũ libro quarto Epistolarũ. Quemadmodum autẽ in castris præ-

Quæstores.

Varia generi
ra Quæstorũ.

Necessitudo
Quæstoris
prouincialis
cũ Prætorẽ
aut Cõsule.

Prætorĩ.

Quæstorium torium dicebatur Prætoris tabernaculum : sic etiam quæstorium Quæstoris.
 Liviùs libro decimo, Itaque captum quæstorium, Quæstorq; ibi Panfa occisus.
 Cicerò pro Plancio, Theſſalonicam me in quæstorium perduxit. Hi autem
 Quæstores, lictores & vestem & insignia quæstorìa habebant : quod Cicerò
 ibidem ostendit his verbis, Nam simul ac me Dyrrachium attigisse audivit
 Plancius, statim ad me licitoribus dimissis, insignibus abiectis, veste muta-
 ta profectus est. Et paulo post, Vi me inquam Plancius & complexu suo retie-
 nuit, multosque menses à capite meo non discessit, abiecta quæstorìa persona
 comitisque sumpta. Quibus verbis exprimitur affectus Plancii exilio Cicerò-
 nis amici condolentis. Asconius in Divinationem, Hæc erat, inquit, prima
 Senatoris administratio Quæstorem fieri : & in provincia curam gerere pub-
 licæ pecuniæ in vsus diuersos erogandæ. Inde Cicerò in Prætura urbana,
 Ne diutius teneam, inquit, pecuniâ attributa numerata est, profectus est Quæ-
 stor in provinciam, venit in Galliam expectatus ad exercitum consularem
 cum pecuniâ. Qui autem Urbani Quæstores erant, ii ærarium curabant, eiusq;
 pecunias expensas & acceptas referre in tabulas publicas consueverant. Pro-
 iis nunc Præfectos ratiociniorum habemus, quos magistròs computorùm di-
 cimus. Valerius libro secundo, cap. tertio, de lege triumphii loquens, Cæsar
 rum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adi-
 torio fulta est: quam L. Marius & M. Cato Trib. ple. tulerunt. Pœnam enim
 Imperatoribus minatur qui aut hostium occisorum in prælio aut amissorum
 ciuium falsum numerum literis Senatui ausi essent referre. iubetque eos cum
 primum urbem intrassent, apud Quæstores Urbanos iurare de utroque nu-
 mero vere ab iis Senatui esse scriptum. Hi autem Quæstores signa ex ærario
 promebant exeuntibus ab bellum Consulibus aut aliis Imperatoribus. auctor
 Liviùs libro septimo. Iis ærarii curam Augustus abstulit. Tranq; in eodem
 Aug. Auctor etiam fuit vt cura ærarii à Quæstoribus urbanis ad Prætorios
 Prætoresve transiret. Tacitus in. xiiii. de Nerone loquens, Deinceps curam ta-
 bularum publicarum à Quæstoribus ad Præfectos transtulit, varie habita ac sepe
 immutata eius rei forma. Nã Augustus permisit Senatui deligere Præfectos.
 Deinde ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero Prætorum qui
 præessent: neq; id diu mansit, quia fors deerrabat ad parum idoneos. Tunc
 Claudius Quæstores rursus imposuit. iisque ne metu offensionum segnius cõsule-
 ret, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur ætatis eum primò magis-
 tratum capessentibus. Igitur Nero Præfectura perfunctos & experiētia proba-
 tos delegit. Quæstores ærarios hodie vocare possumus eos quos mulctarios
 id est emedarum receptores vocat. vnde homines ærarii de quibus alibi diximus,
 qui à Græcis ὄφροντες dicuntur, & ἐρημιωμυδοί. Tacitus libro. xiiii. Censuit Piso
 designatus Consul ne mulctam a Tribunis dictam Quæstores ærarii in publicas
 tabulas ante quatuor menses referrent : medio temporis contradicere liceret:
 deq; eo Consules statueret. Apud antiquos Quæstores ærarii qui & Quæstores
 urbani dicebantur, munera multa obibant, pro quibus nunc Præfectos ratiocin-
 iorum, vt diximus, & receptores mulctarios habemus, diuersissima nunc munera.
 Erat enim alia prorsus ratio apud eos ærarii administrandi atq; nunc apud nos.
 Pecunia enim publica vno in loco cõdita erat, quod ærarium dicebatur, quam

Quæstores
 Urbani.
 Præfecti ratiociniorum.
 Memorabilis lex.

Quæstores
 ærarii.
 Homines
 ærarii.
 ὄφροντες.
 ἐρημιωμυδοί.

Ærarium.

Tribuni ærarii cum opus erat promebant. Nunc autem priuatim afferuatur priuatimque ratio eius constat. quò fit vt ærarium nostrum dispersum in potestate sit paucorum. Hæc autem quæ antea de antiquitate Romana diximus, quæque posthac dicturi sumus, de tempore aut reip. Romanæ aut monarchiæ eius intelligi volumus, quæ Constantinum Principem antecessit. Quæ enim in nouissimis libris Codicis leguntur, nihil fere antiquitatis redolent: a Græcis enim sumpta sunt, & ob id magna ex parte non intelliguntur auctorum eius temporis penuria. Cæterum Imperatores exercituum ex prouinciis decedentes rationes suas ad ærarium referebant, id est computos reddebant vt nunc loquimur. Cicero in Pisonem, Rationem ad ærarium retuli continuo Cæsar, sicut lex tua iubebat, neque alia vlla in re legi tuæ parui. Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus q̄ mihi literas profuisse. Ita enim sunt perscripte scite & literate, vt scriba ad ærariū qui eas retulit perscriptis rationibus ipse caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit: ratio quidem hercle apparet, argentum decòctum cœchetæ. Quem locum nos (vt arbitror) primum restituiimus. In omnibus enim exemplaribus legitur argentum & doctum thecæ. Verba sunt Plauti in Trinummo a Cicerone per parodiam in orationem illam suam traducta: hoc sensu, ratio quidem comparet, sed reliqua non extant. cœchetæ, abiit excessit nō extat. Verba sunt enim Pisonis ex prouincia reuersi significantis rationes se optime confecisse, sed reliqua consumpsisse: ita se cum rationibus paria facere non posse, vt Columellæ verbo vtar. Erat autem ærarium in æde Saturni, vt auctor est Macrobius in pri. Saturn. Cuius rei hanc rationem affert. Aedem verò, inquit, Saturni Romani ærarium esse voluerūt, q̄ tempore quo incoluit Italiā fertur in eius finibus nullum esse furtum commissum: aut quia sub illo nihil erat cuiusq̄ priuatam, Nec signare solum aut partiri limite campum Fas erat, in medium quærebant omnia. Meminit & Plutarchus in Probl. Eò autem Senatusconsulta deferebantur. Tranq. in Claudio, Collegio Quæstorum pro stratura viarum gladiatorum munus iniūxit, detractaque Hostiensi & Gallica prouincia curam ærarii Saturni reddidit. quam medio tempore Prætores aut vtique tunc Prætura functi sustinuerāt. Aerariū etiā apud Athenienses cella erat post ædem Mineruæ, ob id Opisthodomus dictū, vt apud Demosth. τὸ πρὸς οὐράζεις. De ærario ita inquit Plutarchus in Publicola, In quæstoria etiam lege ferenda maximam est laudem consecutus. Vbi enim opus erat ad bellum pecunias pro facultatibus ciues conferre, nec neque ipse id munus obire vellet, & ab eo obeundo amicos deterreret, nec omnino publicas pecunias priuatam in domum inferri æquum duceret: ærarium Saturni ædem constituit, itaq; hodie manet. Præfectos autem ærarii hodie, vt arbitror, vocare possumus quos Generales finantiarum dicunt: qui etiam Quæstores vocitari possunt: quod munus olim Prætores Prætorique viri obibant. Tribunos vero ærarios quos receptores generales appellant, vt statim ostendemus. Coactores dicebantur, qui nunc receptores particulares, vt apud Tranq. in Vesp. & Ciceronem pro Cluen. Et coactio argentaria pro ipso munere cogendi pecunias. Ἀρδένται à Græcis dicuntur. Aeschines ἡρχορ δὲ τῶν ἁρδέντων ἀρχαίων. Vtitur & Demosthenes κατὰ τιμονατάς. In titulo de defensoribus ciuitatum, Cod. Susceptores vocantur, ex imitatione græci vocabuli.

Codicis librè
à Græcis,
etc.

Referrè rã
tiones ad
ærarium.

Locus apud
Ciceronem
restitutum.

Aerarium in
æde Saturni.

Ὀπισθόδομος

Præfecti
ærarii.
Quæstores,
Tribuni
ærarii.
Coactores.

Ἀρδένται

Susceptores

Antigraphæi ratio. **Antigrapharii.** **Custodes.** Eorum autem obseruatores quos nunc contrarotulatores dicunt, *ἀντιγραφεῖς*, dicebantur à Græcis: atque eorum *ἀντιγραφαί*, quasi contrascripta. Nos anti-
grapharios appellare possumus & custodes. Demosth. contra Androcionem,
ἕκαστος ἀντιγραφῆς ἐμελλεν ἔσεσθαι τῶν ἐπισημούντων, Vnusquisque, inquit, futu-
rus erat antigraphæus eorum qui in publicum conferebant. Hos Cicerō cur-
stodes appellat in Oratione pro .I. Agraria contra Rullum, & de reditu suo,
Et Vlpianus in. l.iii. de administ. tutorū. De antigrapho Aristoteles in Polit.
*τὰ μὲν οὖν μὴ κλέπτειν τὰ κοινὰ ἢ πρὸς ἀδίκους γινέσθω πρὸντων τῶν πάντων ἢ πρὸς τῶν
τῆς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ φρατρίας ἢ φυλᾶς ὑπέσθωσαν*, Ne igitur interuertantur (inquit Aristo-
teles) pecuniæ publicæ, institui oportet vt palam omnibus ciuibus tradatur,
antigraphaq; earum fiant per phratrias & tribus singulas, id est phratriarū
tributumq;. Sunt autem phratriæ apud Aristotelem (vt id obiter dicam) con-
uentus quidam hominū aut etiam conuenticula quasi pagi, propria sibi sacra
peculiarīaq; communiter habentium, ab eo dicta phratriæ q; communi puto
vtantur, quod græce *φρατρίας* dicitur. Quo nomine primū quas confratrias ho-
die dicimus, id est communem quandam religionem, appellatas esse puto: non
autem ab eo q; fratres sint illi inter quos cultus ille sanctorum quorundam in-
tercedit. Phratores autem græce dicuntur, id est eiusdem phratriæ vt tribules.
hodie epulones coepulonesq; dici fortasse possunt, vt qui plerūq; epulandi ma-
gis q; cultus diuini gratia conueniant more gentiliū epulonum. Sed redeun-
tum ex diuerticulo in viam. Quos hodie Thesaurarios dicimus Francia, Prae-
fecti fisci appellari possunt. Differt enim fiscus ab ærario. Aerarium dixerunt
pecuniam publicam & imperii: fiscum vero pecuniam Imperatoris, quam æro-
manium dicimus: quod verbū a fisci dictū est, id est sportulis, vt docet Alce-
nius his verbis, Sportæ sportulæ sportellæ munerum sunt receptacula. Sacci
fiscinæ fiscellæ sparteæ, sunt utensilia ad maioris summæ pecuniæ capiendas.
Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ q; priuata, factum est vt fiscus
pro pecuniā publica, & inde confiscare dicatur. Haftenus ille. Fiscus & pri-
uata ratio idem sunt, vt satis significat Alexander Augustus in .I. procurator.
C. de edendo: licet Accursius aliter censuerit. Vlpianus in. l. secunda, ne quid in
loco publico fiat: Res, inquit, fiscales quasi propriæ & priuatae principis sunt,
Strabo de Aegypto prouincia loquens sub Augusto, Qui verò rector, ne quid in
quit, prouinciā mittitur, is vicem principis obtinet: sub eoque est is qui dicitur
cæodotes dicitur, id est iura reddens & iurisdictionem habens: in cuius pote-
state sunt iudicia. Est & alius magistratus qui priuata ratio dicitur, earū res
rum indagator & explorator quæ assertorē nullum habent, quasi nullius do-
minio mancipatæ (a Græcis adespota dicuntur) & earum omnino rerū quæ
in Cæsarem recidunt. *ἄλλο δὲ ὄνομα ὁ πρὸς ἀρχὴν ὀμνῶν ἰδίου λόγου, οἱ τῶν ἀδελφῶν
καὶ τῶν ἐς καίσαρα ὡμίλητον ὀφειλόντων διέταξις ὄσι*. Fisci hodie Questores & coacto-
res pecuniā publicam deferunt, binos fiscos singulis clitellariis equis imponen-
tes. Cicerō in Ver. Acti. pri. Reperiebam fiscos complures cum pecunia Sici-
liensi à quodam Senatore ad equitem Ro. esse translatos. Ex iis quasi decem
fiscos ad Senatorem illum relictos esse comitiorum nomine. Post tēpora autē
Ciceronis fisci nomen ad eam significationē traductum est qua nunc vti-
mur.

Antigraphæi ratio.
Antigrapharii.
Custodes.

Phratriæ.

Confratriæ.

φρατρίας.
Epulones.
Coepulones.

Praefecti fisci.
Fiscus.
Aerarium.

Confiscare.

Dicæodotes.

Priuata ratio.

Vnde fisci aduocatus dictus, ab Adriano primū institutus. Asconius tria pen-
 sationū genera apud antiquos fuisse dicit, canonem, oblationem, indictionē:
 vt sit hodie Canon, quod Domanium dicitur, vt portoria, vectigalia, & huius-
 modi. Oblatio, quæ auxilia nunc dicimus, vt octaua vini heminatim diuenditi,
 & vicesima eius quod cuppatim culeatimq; venit, reliquarūq; mercium, quæq;
 à solidariis negociatoribus veduntur, quos grossarios appellant: quæq; à mi-
 nutariis & venditoribus qui & propolæ dicuntur, hoc est non sua vendentes,
 sed a negociatoribus emptitata pluris postea venditantes. Indictio est quam
 Taleam vocamus, antiqui collationem vocabant, Cicero etiam collectā dicit,
 Græci ἔργων appellant & συμβολῶν. Hodie igitur coactores canonarios, obla-
 tionales, indictionales, & fiscarios, & ærarios, aliisq; nominibus appellare licet
 latine loquentibus. Sed de ærariū fisciq; differētia exemplum est apud Tranq.
 in Aug. Tertio, inquit, volumine confecit breuiarium totius imperii, quantum
 militum sub signis ubiq; esset, quantum pecuniæ in ærario & fisci & vectiga-
 liorum residuis. Plinius in Panegyrico, At fortasse nō eadem seueritate fiscum
 qua ærarium cohibes? immo tanto maiore quanto plus tibi licere de tuo q̄ de
 publico credis. Et paulo post, Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur
 fisci, cuius mala causa est nunq̄ nisi sub bono Principe. Meminit & Spartia-
 nus in Adriano. Breuiarium autem in proximo Tranq. exemplo id volumen
 est ferme aut libellus quem statum generalem vocamus, quo singulis annis
 Princeps tam de ærariū pecuniā quam de fiscali statuit quid eo anno fieri velit:
 quam summam instrumento ministeriōq; omni aulico expensam ferri placeat.
 argentariam nunc & officiales domesticos vocant. quam etiam rei militari
 attribui, quam stipendiis, quam liberalitatibus, quam venatico apparatus, quā
 auxilio equitiōq; id est falconariæ scutariæq; vt verbis nostris loquar (dici etiā
 potest accipitraria ratio) quam denique in euentus varios & ad incerta rerum
 casuūq; (quo nomine præfecti ærariū immaneis summas suæ potestatis faciūt)
 in legationes dimittēdas admittēdasq; atque etiam in lautiam destinari. Sic
 enim appellantur munera & xenia quæ legatis exterarum gentium dono mī-
 tuntur. Plutarch. in Proble. Romanis, ἑκαλῆτο δὲ λαύτια τὰ περιπόρωνα τῆς προσόδου
 ἔπειτα. Lilius libro octauo secundi belli Punici, Aedes libera loca lautia lega-
 tis decreta. Alibi, Libera loca lautia legatis decreta. Et libro vigesimo octauo,
 Lautia & locus legatis præberi iussa. Lautia igitur appellatione continetur ea
 pecuniā quæ in legationes suscipiendas quouis modo consumitur. In eo etiam
 breuiario Princeps anniuersaria constitutione stipendia quædam augeri, quæ
 dam circūcidi, quæ dā expungi eradiq; iubet. Vnde erasi appellati à Plinio in
 Panegy. quos extra statū positos dicimus. Ex quo velut archetypo quini quot
 annis veluti traduces ducuntur. quorū vnū Præfecti fisci cōmunē inter se sumūt:
 reliquos Præfecti quatuor ærariū habent, suū quisq; cū suo Tribuno cōmunē.
 Ex quibus rursus secundaria quædam breuiaria coactoribus prouinciæ suæ fa-
 ciūt, in quibus attributas prouinciæ suæ pecunias variis nominibus expēsant,
 vt Plautino verbo loquar. Nomina nunc intelligenda sunt capita breuiariū id
 est rationis argentariæ, tituliq; earū rerum & huiusmodi quas paulo antè enu-
 merauimus: quibus expensæ pecuniæ feruntur. Ex his autē veluti subbreuiariis
 fiunt rursus quæ pycetacia breuiāq; dicuntur & breues, vulgo nostri borderel

Tria pens-
 tionū ges-
 nera.

Solidarii.
 Minutarii.
 Veditatores.
 Propolæ.

ἔργων

συμβολῶν

Canonarii.

Oblationa-

les.

Indictiona-

les.

Collatio.

Collecta.

Breuiarium

principale.

Instrumentū

aulicum.

Auitium &

Equitium.

Lautia.

λαύτια.

Erasi.

Secundaria

breuiaria.

Nomina.

Pycetacia.

Breuiaria.

Breues.

Attributa pecunia. Assignatio.

Aes militare

Tribuni ærarii.

Lex Aurea lia.

Aerati. Oberati. Tribuni ærati.

Quæstores candidati.

Candidati Principis.

los appellant, id est cōmētariolos summā rerū cōtinētes. Cuius significatiōnis exēpla sunt in. l. Actuarii, & l. iubemus, & l. excellentia, de erogatione militaris annonæ libro duodecimo Codicis. *πυκτὰς καὶ πυκτῖα*. Græci vocant. Attributa autē pecuniæ ab antiquis dicebātur quas nūc assignationes latino verbo dicimus. Var. lib. primo. de lingua latina, Tributum, inquit, dictū a tribubus, q̄ ea pecunia quæ a populo imperata erat, tributim à singulis proportione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, attributum dictum. Ab eo quoq; tributum erat, æs militare dictū. Cicero in Præ. vrb. Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est, profectus est Quæstor in provinciā. Quæ verba exponēs Asconius, Pecunia, inquit, attributa est quæ in stipēdiū militū de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Quæstori solet. Cicero in Pisonem, Nōne sestertium centies & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? Erat igitur proprie attributa pecunia ea quæ Imperatoribus ad provincias eūtib; assignabatur. Sed in quodcūq; negocium assignetur, attributum hodie vocari potest. Tribuni igitur ærarii secundum Asconium ea munera obibant quæ nūc generales receptores obeunt, attributam pecuniam Quæstoribus provincialibus adnumerantes ex ærario promptam. Secundum Varronem n̄ erant qui militibus ipsis protinus adnumerabant, qui nunc Thesaurarii sunt bellici. Hæc igitur diuersis temporibus varie constituta fuerūt. Tribuni autem ærarii lege Aurea cum Senatoribus equitibusq; iudicabant, id est iudicia publica exercebant, vt auctor est Asconius in Diuinationē Ciceronis. Vnde Cicero ad Atticum quadam episto. de Clodiano iudicio tanq̄ corruptissimo loquens, Vt primum, inquit, iudices confederunt, valde diffidere boni cœperūt. non enim vnq̄ turpior in ludo talaris confessus fuit. maculosi Senatores, nudī equites, Tribuni non tā ærarii q̄ vt appellātur ærati. Aeratos Tribunos Cicero pro obæratīs dixit, id est ære alieno obrutis. Gallia vero memoria nostra alterius generis æratos, huiusmodi Tribunos omnesq; argentariam factitantes semper habuit, id est bene nummatis. Quæstores etiam orationes epistolāsq; Principum in Senatu recitabant. Tranq. in Nerone, Orationes ad Senatum missas præterito Quæstoris officio per Consulem plerūq; recitabat. Idem in Tiro, Vt orationes etiā recitaret Quæstoris vice. Tacitus libro decimosexto, Oratio Principis in Senatu per Quæstorem eius audita est. Nemine nominatim commpellato Patres arguebat q̄ publica munia desererent, eorūq; exemplo equites Romani ad segnitiam verterentur. De Quæstoribus candidatis Lamprid. in Alex. Quæstores, inquit, candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed vt post Quæsturam Præturas acciperent, & inde provincias regerent. Aerarios verò instituit, qui de ære fiscī ederent munera eaq; parciora. Fuerunt autem & alii qui candidati Principis aut Cæsaris potius dicerentur, non Quæstores quidem, sed quicūq; candidati, id est magistratuū petitores in comitiis. Tranq. in Aug. Quotiens magistratuū comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circuibat supplicabatq; more solenni. Ferebat & ipse suffragium in tribus vt vnus è populo. Candidatos Augusti Tranq. appellat eos petitores quos ipse populo commendabat, & quibuscum singulos ex more ambientium pręhensabat, ciuilem personam assumens interim, & principis deponens.

tanq̄ princeps non esset. Inde iocus ille apud Quintil. in sexto, iungitur, inquit, amphibologiæ similitudo, vt Aug. Galba, qui pilam negligenter petenti, Sic, inquit, petis tanquam Cesaris candidatus. Nam illud petis ambiguum est, securitas similis. Cesaris autem candidati propterea negligenter petebant ambibantq̄ (quod brigare vulgo dicunt) quod Principum commendationem non frustra futuram confidebant. Nostro tamen seculo Principis candidati, id est pontificatus aliq̄ primi nominis sacerdotia ambientes, non negligenter petunt. Cum literis enim Principum satis per se imperiosis, legationes etiam vniq̄ expediendas ad collegia sodalium quibus legendi ius est, id est ad comitia sacerdotum curant nonnulli: emissariosq̄ eblandiendis suffragiis, ac mancipis etiam (si res ita tulerit) redimendis allegant, homines ad vnguem factos, duntaxat quod ad hoc artificium attinet. Qz si hæc quoq̄ frustra sint, sunt qui ad validiora machinamenta quasi ad sacram (vt dicitur) anchoram cõfugiãt, literis Principi expalpatis supera infera territantes, intra quas inuolutum paracletum inuolutum esse homines cauillantur. Quæstor etiam quæstorq̄ dicebatur Prætor qui publicis iudiciis præerat; de quo sæpe diximus, Virgil. Quæstor Minos vnam mouet.

Prouerbiũ.

*Petere.
Ambire.*

*Quæstor.
Quæstor.*

Ex. l. obseruare, de offic. Proconsulis.

Hoc etiam eum obseruare oportet, vt per eam partem prouinciã ingrediãtur per quam ingredi moris est, quam Græci appellãnt. In annotatiũculis Politiani manu scriptis hunc locum ita legi, Et quas Græci *ἰπιδημίας* appellãnt, siue *κατάπλους* obseruare. Quæ verba hoc significant, & quas Græci epidemias appellãnt, id est accessus. Est enim epidemia accessus ad ciuitatem aliquã obseruari plerũq̄ solitus. Siue cataplum obseruare, id est portum ad quem plerũq̄ Proconsules applicare solent. De maritimo enim terrestriq̄ accessu Iulianus loquitur. Et paulo post, Rescripsit Procõsuli necessitatem impositam per mare Asiam applicare & primã attingere. Legendũ pro more Asiam applicare. *καὶ τῆς μητροπόλεως Ἐφεσῶν* primã attingere, & metropoleon Epheson primã attingere. Plinius ad Traianum cum ipse in prouinciã iret, Quia confido domine ad tuã curã pertinere, nuncio tibi me Ephesum cũ omnibus meis *ὑπὲρ μαλέων* nauigasse. Ephesus vrbs erat Ionix clarissima, vt est auctor Stephanus de Urbibus. Plinius libro quinto de Asia loquens, Smyrnegum conuētum magna pars Aeolię frequentat. Ephesum alterum lumen Asia remotiores conueniunt Cesarieñ, metropolitã, Cilbiani, inferiores & superiores Mysomacedones. Ephesi igitur conuentus erat, id est summa iurisdictionis Ionix. Metropolis autẽ dicitur vrbs ex qua colonix deductę sunt, quales multę Athenis & ab vrbe Rom. Sic enim se habet metropolis ad coloniã, vt mater ad filiã, id quod illo Thucydidis loco manifeste declaratur, *Ἄρκικια δὲ ἢ πάρα τῆς ἀμῆ τῆς μητροπόλεως ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριῶται*, Colonia, inquit, beneficio quidẽ affecta honore metropolin suã prosequitur: iniuria autẽ affecta, ab ea alienatur. Metropoleis (inquit Sudas) dicuntur quæcunq̄ ciuitates colonias deduxerũt. Non igitur metropoleis à mensura dicuntur urbium, vt Gratianus verbis Isidori dixit distinct. xxi. alioqui primã breuem natura haberet, cum habeat longã. Melius igitur illud dictum est distinctione. lxiij. ad episcopi electionem sufficere ecclesie matricis arbitrium. Matrices enim vrbes latine dicuntur quas Græci me-

*ἰπιδημίας
κατάπλους*

Metropolis.

*Matrices
vrbes.*

Ortygometra.
Tettigometra.

Recte atq;
ordine facere.

tropoleis appellant. Inde Ortygometra, id est coturnicum matrix, & Tettigometra cicadarum, & similia nomina quæ legimus apud Plinium & alios. Transquil. in August. Ex ea arbore continuo nata soboles adeo paucis diebus adoleuit, ut non æquipararet modo matricem, verum etiam obtegeret. Matricem arborem dicit ex qua stolones succreuerunt. Fuerunt etiam vrbes proprio nomine sic appellatæ, quas Stephanus enumerauit. Cæterum quod paulo antè in hac lege dicitur, Recte autem atq; ordine faciet si edictum decessori suo miserit: verba sunt certè cuiusdam significationis quibus Senatus vti solebat interdum cum absolute commendare res alicuius gestas volebat. Cicero Philipp. quinta: Quamobrem his verbis patres conscripti Senatuscons. faciendum censeo, Cum D. Brutus Imperator Consul designatus prouinciã Galliam in Senatus populiq; Ro. potestate teneat: Cùmq; exercitum tantum tam breui tempore summo studio municipiorum coloniarumq; prouinciæ Galliæ optime de re publica meritisq; merentisq; conscripserit: id eum recte & ordine exq; repub. fecisse. Et rursum vndec. Quintum Hortensium Proconsulem recte atq; ordine exq; repub. fecisse. Et itidem in tertiã ubiq; Senatusconsultorum verba concipiens.

Ex. I. solent, Quantum vero ad xenia pertinet.

Xenia.

Lautia.

Xenia.

Hospitalia.

Hospitalia priuata.

Legendum Xenia. Politianus autem hunc locum in Miscel. ex Pandectis Florentinis ita legit: Vetus prouerbiũ est, οὐκ πάντα, ἔτι πάντων, ἔτι καὶ πάντων, id est nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Xenia autem dona sunt hospitibus dari solita. Martialis librum alterum distichorum, Xenia inscripsit. Libro etiam Maccabæorum pri. vndecimo cap. enenia corrupte pro xenia legitur. Hic autem error inualuit à similitudine verbi enenia quod Ioannis, & legitur. Apuleius xenium munus hospitale appellat. Demosth. καὶ φιλοφροσύνης Xenia appellat dona quæ à Philippo Rege Legatis Atheniensium donabatur. Lautia à Romanis vocabatur, ut paulo antè diximus. Volens autè Philippus Legatos Atheniensium corrumpere donis, xenia splendidissima eis mittebat: quod Demosthenes vnus ipse Legatorum cauere volens, orare cœpit Philippum ut iis xenias captiuos Atheniensium redemptos Legatis dono mitteret, καὶ φιλοφροσύνης ἡγεῖσθαι ὡς ἡμῖν ἐδίδας ξενίων τέρας λυτῶν. Propterea falsæ puerisq; legationis Aeschinẽ collegatũ in simulã, xeniorum eum obtentu corruptum esse à Philippo donis ingentibus dicit, ξενία δὲ πρὸς φιλοφροσύνης, Xeniorum, inquit, color à Philippo donatus est. Hoc est autè (ut arbitror) quod Vlpianus significare his verbis voluit. Sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem, hoc est munusculorum prætextu quæsito non sunt aucupanda munera quæ sumptu onerare prouinciales possint. De xenias Vitru. lib. vi. ita inquit, Nã cum fuerunt Greci delicatiores & opulentiore à fortuna, hospitibus aduenientibus instruebant triclinia & cubicula & cum penu cellas. primòq; die ad cenã inuitabant, postero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquasq; res agrestes. Ideo pictores ea quæ mittebantur hospitibus picturis imitantes Xenia appellauerunt. Ita patressa in hospitio non videbantur esse peregre, habentes secretã in hospitalibus libertatem. De huiusmodi hospitalibus loquitur Vlpianus in. l. si vero, infra de iis qui deiecerunt. Erant autè hospitalia priuata apud antiquos, quæ magna erat necessitudo, propterea hospitium per sepe pro amicitia ponitur. Fuit autem antiqui mor

ris tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicumque attulisset ad hospitem, continuo agnosci posset, & hospitio accipi tanquam amicus & vetus hospes. Hoc autem ius necessitudinis ad posteros transibat. Propterea tesseram hospitalem diligenter obseruabant. Plautus in Pœnulo, Deum hospitalem & tesseram mecum fero. Qui autem ius hospitii violabat, is tesseram hospitalem confregisse dicebatur. Idem in Cistel. Abi quærere ubi tuo iureiurando satis sit subisti, hic apud nos iam fidei confregisti tesseram. Deus autem hospitalis dicitur quem hospites inuocabant si quando hospitium violaretur, qui Iupiter Xenius dicitur. quemadmodum amici φίλιον Iouem inuocabant, & sodales ἑταίρους, & gentiles id est cognati ὁμόγειους, & qui eiusdem phratriæ erant φρατρίους, & fœdere coniuncti ἐνόρκειους quasi iurisiurandi vindicem. Si quem igitur contra ius hospitii pœnituisset renunciare hospitium solebat, ne hospitii ius violaret. Cicero in Verr. Acti. tertia, Itaque iste vehementer Sthenio infensus hospitium ei renunciat. Et apud Liviū libro quinto secundi bel. Pu. Badius ciuis Campanus Quinto Crispino Romano in conspectu duorum exercituum hospitium renunciasse solenniter perhibetur, ut cum eo hostili animo cōgredi posset. Erat autem sanctissima hospitii necessitudo, ut ipse paulo post inquit. Hospitium autem publice interdum contrahebatur, quæ græce proxenia dicitur. Liviū libro quinto de Timasitheo quodam Liparēsi qui Legatos Romanorum Delphos profecutus Romam inde hospites restituit à piratis liberatos: Hospitiū, inquit, cum eo Senatusconsulto est factum, donaque publice data. Enimvero Consulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur aduentitium illud donum quod honorarium dicitur: qualia hodie Principibus suas primum vrbes ingressis porrigi veluti bene ominandi gratia solent. Honorarium ob id dictum quod honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Quo modo & honorarium aduocationis patrociniique gratia præberi solitum, quod tamen hodie priscum nomen prorsus retinere non potest. Non enim iam honorarium sed arbitrarium iure vocari debet, id quod arbitratu eorum statuitur qui accipiunt non eorum qui præbent. Proinde Aemilio dabitur quantum petet. Tanti est enim honorarium quanta est fama cuiusque. Nunc igitur Sallustianum illud vel potius Catonianum succurrit, Iam pridem quidem nos verarum audacia fortitudo vocari cœpit. De honorario prouinciali ita inquit Cicero in Pisonem, Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi, qui honorarii, si quidem potest vi & metu extortum honorarium nominari? Quod cum peræque omnes, à Decurionibus pro curiæ introitu dari solitum est. Plin. ad Traianū, Superest ergo ut ipse dispicias an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleutę leguntur, debeant pro introitu dare. Ad quam epistolam rescribens Traianus, Honorarium, inquit, Decurionatus omnes qui in quaque ciuitate Decuriones fiūt, inferre debeant nec ne, à me non potest statui. βουλῆ καὶ βουλευταῖς βουλευτῶν

Decuriones. Quod autem hic legitur, ut neque modose in totum abstineat: legendum puto morose, ut sit quod Græci δυσκόλως dicunt.

Ex. l. sequenti.

Cum plenissimam autem iurisdictionem Proconsul habeat, omnium partes qui Romæ vel quasi magistratus. Accursius excipiendum putat Consulem & præfectum Prætorio, quasi Consul maiorem Romæ potestatem haberet quam Proconsul in prouincia, aut etiam præfectus Prætorio: cum tamen nullus magistratus iniussu Senatus intra urbem statuere de capite ciuis Romani præter Dictatorem posset, à quo non erat prouocatio. Decuriæ autem iudicum, quæ publica iudicia præside Prætoxe exercebant, inter magistratus non numerabantur. Lex autem de prouocatione ad populum lata est aduersus magistratus à Valerio Publicola, vt docet Liuius libro secundo ab Vrbe cond. Hæc autem prouocatio intra urbem tantum erat & extra ad mille passuum, quæ nunc Banleucam vocamus. Idem libro tertio, Igitur Tribuni vt impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere. eò magis q̄ & Augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat, locumq; inaugurari, vbi auspicato cum populo agi posset, vt quicquid Romæ vi Tribunitia rogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur: omnes id iussuros quod Consules vellent. Neq; enim prouocationem esse longius ab vrbe passuum mille, & Tribunos si eò veniât, in alia turba Quiritiũ subiectos fore Consulari imperio. Terrebant hæc, sed ille maximus terror animos agitabat, q̄ sæpius Quintius dictitabat se Consulum comitiis non habiturum, Dictatore opus esse reipub. vt qui se mouerit ad sollicitandum statum ciuitatis, sentiat, sine prouocatione Dictaturam esse. His verbis significatur terror Tribunorum ple. qui verebantur ne si exercitus extra primum lapidem, id est extra Banleucam educeretur, Consules in se & alios Quiritibus animaduertere possent, aut si Dictator intra urbem crearetur. De Dictatura ita idem inquit in secundo, Creato Dictatore primum Romæ posteaq; præferri secures viderunt, magnus plebem metus incessit, vt intentiones essent ad dicto parendum. Neq; enim vt in Consulibus qui pari potestate essent alterius auxilium, neq; prouocatio erat, neq; vlla vsquam nisi in cura parendi auxiliium. Cicero tamen decreto Senatus Lentulum & alios coniurationis affines per Triumuiros interfecit, vt auctor est Sallustius. Multiq; alii itidẽ perniciosos ciues, prouocationi ipsi non cedentes, supplicio affecerunt. Quod tum fieri solebat cum Senatusconsulta in hanc formam facta fuerant, Videant Consules ne quid respub. detrimenti capiat. Cicero in Catil. Decreuit quondam Senatus vt L. Opimius videret ne quid respub. detrimenti caperet. nox nulla intercessit, mox interfectus est propter quasdam seditionum suspensiones Caius Græchus clarissimo patre natus, auitis moribus. Occisus est cū liberis M. Fuluius Consularis simili Senatusconsulto. Idem pro Milone, Quanq̄ quis hoc credat Gn. Pompeium iuris publici, moris maiorum, rei deniq; publicæ peritissimũ, cum Senatus ei commiserit vt videret ne quid respub. detrimenti caperet, (quo vno versiculo satis armati Consules fuerunt etiam nullis armis datis.) hunc exercitu, hunc delectu dato iudicium expectaturum fuisse in eius consiliis vindicandis qui vel iudicia ipsa tolleret? Tunc autem commissa respub. Consulibus dicebatur, permissaque: vt apud eundem Philip quinta, Quapropter ne multa nobis quotidie decernenda sint, Consulibus totam rempublicam committendam censeo, iisq; permittendum, vt rempub. defendant, prouideatq; ne quid respub. detrimenti capiat. Idem in Catil. Caio Mario & Lucio Valerio

Prouocare ad populum. Prouocatio ad mille passuum.

Extra primum lapidem. Dictatura.

Interdum prouocationi magistratus non cedebant.

Videant Consules ne quid resp. detrimenti capiat.

Consulibus permissa resp. & commissa.

Cōsulibus permissa est resp. Num vnum diem postea L. Saturninum Tri-ple.
 & Caium Seruilium Prætores mors ac reip. pœna remorata est: Fiebat au- *Procōsulatē*
 tem & Senatuscōsultum sub aliis verbis, vt in tumultu vrbano: vt apud eundē *imperium.*
 Ciceronem pro Rabyrio, Fit Senatuscōsultum, vt C. Marius, L. Valerius Con- *Ius Procōsul-*
 sules adhererent Tribunosples & Prætores, quos eis videretur: operamque *lari.*
 darent, vt imperium Po. Rom. maiestāsq; conseruaretur: adherent omnes Tri-
 bunosples præter Saturninum, præter Glauciam, qui rempub. saluam esse
 vellent, arma capere, & se sequi iubent. Maximum autem in prouincia Procō-
 sulis imperium fuisse vel ex hoc vno intelligi potest, q; Príncipes Romani in
 auspiciando imperio proconsulare ius & imperium cum Tribunitia potestate
 assumere solebant, vt se augustiores sacrosanctosq; facerent. Capitol. in Marco
 philosopho, qui Antoninus cum Seuro fratre in multis iuris nostri locis voci-
 tatur. Post hæc, inquit, Faustīnam duxit vxorem: & suscepta filia tribunitia po-
 testate donatus est, ac imperio extra urbem Proconsulari. Lamprid. in Alexād.
 Accepit imperium Alexander, cum antè Cæsar esset à Senatu appellatus: mor-
 tuo scilicet Macrino, Augustūmq; nomen idem recepit. addito vt & Patris pa-
 triæ nomen & ius Procōsulare & Tribunitiam potestātē & ius quintę relatio-
 nis deferente Senatu vno die assumeret. Et rursus Capitolinus in Maximo &
 Bal. Decretis ergo omnibus imperatoriis honoribus atq; insignibus, percepta
 Tribunitia potestate, iure Proconsulari, Pontificatu maximo, Patris patriæ no-
 mine, meruerunt imperium. Vopiscus in Probo, Decerno igitur Patres cōscri-
 pti votis omnium cōcīnētibus, nomen Cæsareum, nomē Augustū: addo Procō-
 sulare imperium, Patris patrię reuerentiā, Pōtificatum maximū, ius tercię rela-
 tionis, tribunitiam potestātē. Neq; vero mirum est plenissimā vocitari Procōsu-
 lis iurisdictionē: cū Procōsul is qui pro Cōsule, id est cōsulari imperio in pro- *Consulis ima-*
 uincia præstet. De Cōsulibus porro imperio in .xii. tab. scriptum erat, Regio impe- *perium.*
 rio duo sunt, iicq; præeundo, iudicādo, cōsulendo, Prætores, Iudices, Cōsules ap-
 pellātor, militiæ summum ius habēto, nemini parēto. Cic. in Philip. iiii. Hunc si
 Cōsulē illa prouincia putaret neq; eum reciperet, magno scelere se obstringe-
 ret. Omnes enim sub Cōsulibus iure & imperio debēt esse prouincię. Quod dictū
 Ciceronis intelligēdum est vbi Cōsul ipse adest. Tūc enim in sua prouincia esse
 censetur, cum omnes prouincię populi sint Romani. Cōsularis etiā cogni-
 tio summa cognitio vocabatur, vt auctor est Quintil. lib. tertio. Hic etiā Præto-
 ris sentētiās rescindere poterat, & Prætori etiā iurisdictionem abrogare: vt ex
 Valerio intelligimus lib. vii. cap. vii. vbi de Genutio loquitur. Itaq; Plin. in Pa-
 negyr. compellans quosdam Príncipes Romanos, qui aut perpetuos Consula-
 tus gerebant, aut quotannis nouis assumptis Consulatus, post aliquot men-
 ses alios sibi sufficiebant Consulatus iam delibatis: O miseros, inquit, ambi-
 tionis, qui ita Consules semper, vt semper Príncipes erant. Qzq; non ambitio
 magis q̄ liuor & malignitas videri potest omnes annos possidere, summūmq;
 illud purpuræ decus nō nisi præceptum præfloratūmq; transmittere. Sum- *Consul iussu*
 mum decus purpuræ prætextam purpuream appellans, id est Consularem to- *Tribuniple.*
 gam. Omnes autem annos possidere dixit, quia anni Consulū nominibus no- *in carcerem*
 tabantur. Hic tamen tantus, tam augustus magistratus Tribunipleb. iussu in *duci poterat.*
 carcerem duci poterat. Vnde Cicero pro lege Agraria contra Rullum, Ego is

Consul qui cōcionem metuam? qui Tribunū pleb. perhorrescā? sepe & sine cāsa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum, si Tribunus pleb. dicit iussisset: ego vestris armis armatus, insignibusq; amplissimis ornatus, imperio, auctoritate, non horreo in hunc locum progredi posse, vobisq; auctoribus improbitati hominis resistere. Verba sunt Ciceronis ad populum cum Consulatum agens Tribunū pleb. A gratiā legem ferētī obfisteret. Porro prouinciā quēdā Consulares, quēdam Proconsulares fuerunt. Capitol. in M. philosopho, Prouinciās, inquit, ē Proconsularibus Consulares, aut ex Consularibus Proconsulares aut Prætorias pro belli necessitate fecit. Senatores verò prouincias sortiri Proconsulares solebant. Plī. in Epistolis lib. secundo, Firminus inductus in Senatum respondit crimini noto. Secutæ sunt diuersæ sententiæ Coss. delinquentium. Cornutus censuit ordine mouendum: Nerua in sortitione prouinciæ rationem eius non habendam. quæ sententiā tanq̄ mitior vicit, cum sit alioqui tristior duriorq; & reliqua quæ Plin. prosequitur, significans Firminū Præfati Consulis Legatum, à Senatu damnatum, illa irrogata pœna, vt in sortitione qua viri Senatoriū Proconsulari imperio prouincias sortiebantur ratio eius non haberetur: id est nomen eius non reciperetur in sortibus ducendis. Hoc enim significat hoc verbum. Priuatus est igitur facultate tenendi Proconsulatus, vt vulgo loquimur: vel vt antiquitas locuta est, ablata est ei potestas capiēdi Proconsulatus. Cicero pro. I. Manilia, Quid tam singulare q̄ vt ex Senatuscōsulto legibus solutus Consul ante fieret, q̄ vllum alium magistratum per leges capere licuisset: Propterea Cicero in eadem oratione, Pompeio propter singularitatem eius virtutem à Senatu concessum hoc esse affirmat, vt eques Romanus ac nondum Senator proconsulare imperium acciperet. Quid tam inuisitatum, inquit, q̄ cū duo Consules clarissimi fortissimiq; essent, vt eques Romanus ad bellū maximū formidolosissimūq; pro Cōsule mitteretur: missus est. Dicebāt autē veteres Proconsulem aliq̄ esse & pro Consule esse, licet frequentius pro Cōsule dicerent, id est Consulari imperio. Cicero in eodē loco, Quo quidem tempore cū esset non nemo in Senatu qui diceret non oportere mitti hominē priuatum pro Consule, L. Philippus dixisse dicitur, Non se illum sua sententiā pro Consule sed pro Consulibus mittere. Tanta in eo reipub. bene gerendæ spes cōstituebatur, vt duorū Consulū munus vnus adolescentis virtuti cōmitteretur. Vopiscus in Probo, Accepto igitur hoc Senatuscōsulto permisit Patriibus, vt ex magnorū iudiciū appellationibus ipsi cognoscerēt, Proconsules crearet, Legatos Cōsulibus darēt, ius prætoriiū Præsidibus darēt. leges quas Proconsuleret, Senatuscōsultis propriis cōsecrarēt. Quis autē fuerit status Procos. in prouincia, ex epistolis Ciceronis ad Q. fratrem libro primo intelligi potest, quibus eum docet, (interim artificiosissime castigās) quæ sint Procos. partes in regēda prouincia sua, quæ vniciq; adire licet qui hoc plene intelligere cōcipierit. Quē locum totū vtinam memoriter tenerēt qui Præsides à Regibus nostris regendis prouinciis mittuntur: quos gubernatores patriarum appellamus. Harmostæ verbo græco dici possunt, quasi prouinciarum constitutores. Licet enim hinc copiose sumere administrandæ prouinciæ præcepta iis qui se inculpatos prouinciarum rectores esse atque videri volunt. Quo in loco summum imperium Proconsulis appellat. Quidam opinantur Procosules dici posse eos

Prouincia
Consulares
& Procosu-
lares.

Rationē ali-
cuius habere
Capere magi-
stratum.

Pro Consule
esse.

Senatus au-
cta potestas.

Status Proco-
sulis in pro-
uincia.

Harmosta.

quos Balliuos, Senescallosque vocamus. Ego vero eos non modo Proconsules, sed ne iustos quidem Præsides esse censeo, ut qui summam cognitionem secundum Principem in suis prouinciis non habeant. (Quam eorum ditiones non tam prouinciæ quam prouinciolæ appellari debeant.) Curia enim amplissima summam in omnibus iis locis iurisdictionem habet (nullo etiam reclamante) quæ ad disceptandas prouocationes Parisios conueniunt. Appellatione Præsidis, inquit Martianus, & Proconsules & Legati Cæsaris, id est quos locum tenentes Regis dicimus, & omnes prouincias regentes continentur. Regere autem prouincias de his dici non potest, quorum præter iurisdictionem eamque obnoxiam nullæ ferè sunt partes in prouincia. Rectorum autem munus laxioribus finibus circumscribitur. Tranq. in Aug. Prouincias validiores, & quas annuis magistratuum imperiis regi, nec facile nec tutum erat, ipse suscepit. Cæteras Proconsulibus sortito permisit. Adde quod Macedonia vna prouincia erat, & Syria & Asia & huiusmodi, ut ex oratione Ciceronis de prouinciis Consularibus apparet: & Gallia denique comata quæ nunc Francia dicitur, vna prouincia erat: quas nunc in plurimas prouincias inscita appellatione partiri solemus. Proinde Balliuos & Senescallos nostros, præfectos potius appellandos censuerim, aut etiam iuridicos, quam Præsides aut Proconsules: eorumque ditiones præfecturas potius quam prouincias. Præsides vero non alios esse quam quos tamen gubernatores, id est rectores dicimus, tum locum tenentes id est legatos Regis: quos & vicarios Regis dicimus, id est vicereges. Hi enim demum omnium magistratuum Romanorum vicem implere videri possunt. Spartianus in Hadr. auctor est Hadrianum Imperatorem quatuor Consulares iudices Italiæ regendæ constituisse, quorum Antoninus Pius vnus fuit: ut etiam auctor est Capitol. in Antonio, Itaque idem de Marco Philosopho loquens, Datis, inquit, iuridicis Italiæ consuluit, ad id exemplum quo Adrianus Consulares viros reddere iura præceperat. Præfecturam autem meminuit Cicero in Pisonem, Neque enim, inquit, regio fuit vlla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia ex qua non publice ad me venerint gratulatum. Idem Philip. secunda, Horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impressit. Fuerunt præfecturæ in Aegypto quæ Nomarchiæ dicebantur & Nom. Plin. libro quinto de Aegypto loquens, Summa pars contermina Aethiopiæ Thebais vocatur. Diuiditur in præfecturas oppidorum (quas nomos vocant) duodecim. Traianus ad Plin. Epistola septima, quæ vulgo non reperitur, Ciuitatem Alexandrinam secundum institutionem Principum non temere dare proposui. sed cum Iatroleptæ tuo ciuitatem Romanam impetraueris, huic quoque petitioni tuæ negare non sustineo. tu ex quo nomo sit, notum mihi facere debebis. Diodorus libro secundo Aegyptum in sex & triginta nomos diuisit: sed interpret æquiuatione deceptus leges pro præfecturis transtulit: cum tamen apud Græcos nomos pro præfectura accentum in posteriore syllaba habeat, pro lege vero in priore. Nomos Herodotus & satrapias pro eodem posuit, Darii regnum in viginti satrapias diuidens totidemque nomos, id est regiones: vnde Nomarchæ, earum regionum præfecti. Diodorus pro regiuculis accepit, quo modo & Plin. præfecturas, & nos nunc accipere possumus, Galliam in triginta plus minus nomarchias diuidentes.

Prouinciolæ.
Legati Præcipis.

Rectores
prouinciariæ
Præfecti &
iuridici.
Præfecturæ

Præsides
prouinciariæ.

Nomi & Nomarchiæ.

Satrapia.
Nomarchæ.

Ex. I. Nec quicquam est.

Ubi decretum necessarium est, per libellum id expedire Proconsul non poterit. Accursius multus est in expositione istius vocabuli libellus quasi in verbo abstrusissimo: ac ne sic quidem sibi constat, quadruplici expositione vix contentus. cum tamen sensus huius loci latine scientibus (nisi longe fallor) planus sit ac dilucidus. Libellus est enim quam vulgo requæstam appellamus. Tranq. in August. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit quod sic libellum porrigere dubitaret quasi elephanto stipem. Libellum Tranquil. vocauit schædulam supplicem qua postulata populares Principibus exponere solent. Idem in Domitiano, Stephanus professus conspirationis indicium & ob hoc admissus, legenti traditum à se libellum & attonito suffodit inguina. Et in August. In diplomatibus libellisque & epistolis signandis initio sphinge vsus est, mox imagine magni Alexandri. id est vt nunc dicimus in respondendis requæstis. Vnde à libellis dicti ministri qui Principi in hoc negotio subseruiunt. Idem, Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. Lampridius in Alexandro, Postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita vt ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent: nonnunquam etiam si stare per valitudinem non possent, sederent: relegendibus cuncta librariis & iis qui scrinium gerebant, ita vt Alexander sua manu adderet si quid esset addendum, sed ex eius sententia qui disertior habebatur. Sic autem accipitur in lege Rescriptum, infra de distractione pignorum, Rescriptum est ab Imperatore libellos agente Papiniano: id est libellis apud Imperatorem præfecto. Erat autem Seuerus Pertinax, à cuius deinde filio Antonio Caracalla tyrannica sæuitia Papinianus conuincidatus est. Non pœniteat igitur quos hodie magistrōs requæstarum vocamus, post Papinianum tanti nominis iuriconsultum, qui iuris asyllum dictus est, (ex cuius officina quasi ex equo illo Troiano Vlpianus, Pomponius, Celsus, alique permulti interpretandi iuris proceres prodierunt) præfectos libellorum vocitari, aut etiam postulationum magistrōs. Qui tamen (nisi fallor) aliquando magistri scriniorum appellati sunt. qualis Vlpianus sub Alexandro fuit, qui etiam tutor eius fuerat. Scrinia autem sunt plutei & armaria quibus commentarii & libelli literariæque monumenta concludi solent. Plinius libro septimo, Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas, capta apud Pharsaliam Pompeii Magni scriniis epistolarum, iterumque apud Tapsum Scipionis, ea optima concremassè fide atq; non legisse. Sunt & scrinia vnguentorum & rerum quæ in deliciis habentur, apud eundem vbi de scriniis Darii loquitur ab Alexandro captis. Hæc autem duorum sunt generum, quædam enim sunt scrinia stataria, in regia vel alibi condita, in quibus monumenta antiqua ad imperium regnumve pertinentia, & (vt ita dicam) instrumentum imperii regniue asseruatur. qualia sunt Parisiis in recessu editiore sacelli palatini. Thesaurus chartarum appellatur. Scriniarium dici latine potest, & præfectus scriniorum qui thesaurarius chartarum nunc dicitur. quo munere auus olim meus Draco Budæus, & deinde Ioannes pater, cum alio maiore munere functi sunt: nunc verò frater meus nomine Draco, Regis Ser-

Libellus.

Ministri a libellis.

Magistri re-
quæstarum.
iuris asyllum.
Præfecti libellorum.
Magistri scriniorum.

Scrinia duorum generum fuerunt.

Præfectus scriniorum.

cretarius fungitur. Qui etiam verbo greco Chartophylax appellabatur, id est chartarum principalium custos: & locus ipse Chartophylacion. Aliud autem erat munus chartulariorum in lege tertia de canone largiti. tit. libro decimo Codicis. Huiusmodi scriniorum exemplum est apud Plinium in Epistolis ad Traianum, his verbis, Recitabatur autem apud me edictum quod dicebatur diui Augusti ad Anniam pertinens. recitatae & epistolae diui Vespasiani ad Lacedaemonios, & diui Titi ad eosdem & Achæos, & Domitiani ad Auidium Nigrinũ & Armenium Brochum Proconsules: quæ ideo tibi non misi, quia & parum emendata & quædam non certè fidei videbantur: & quia vera & emendata in scriniis tuis esse credebam. Altera sunt scrinia viatoria quæ in comitatu principali circumferuntur, in quibus libelli supplices Principia postulantibus porrecti conduntur quoad subscribantur, id est respondeantur, ut nostrates loquuntur, id est quoad Principi vacet libellis & postulantibus operam dare, libellisque respondere, cuiusmodi exempla superius apposuimus. Hæc autem subscriptio duobus modis fiebat. aut sponte Principis, ut in iis assollet quæ Principes liberalitatis suæ, aut beneficii sui fecerunt, id est quæ suitantum arbitrii esse voluerunt: aut ex consilii sententiâ, in iis quæ disceptationis sunt. quo in loco primæ erant partes eorum, quos præfectos libellorum & magistris scriniorum appellatos esse diximus. Libellorum in hoc significatu & scriniorum in utroque fortasse, exempla sunt in titulo de proximis sacrorum scriniorum, libro duodecimo Codicis. Postulationibus etiam vacare dicitur pro eo quod expedire requæstas dicimus. Plinius in Epistolis, Senecio cum explorasset Consules postulationibus vacaturos, conuenit me. Adeamus, inquit, Consules, petamûsque ne bona dissipari sinant, quorum esse in custodia debent. Inde postulationes iudiciales. Tranq. in Nerone, In iurisdictione postulationibus nisi sequenti die ac per libellos non temere respondit. Antiquitatis autem vestigium aut certe instar quoddam in antiquis monumentis nostris inuenisse mihi videor. Siquidem anno supra millesimum circiter trecentesimo vicesimo constitutum esse comperi, ut quicumq; libelli per dies singulos à postulantibus Principi porrigerentur, qui modo gratiæ ac liberalitatis, aut etiam clementiæ principalis essent (Iuridiciales enim primo quoque tempore disceptari placuit) ad finem cuiusque mensis reicerentur, ac tum demum Princeps ex consilii sententiâ, si tamen ita ei videretur, de omnibus statueret. Moris autem fuit, ut in singulos menses consilium aulicum congnomento magnum, in aulam indiceretur: ibiq; omnis generis postulata recitarentur: atque ita sententiis consilii disquisitis, Princeps tamen (ut fere assollet in regno) de iis omnibus ex animi sui sententiâ statueret, sicque aut diplomata & codicillos & rescripta pro rerum varietate concederet, aut quouis alio pacto postulantes dimitteret. In hoc menstruo conuentu qui per aliquot dies (si res ita tulisset) instaurabatur, variis de rebus referri solitum fuit. De ratione atque habitu dispensationis aulicæ, quæ descriptio ministerii, quis modus instrumenti aulici, de rationibus ad fiscum referendis, de residuis, de omni demiq; apparatu & instrumento regni, si quid perperam positum, aut institutum esset, id ut ibidem agitatam constitueretur, id est reformaretur: simul ut huius celsuræ metu nõ modo aulica ministeria in officio retineretur, sed cuius etiam

Chartophylax.

Postulationibus vacare.

Animaduertere.

De magistris
libellorum.

Recta cena
& sportula.

Numerus li-
bellis præfe-
torum.

curæ præfecti accuratius munera sua obirent, diutius fallendi spe præcisa in posterum. usque adeo frugalitatis studiosi fuimus anteq̃ hæc quæ nunc est avaritii opulentia, luxum incuriamque peperit, ac fisci (propè dixerim) nomen rationemque obliteravit. Eodè etiam tempore constitutum esse comperi, atque etiam antea anno trecentesimo septimo, ut eorum magistratuum qui magistris requæstarum dicuntur, duo omnino à comitatu regio non abnoctarent: quorum alter sacerdos, alter profanus esset: quibus ea cura iniuncta erat, ut quotidie statis horis in loco patenti sederent, audituri ac lecturi quod quisque postulasset. Qua in re vicarii Principis haud dubie fuerunt. Eis enim licebat postulationes admittere, & libellis subscribere si iuri aut æquitati consentanea viderentur: atque etiam intercedere, moramque eis facere qui contra constitutiones aliquid impetrauissent. Iisdem autem constitutionibus contubernales esse iubentur, id est eodem hospitio uti, comitesque habere eodem contubernio totidem Secretarios. Hos verò ius rectæ cenæ habuisse cum singularis asseclis inuenio, id est buccam ad curiam, & præterea sportulas iumentorum nomine: id est id genus erogationis quod liberatas liberationesque vocabant. At verò extra comitatu regium hanc eorum conditionem fuisse noverimus constitutione Philippina, ut quinque semper in eo loco essent apud quem curia, id est Parlamentum haberetur: quorum duo profani, tres sacerdotes essent: itaque omnes ut matutino ad locum statutum ventitarent, atque eadem hora qua curia cogeretur, ibi iugè animadversione postulationibus vacarent vel ad meridiem usque, si quando aut per frequentiam postulantiū aut alio quouis modo citius defungi non possent. Qua in re administranda notariorum qui nunc secretarii dicuntur, opera vterentur: qui pro rerum varietate libellorum argumenta hac aut illa formula in re scripta regia componerent: strenuam in eo operam navare ipsi quoque obstricti. Hanc autem magistratuū Decuriam amplissimæ curiæ appendicem fuisse, atque adeò tertiam tum classem, cum ex aliis multis tum ex eo conicere possumus, quod si quid maioris difficultatis in eorum munere obeundo accidisset, ad primum illum curiæ confessum, id est ad magnum tribunal referre antiqua constitutione iubentur: duntaxat à meridie id est curia iam dimissa ne quid interpellarent. Quod si aut per maiorem difficultatem, aut quia res forte ad exemplum pertineret, ne sic quidem explicari id potuisset: tum demum inter medium confessum, atque iis etiam diebus quibus illud tribunal admissa circumstantis populi corona iura reddere solet, referre de ea re iubentur. Mitto & alia eodem pertinentia, ut ius ingrediendæ curiæ etiam non acceritis, præter causam prædictam etiam si eorum interesset aut sui negotii gratia aut cuiusvis amicorum. Non me latet eo tempore requæstarum magistros (nisi me antiqua scripta fefellerunt) non esse appellatos, sed à requisitis potius, ut apud præcos à libellis, aut etiam viri requisitarum. Sed rarum erat hæc quæ nunc est passim honorificentia appellationum. Numerus autem eorum alius atque alius diversis temporibus fuit. Anno ducentesimo octogesimo quinto paulo ante tempora Philippi Pulchri constitutum esse comperi, ut duo literati viri cancellario assisterent: tres autem iura redderent ad vestibulum regis, quos libellorum postulationumve fuisse magistros propterea existimo, quod in antiquo quitatum commentario, inter viros requisitarum eorum fit mentio. Antea Trium-

viros audiendis admittendisq; libellis creatos fuisse lego. Anno autē trecentē-
 simo quadragesimo secundo numerum eorum ad sex auctū esse, quo tempore
 requestarum magistros vocitari ccepisse video. Postea constitutione Regis
 Ioannis quatuor ea lege creatos, vt binī in comitatu regio alternis mensibus
 essent. Postremo anno quadringētesimo septimo, octo (quot nūq; antea) crea- Octo libello-
rū magistri.
 tos esse. Alia deinde cōstitutione ad eos delata est officiorū cognitio, & earū
 litiū disceptatio quæ iis intenderētur qui in comitatu Principis officio aliquo
 fungerētur. Nūc & in curia & in aulico consilio honoratissimo loco sentētiam
 dicunt, atq; in ordine magistratuū secundas partes ac proxime primas obtinere
 vidētur, si modo cācellariū in numero exemeris. Verū quādoquidē aulici illius
 consilii mētio in ordinē incurrit, hoc etiā addēdū, eodē etiā tēpore cōstitutum
 fuisse ad antiquitatis (vt videtur) effigiē, vt earū rerū quę in cōsilio decerne-
 rētur, Diariū fieret (iornale appellabāt) in quod acta cuiusq; cōfessus referret Diarium
 tur, dūtaxat quę memorabilia videretur, adderēturq; eorum nomina qui in eo
 decreto affuissent. Creatus autem primū actuaris Petrus consiliū Prætoriani Institutum
antiquum.
 quidā Barrierius, cui hoc munus iniūctū, vt cōmērarios illos & cōficeret & as-
 seruaret: quē morē si ad hoc æui Principes tenuissent, antiquorū sane Principū
 acta non vsque adeo ignorarētur: scireq; nostra hæc ætas posset quātū quisq;
 maiorū nostrorū de repub. meritis esset. Nunc vero omnia in tenebris latent
 incuria temporū, in patriāq; sua Galli peregrinari vidētur: soli prope hominū
 rerū suarū ignari. Itaq; instrumētū regni nullū ne publicum quidē habemus,
 quod quidē certe magnopere memorādū sit. Sed hic est perpetuus huius re-
 gnī genius, rerū gestarū monumēta vt nihil ad repub. pertinere videantur.
 Quo enim vnq; seculo historiarū etiā nostrarū scriptor gregariū militis stipen- Janus bīa
frons.
 diū, aut etiā venatoris meruisse visus est: In diē certe viuimus, futuri æui securi,
 nihil per literarū monumenta cōsecrandū esse memoriæ putantes. Macrobius
 tamen lib. primo Satur. Ad Ianū, inquit, solū Italiæ regnū redactū est, qui cre-
 ditur geminā faciē prætulisse, vt quæ ante quęq; post tergū essent, intueretur.
 quod procul dubio ad prudentiā regis solertiāq; referendū est, qui & præterita
 nosceret ex annalibus, & futura prospiceret. Antiqui igitur nostri illi reges
 eius instituti auctores, rerū à se gestarū rationē atq; etiā suorū tēporū posteri-
 tati constare omnino voluerūt. Fuisse autem huiusmodi institutū apud priscos
 multis monumentis literarum probatur: quale est illud Taciti, Signo vl-
 tionis in delatores dato, petit à Cæsare Iunius Maricus vt commentario-
 rū principalium potestati Senatui faceret, per quos nosceret, quem quisq; ac-
 cusandū poposcisset. Traianus ad Pliniū, Dedit me ius trium liberorū Sue-
 tonio Tranquillo ea conditione qua assueui, referri in cōmentarios meos iussi.
 Dicemus alibi non nihil de huiusmodi cōmentariis. Non me præterit libellum
 non vnus esse significati, sed hoc in loco clara mihi esse significatio eius visa
 est. In l. si publicanus, infra de publicanis, pro epistola assertoria accipitur quæ
 vulgo certificationem vocamus.

Ex lege, Legatus.

Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius non habet. Politianus
 in Miscellaneis affirmat negationem hic non legi in Archetypis Florentinis,
 malēq; hic additam.

Ex lege Proconsules.

Fasces. Proconsules non amplius quam sex fascibus utuntur. Accursius fascibus pro mensibus interpretatur, & citat locum quendam Pomponii de orig. iuris de Dictatura semestri, quasi Proconsulatus sit semestris: cum tamen Proconsulatus non ante reuocationem, id est successoris missionem desinat. Fasces fasciculi erant virgarum intra quas virgas securis obligata erat, ita ut ferrum in summo fasce extaret, ut in antiquis picturis videmus. Plutarchus in Probl. *ἢ τῶν ἑσπέρων αἱ ἑσπεδοὶ σπασθεμύλαι προσκητημύλων τῆν πελέκειων φέρουται*, Cur Pretorum, inquit, Romanorum virgæ colligatæ adnexis securibus feruntur: nimirum hoc indicium est magistratum iram promptam ac solutam minime esse debere, aut certe ideo id constitutum est ut mora tantisper magistratum iræ fiat, diu virgæ dissoluantur: id quod sæpe penitentiae occasionem magistratibus attulit. Enimvero quoniam facinorosi partim sunt emendabiles, partim perditissimi, ut virgæ admonendis illis, sic secures his tollendis de medio institutæ sunt.

Lictores. Haecenus ille. *ἢ περὶ δὲ τῆς κακίας δὲ μὲν, ἰάσιμόν ὄντι, τὸ δὲ ἀνίκητον. αἱ μὲν ἑσπεδοὶ ἑσπεδοὶ δὲ μεταθέου δαυάμωρον, αἱ δὲ πελέκεις ἀπὸ κρήσοι τὸ ἀνθετήρη.* Hos autem fasces lictores magistratibus præferebant, id est magistratum viatores, qui ob hoc à Grecis Rhabduchi dicuntur, id est virgas tenentes. Liviùs de Romulo loquens, nulla catâq; ad consilium multitudine quæ coalescere in populi vnus corpus nulla re præterquam legibus poterat, iura dedit: quæ ita sancta generi hominum aggressi ratur fore si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset, cum cætero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus. xii. sumptis fecit. Idem in secundo de primis Consulibus loquens, Omnia iura, omnia insignia primi Consules retinere: id modò cautum est ne si ambo fasces haberent duplicatus terror videretur. Brutus prior concedente Collega fasces habuit. Haecenus Liviùs. Bini igitur Consules. xii. fasces habebant non duodenos. Vnde ibidem libro octauo, Aemilius, cuius tum fasces erant, Collegam Dictatorem dixit: id est qui ea die imperium habebat. Alternis enim diebus imperabant Consules cum ambo aderant. Ab huiusmodi fascibus sumpta est illa locutio Summittere fasces. Pliniùs lib. vii. Gn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Possidonii professione sapientiae clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit, & fasces lictorios ianuae submisit, is cui se oriens occidensque submiserat. Cicerò in Bruto, Nam mihi Brute in te intuenti crebro in mentem venit vereri quodnam curriculum aliquando sit habitura tua & natura admirabilis, & exquisita doctrina, & singularis industria. Cum enim in maximis causis versatus esses, & cum tibi ætas nostra iam cederet fascisque submitteret, subito in ciuitate cum alia ceciderunt, tum etiam ea ipsa de qua disputare ordimur eloquentia obmutuit. Est autem fasces summittere insignia vimque imperii maiestati vel reuerentiae alicuius submittere, ut Publicola qui primus hoc instituit. cum enim posset imperii summi, id est Consulatus iure uti agendo cum populo: fasces tamen maiestati populi Ro. submisit, hoc est lictores à se tantisper abire iussit quoad concionatus esset, ut auctor est Liviùs in secundo. Et Pompeius laureatos fasces, id est triumphum expectantes ianuae philosophi Possidonii submisit. Nostro tempore si Princeps ad curiam veniens stipatores suos & omnem illum regium ac terrificum comitatum subsistere in area palatina iubeat, & ciui

**Summittere
fasces.**

liore habitu assumpto confessus iuridici reuerentia aut reddere ipse iura, aut etiam audire reddentes sibi iura, aut fisco suo velit, iustitiae fasces submittere dici possit, id est si cum legibus non teneatur, immodicam illam ac regiam potentiam quam absolutam dicimus, id est legibus non obstrictam, inhibere in animum induxerit, & iuri aequitatiq; cedere civili animo constituerit. Vt ad rem redeamus, Proconsul cum pro Consule praesit & Consulare imperium habet, sex tamen lectores non duodecim habet, vt meminerit iustum Consulem se non esse.

Ex lege, Diuus Marcus de offic. Praefidis.

Textus hic duobus in locis vulgo corrupte legitur. Cum forte eo momento, legendum non forte, ex emendatioribus libris. & Cum si possit videri sentire commiserit, legendum si cum possit. Minutula sunt ista aliaq; huiusmodi, sed quae lectorem remorentur, stilumque Iurisperitorum dehonestent. quorum tamen pleraq; conuenientibus oculis transmissuros nos testamur. Et paulo post, Cum autem ex literis tuis cognouerimus tali eum loco atq; ordine esse.

Ordo hic ponitur pro eo quod vulgus statum vocat. Graeci Taxin appellant. Diximus alibi tres fuisse Romae ordines, Senatorium qui amplissimus dicebatur, equestrem, & plebeium, suis quaeq; insignibus distinctos, vt ex Plinio docuimus. Vitruuius in praefatione libri secundi, Dinocrates architectus cum Alexander rerum potiretur profectus a Macedonia ad exercitum regis, a principibus & amicis tulit ad primos ordines & purpuratos literas. Cicero in Diuinatione, Vobis autem tanta inopia rerum vt mihi causam praeripere conemini potius quam aliquos a columna Menia vestri ordinis reos reperiat, id est fures & seruos nequam, qui apud Triumuiros capitales puniri solent ad columnam Meniam, vt inquit Asconius. Et in Verrem Acti. ii. Homo tamen ordinis sui frugalissimus Petirius haec eadem Lampfaci cognosse dixit. id est (vt nunc vulgus loquitur) homo status sui honestissimus. Sic intelligendum illud Apostoli i. ad Corinth. xv. de resurrectione generali, Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: vnusquisq; autem in suo ordine. vbi graece scripsit Apostolus, οὐτως καὶ ὡς ἐν Χριστῷ πάντες ζωοποιήσονται, ἐκαστὸς ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. Diximus etiam alibi prouerbiale antiquis fuisse cum & gentiles deducendum esse. honestiores enim furiosi qui gentilitatis ius habebant suorum custodiae permittebantur. Quo modo iste Helius Priscus cuius hic meminit Iurisperitus in villa sua continebatur a necessariis suis, tanquam ordinis honestioris furiosus. Caeterum antiqui cum significare volebant hominem inter suae conditionis homines retinendum continendumq; id est (vt vulgo loquimur) suo statu contentum esse cogendum, in ordinem eum redigendum, vel etiam cogendum dictitabant, hoc est inter vulgares & gregarios adnumerandum. Plinius ad Falconem, Consul is an existimem te in Tribunatu causas agere decere. Plurimum refert quid esse Tribunum putes. Inanem umbram & sine honore nomen an potestatem sacrosanctam, & quam in ordinem cogi vt a nullo ita ne a se quidem deceat? Idem libro secundo Epist. frugalitatem enim suam ostendere volens, & in victu parsimoniam eleganter hoc verbo vsus est: Liberti, inquit, mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti, & mehercule

Ordo.
Taxis.
Tres Romae
ordines.

Menia columna.

τάγματι.
Ad agnatos
& gentiles
deducere.

In ordinem
redigere vel
cogere.

figulæ temperes non est onerosum quo utaris communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est si sumptibus parcas, id est de rango aliorum ponenda est, ut vulgus loquitur: hoc sensu, Si parsumoniam confectari velis, satius est te iisdem cibis potuq; eodem cum qualibet conuiuia vesci utique, q̄ tibi primarium panem vinuq; cum reliquorum contumelia stomachationeque seponi, quos non iisdem cibis digneris. Bibendum igitur cum quolibet conuiuia tuo, id est populari vino utendum. Sunt & exempla crebra apud Liuium. Huic autem opponitur eximere numero. Quintilianus in primo de Criticis loquens, Iudicio quidam ita sunt vsi veteres grammatici, ut non versus modo censoria quadam virgula notare, & libros qui falso viderentur inscripti, tanquam subdititios summouere familia permiserint sibi: sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.

Eximere numero.

Ἐγκρίτοις
Ἐπιταγμαῖσι
Ἐγκύκλιοι,
Ἐκκριτοί.
Πρόκριτοι

Eximere igitur numero est eximium habere, id est non inter vulgares connumerare: sed tanq̄ præcipuum habere. Græci eadem ratione Ἐγκρίτους appellant, id est in ordinem in numeruq; redactos, quos & Ἐγκύκλιος dicunt, id est circulares, hoc est viles & vulgares, ut inquit Priscianus. Contra vero numero exemptos Ἐκκριτους & Πρόκριτους, id est eximios & præcipuos.

Ex. I. diem functo. de officiis asseff.

Salarium comitibus residui temporis quod Legatis præstitum est, debetur. Accursius præstitum est pro præstandum intelligi voluit, pugnante latine loquentium consuetudine. Malim igitur præstitutum legi, ut ad tempus referatur Legatis præstitutum, id est præfinitum.

Præstitutum

Ex. I. secunda, de in ius vocando.

Sed nec eum qui cum equo publico in causa publica transfuehatur. Accursius præconem Theobaldum intelligit. Nos transfuectionem equitum intellegimus à Fabio Maximo institutam. Liuius libro nono in fine, Ab eodem Fabio institutum dicitur, ut equites idibus Quintilibus transfueheretur. Tranq; in Aug. Equitum turmas frequenter recognouit, post longam interuehendum reducto more transfuectionis. Sed neque detrahi quenq; in transfuehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat. Valerius lib. secundo, cap. de Instit. antiquis, Trabeatos vero equites idibus Iulii Q. Fabius transfuehi instituit. Idem, Equestris vero ordinis iuuentus omnibus annis bis urbem spectaculo sub magnis auctoribus celebrabat die Lupercalium & equitum probatione. Equitum probationem huiusmodi transfuectionem appellans. à Græcis ὀχέαις δία φιλ ἀγορᾶς dicebatur. Demosth. κατὰ μέδισ, ἔχειρονησιατε τῶν ἱπποαγορῶν, ὀχέαις δία φιλ ἀγορᾶς ταῖς πεμπᾶς & δανάμυον, Hunc, inquit, equitum præfectum creauistis qui ne in transfuectione quidem, quæ per forum fieri solet, equo vehi potest. Similem autem legem fuisse apud Athenienses testis est idem Demosthenes in eadem oratione: qui etiam eius legis verba ponit, cuius Euagoram latorem fuisse dicit, Ne scilicet in pompa Liberi patris prehendi aliquem aut pignora capi eius liceret. Transfuectione hodie monstram vocamus cum equites solenniter recensentur.

ὀχέαις.
δία φιλ
ἀγορᾶς.

Ex eadem. I. Iustæ mortuo facientem.

Idem Accursius obsequia intelligit, vt lauare corpus, quod pollinctoris officium est: ignorans quid sint funebria iusta. Liuius libro pri. Nec coelestes modo caerimonias, sed iusta quoque funebria, placandosque manes vt idem Pontifex edoceret. Iusta sunt exequiæ, id est sacrificia quæ mortuis impenduntur & funerandi solennitas. Et iusta peragere est funerandi officium implere, quod & parentare dicitur, quo Plin. vsus est cap. vltimo libri secundi, & Vlp. in l. pro herede, de acquirenda herede. à Græcis id sumptum, qui ὀσίον appellant τὴν κηδείαν, ὀσίον ἢ κηδείαν, quasi sanctū iustūque officium. propterea Cicero soluere iusta dixit, quasi officium debitū exhibere: pro Roscio Amerino, Hūc miserum luctu præditū, qui nōdū etiam omnia paterno funeri iusta soluisset, dudū eiecit domo, atque focis patriis disque penatibus præcipitem exturbat. Sunt enim iusta, id est officia quæ deo, sunt quæ parentibus debentur. Plutarchus, καὶ διαφορόντως τὸ τε πρὸς θεοὺς καὶ τὰ πρὸς τοὺς καὶ φίλους διαφυλάττω, id est iura siue iusta & officia in deos hominesque & amicos eximie conseruans. Cui conuenit parentandi vocabulum ab antiquis usurpatum. Liui. Iusta quoque funebria, placandosque manes vt idem edoceret.

Ex. I. Sed si hac lege. §. pri.

At si venditor qui manus iniectioem excepit. De manus iniectioem nos alibi satis diximus. Recipere autem manus iniectioem est retinere facultatem reprehendendæ rei alienatæ, vel vt citra vllam in ius vocationem alienator possit in prædium alienatum si quid factum aut non factum fuerit, rursus ingredi, & in possessionem sese ipse mittere: hoc est suapte potestate sæfire, vt nostri loquuntur: vt fieri assolet in alienatione prædiorum quæ aut in emphyteusin dantur, aut vectigali imposito emancipantur, vt Cod. si seruus exportandus vaneat. Hoc autem Accursius non intellexisse videtur: quemadmodum & suggillare pudorem circa finem legis, quæ hoc verbum sæpe in iure legatur. Suggillare autem proprie de facie dicitur cum contusa facies liuidis maculis dehonestata est. Sic enim suggillata in facie dicuntur vt vibices in corpore. Plinius libro. xiii. de sale loquens, Vtilis ex ictu suffusis cruore oculis, suggillatisque cum myrrhæ pari pondere. Inde metaphoricòs pro iniusta infamiæ nota ponitur. vt Plinius libro. vii. de Augusto loquens, Iuxta hæc Variana clades, & maiestatis eius fœda suggillatio. Vtuntur Liuius & Valerius sæpe. Tertullianus, Atque ideo præfatus hæc ad suggillandam odiū erga nos iniquitatem, iam de causa innocentia consistam. Ad suggillandam, inquit, id est ad notandam & carpendam gentiliū iniquitatem in nomen Christianū. Suggillata à Græcis ἰπώπιον, dicuntur, ob eā causam quæ sub oculis maxime apparent. hoc autem verbo μεταφορικῶς Cicero vsus est lib. pri. ad Atticū, Auli vero inquit, filius ita se gerit vt eius Consulatus Cōsulatus nō sit, sed magni nostri hypopion. id est ita se gerit Aulus in Cōsulatu vt Cōsulatus eius nihil aliud quæ suggillare Pompeii pudorē videatur, qui eū Cōsulē interposita auctoritate sua fecit. hoc latine Tertul. suggillationē dixit. Suggillatio est, inquit, in cælo iustitia vestra. hoc sensu, cū vos Romani legibus vestris in facinorosos homines aduertere soleatis seuerissime, diis vestris inuidiā facitis ac notā inuritis infamiæ, vtpote quæ de hominibus ipsi flagitiosissimis in deos recepti sunt errore anti-

Funebria
iusta.

Iusta facere.

Iusta per-

agere.

Parentare.

ὀσίον ἢ

κηδείαν.

Iusta.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

Parentatio.

In aulicos
qui indignos
promouent.

quorum & consensu tamen gentium. Secundum hæc Ciceronis verba interior
res aulici, id est aures & oculi Regis, qui primos ordines sanctoris consilio
ducunt: qui indignos homines suffragatione sua nonnunquam promouent, & præ
mariis sacerdotiis & magistratibus aliisque virtutis præmiis ornatos nebulones
colendos populo nonnunquam infensissima Nemese præbuerunt: perpetuis notis
faciem suam inuississe videtur, memoriæque nominis sui multiplici luore atque
indelebili suggillasse. Quid enim si in sese admisisse existimentur quibus excu
tienda dedit iuuenum præcordia princeps, si aut studio aut offensione aliqua
ducti, præteritis & ingentis meriti & compertæ integritatis viris, aut inu
tissimos homines aut indignissimos atque interdum non tam nobiles quam nos
ad rerum administrationem obtrudunt, diris omnibus cunctis hos illosque
prosequentibus? (In quo quidem genere nonnulli pseudocatones perniciosissi
simi, qui bonis viris fronte magis quam mente student) Nonne tot suggillata
facie gestare videri possunt, quot huiusmodi non dico homines promouerunt
aut virtute præditos facta Principi impostura suppresserunt: sed quot huius
modi homines indigna facinora ediderunt, quotque in reipublica errata granio
rum meliorumque virorum inopia contigerunt? Cuius dicti ratio Ciceronis
verbis reddi potest libro tertio de Legibus, Ego autem, inquit, nobilium vita
victuque mutato mores mutari ciuitatū puto: quod perniciosius de reipublica me
rentur vitiosi summi in ciuitatibus viri, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed
ea infundunt in ciuitatem. Neque solum obsunt quod illi ipsi corrumpuntur,
sed etiam corrumpunt, plusque exemplo quam peccato nocent. Eorum aulicorum
opera factum ut omnem non modo succum & sanguinem, sed etiam colorem
& speciem priscam amitteremus administrandæ reipublicæ, quam tamen pro
pediem instauratum iri speramus, nisi hominum de se expectationem si qui
primos ordines ducunt, quoquo modo destituerint. Cæterum Lucæ xviii. de
malo iudice, Et si deum non timeo nec hominem reuereor: tamen quia mole
sta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens suggillet me.
Oratores Græci hoc verbo raro vtuntur, quantum ego memini, sed pro sug
gillatione dicunt, & προσηλακισμός. Et suggillare ἐφυσίζειν, καθυβρίζειν
λωβᾶσθαι. Huiusmodi tamen multa silentio prætereunda nobis sunt, quæ iam
nisi ab indoctioribus ignorari non credimus.

Ἰπωπιᾶζην
λωβῆ.
προσηλακ
κισμός.
Suggillatio.
Suggillare.

Ex lege vltima In ius vocati vt eant.

stitisse.

Ex promissione non videtur eos stitisse. Sic quidem hic & in multis locis
titulorum sequentium legitur. Sed stitisse fortasse legendum. Gellius lib. ii.
Indocti, inquit, ignorant stitisses vadimonium à Catone dictum non stitisses,
quonia si staretur vadimonium non staretur. Apud Ciceronem tamé pro Quinto
stitisse ubique legitur, fortasse eodem errore. Si stitisse legamus, vadimonium
subintelligendum est, & homo enim & vadimonium sistitur.

Ex lege secunda, Siquis cautionibus,

Diffusus
dies.

Si iudex vel alter ex litigatoribus morbo fontico impediatur, lex iubet diem
iudicii esse diffusum. Politianus in Miscellan, capite, xli, legendum est.

stimat diffusum, sicq; in archetypis Florentinis legi affirmat. Diffindi enim nō diffundi diē dicendū esse cōtendit Gel. lib. xiii. cap. pri. Sed enim ego homines cum cōsiderabā, alterū fidei, alterū probri plenū, spurcissimæq; vitæ ac diffamissime, nequaq; adduci potui ad absoluendū. Iussi igitur diē diffundi, atq; inde à subsellis pergo ire ad Phauorinū philosophum. Vbi etiā corruptū esse verbū Politianus cōtendit. Et apud eundē quod vulgo legitur, Atq; in rerum quidem definitionibus cōperendinationibusq; & aliis quibusdā legitimis rebus: legendum existimat, atq; in rerū quidem diffisionibus. Nec aliud quicq; aut ipse aut alius quispiā quod equidē sciam de hoc verbo dixit. Ego verò ne Politiano in totum assentiar, eo loco Liviū adducor libri noni ab Vrbe cōd. Papyrius Dictator Iuniū Bubulcū magistrum equitum dixit, atq; ei legē Curiatā de imperio ferenti triste omen diem diffudit, q; Faucia curia fuit principium duabus inferioribus cladibus captæ vrbis & Caudinæ pacis: quod utroq; anno eiusdem curiæ fuerat principium. Macer Licinius tertia etiā clade quæ ad Cremeram accepta est abominandā eam curiā facit. Dictator postero diē auspiciis repetitis per tulit legē. Ex hoc Liviū loco & illo Gellii conicere facile possumus, diffundere diem id esse aut olim fuisse quod nos rem in crastinum continuatā dicimus vel remissam. Tria enim erant apud antiquos pronuciandi genera: aut enim diem diffundebatur, id est res in posterum diem reiciēbatur: aut comperendinabatur, id est in tertium diem differebatur: aut iudex non liquere pronuciabat, quod & amplius pronuciare dicebatur. vnde ampliatio in publicis iudiciis dicta. de qua ipsa & de comperendinatione nos alibi diximus. Gellius igitur cū diē diffundi iussisset vt eo diē Phauorinum consulere posset, postridie ad iudiciū reuersus iurauit sibi non liquere. Erat enim res eiusmodi vt neque absolvere petitione actoris reum, neq; dānare cōmode posset. Vt absoluerem tamen, inquit, in animum inducere non quivi: & propterea iuravi mihi non liquere. atq; ita iudicatu illo solutus sum. Defunctus est igitur Gellius iudicandi necessitate inter priuatos iudices à Prætoribus lectus, iurādo sibi non liquere de iure litigantiū. Ex quibus verbis intelligere possumus quid illa significant Vlpiani verba in. l. Si de meis. infra de receptis arbitris. Proinde si forte yrgeatur à Præto ad sententiā, æquissimū erit si iuret sibi nondū de causa liquere, spatiū ei ad pronuciandū dari. August. lib. xvii. de Ciuitate, vsus hoc verbo mihi videtur, ludæorum, inquit, populus propter Solomonis offensam tempore filii eius Roboam qui patri successit in regnū, deo vindicāte diffusus est. id est in Iudā & Israel dirimere tēpus & diffundere, vel diffindere diē, cognata sunt verba Cic. de Diuinatione lib. primo, Quid enim habet Aruspex cur pulmo incisus etiā in bonis extis, dirimat tempus & proferat diē? Est enim dirimere *διακόπην, διαλαμβάνειν, διασείναι, διαλύειν*. Sic dirimi auspicia dicuntur cū rata esse nequeunt. Plin. lib. viii. Nam soricum occentu dirimi auspicia annales refertos habemus.

Ex lege prima de edendo.

¶ Cum quoq; edere Labeo ait qui producit aduersarium suū ad alium. Legē dum albū, vt Politianus in Miscel. adnotauit. Intelligendūq; de albo Prætoris in quo edicta Prætorum proponebantur: cuius crebra in iure mentio. Erat etiā album iudicum, de quo illud Plinianum in præfatione intelligēdum, Quid te

Diffundere diem.
Tria pronuciandi genera
Comperendinatione.
Amplius pronuciare.
Ampliatio.

Dirimere tēpus.
διακόπην
διαλαμβάνειν
διασείναι
διαλύειν
Dirimi auspicia.
Album Prætoris.

Albū iudicū.
Matrix
Pyctatium.
Leucoma.

iudicem facis? cum hanc operam condicerem non eras in hoc albo. Album vulgo matricula dicitur, vt album decurionum & similia. A quibusdam matricis, a quibusdam recentiorum pictatiū. à Græcis leucoma quasi album. Vnde apud Pollucem πρὸς λευκιάσχωρ legimus, ἐγγεγραμμένοι εἰς τὸ λευκώμα.

In. l. Cum ii quibus. §. Sed & personarum.

Sequior.
Nequam &
nequitia.

¶ Vtrum frugī vitæ sint quæ aliās sufficere sibi possint: an obsequioris, qui de alimentis pendeat. Legi potest sequioris, pro deterioris: qua dictione aliqui recentiorum vsi sunt: vel potius nequioris. Nequitia enim frugalitati opponitur apud Ciceronem, & nequam frugī.

Ex lege Veluti, eodem in titulo.

Δόπτερον
κόλιον

¶ Hæc vox iterū duas res significat. Altera est qua demonstratur tempus secundū, quod Græci dicunt. Legendū ex vestigiis antiquorum exemplarium, quod Græci δόπτερον, dicunt, id est secundo, hoc est secunda editio. Et paulo post, Altera quæ ad sequentiā quoque tempora pertinet, quæ græcè. Legēdum quæ græcè dicitur κόλιον, hoc est rursus. Hoc sensu edicti iterum edi in bebo, hoc est altera editio: & iterū hoc est rursus, quod significat iterum iterumque.

Ex. l. prima, de iis qui notantur infamia.

In violato
res mandati
& societatis
Mandati iudicium;

¶ Qui pro socio, tutelæ, mādātī. Huc pertinere videtur Ciceronis illud dictū pro Roscio Amerino, In priuatis rebus si qui rem mandatā nō modò malicio sius gessisset sui quæstus aut cōmodi causa, verū etiā negligētius: eum maiores summū admisisse dedecus existimabāt. Itaque mandatī constitutū est iudicium non minus turpe quā furti. Credo propterea quod quibus in rebus ipsi interesse nō possumus, in iis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur: quā qui laedit, oppugnat omne cōmune præsidium, & quātum in ipso est distubat vitæ societatem. Non enim possumus omnia per nos agere. alius est in alia re magis utilis. Idcirco amicitia cōparantur, vt cōmune commodum mutuis officiis gubernetur. Ergo idcirco turpis hæc culpa est quod duas res sanctissimas violat amicitiam & fidem: nā neque mandat quis quod ferè nisi amico, neque credit ei nisi quod se delem putat. Et paulo post, In rebus minoribus sociū fallere turpissimū est, æqueque turpe atque illud de quo antè dixi. neque iniuria: propterea quod auxiliū sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem cōmunicauit. Ad cuius igitur fidē con fugiet cum per eius fidem leditur cui se cōmiserit? Atque ea sunt animaduertenda peccata maxime quæ difficillime præcauentur. Tecti esse ad alienos possumus, intimi multa apertiora videāt necesse est. sociū cauere qui possumus: quæ etiam si metuimus, ius officii ledimus. Recte igitur maiores eum qui sociū sefellisset, in virorum bonorum numero haberi noluerūt. Idē pro Roscio Comcedo, Si qua enim sunt priuata iudicia summæ existimationis & pene dicam capitis, tria hæc sunt, fiducia, tutelæ, societatis. Aequè enim perfidiosum & nefarium est fidē frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & sociū fallere, qui se in negotio coniunxit. De fiducia nos alibi diximus.

Ex lege secunda.

Auctorare
& auctorati
Auctoramentum.

¶ Sed etsi eū exauctorauerit, id est insignia militaria detraxerit, infamē efficit. Auctorare obligare est: & auctorati milites, sacramēto astricti, & quasi oberta ti. hoc est ære stipendiario obstricti ac iam non sui arbitrii. Cuius exēpla multa apud Liuiū & alios. Vnde auctoramentū. Cicero in pri. Offi. Illiberales autē &

sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorū opera non quorū artes emun-
 tur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum seruitutis. Tranq. in Tyb. Mu-
 nus gladiatorium dedit primum in foro, secundum in amphitheatro rudiariis
 quibusdam reuocatis auctoramento centum milium. Inde exauctorare aucto-
 ratum & astrictum dimittere, & abire sinere, & suo arbitrio reddere. Id quod
 citra ignominiam fieri potest, & fit hodie, quod quictare sacramentum dicimus
 lingua vernacula. Liuius lib. octauo, Sine comætu milites in pacato, in ho-
 stico errent. immemores sacramenti licentia sola ubi velint exauctorentur. In-
 frequentia deserantur signa, neq; conueniatur ad edictum. Idem libro sexto de
 bello Macedonico, Postero die concione aduocata de rebus ab se gestis cū dis-
 seruisset, milites auctoratos dimisit. Hi græce ἀφιδύοι ab Aristotele in tertio
 Politicō dicuntur: ab aliis ἀφιδύοι τῷ στρατιώτῃ: & aliter ἀπειζωσμένοι, id est
 discincti. Herod. τὸ πειζήσῃς ὑπόδηγμα, ὃς τῶς περὶ τὴν ἀρκτέωντας ἀπειζωσεν, ἄσ-
 κῆτα ἄσπῃς, id est, Exemplumq; Seueri subit eorum in mentem, qui eos auctora-
 uit qui Pertinacem interemerant. Ignominiosæ autem exauctorationis exem-
 plum est apud Lampridium in Alexandro, Seueritas autem, inquit, tantæ fuit
 in milites, vt legiones integras exauctorauerit, ex militibus Quirites appellas.
 Idem de exauctorata legione apud Antiochiã, cum nihilo minus fremerent, ex-
 clamauit, Quirites discedite atq; arma deponite. Mirando exemplo depositis ar-
 mis, depositis etiam sagulis militaribus, omnes non ad castra, sed ad diuersoria
 varia recesserunt. Simile illud Lucani in quinto, Vadite meq; meis ad bella re-
 linquite fati, Inuenient hæc arma manus. Et paulo post, Vos defecta senes
 exhaustaque sanguine turba Cernetis nostros iam plebs Romana triumphos:
 id est iam pagani & Quirites ex militibus facti. Et rursus, Iam certe mihi bella
 gerã, discedite castris, Tradite nostra viris ignaui signa Quirites. Est etiã apud
 Herodianum in secundo circa finem, exauctoratorum prætorianorum exem-
 plum. Tranquillus in Augusto, Legiones immodeste missionem postulantes,
 citra comoda emeritorum præmiorum exauctorauit. Quanta autem fue-
 rit seueritas castrensis apud Romanos, ex his verbis Ciceronis pro Cluentio
 intelligi potest, Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si à multis esset flagi-
 tium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertetur, vt me-
 tus videlicet ad omnis, pœna ad paucos perueniret. Quibus verbis Cicero mo-
 tum antiquum significat quo in decimum quemque militē sortito animaduer-
 tebatur capitaliter: vnde decimatas legiones legimus. Cæterum quos quas-
 satos, nunc dicimus, antiqui ære dirutos vocabant. Festus, Aere dirutum, in-
 quit, militem dicebant, cui stipendium ignominia causa non est datum, quod
 æs diruebatur in fiscum non in militis sacculum. Hoc verbo Cicero facetissi-
 me in Verrem vsus est Act. sexta, Diu faciant vt rei militaris, vt belli mentio-
 nem facere audeas. Cognoscentur enim omnia istius æra illa vetera, vt non
 solum in imperio verum etiam in stipendiis qualis fuerit intelligatis. Renoua-
 bitur prima illa militia cum iste è foro abduci, non (vt ipse prædicat) perdu-
 ci solebat. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus cum fre-
 quens fuisset, tamen ære dirutus est. Id est quamuis non esset emansor sed fre-
 quens in castris aleatoriis, tamen ære dirutus est: id est stipendia perdidit, alea
 scilicet omnia absumente. Idem in Antoniana decimatertia, Fraudator credi-

Exauctorare

Ἀφιδύοι

Ἀπειζωσμένοι

vois

Seueritas cas-
strensis.

Decimatæ lea-
giones.
Sortito in mi-
lites animada-
uertebatur.
Quassati.
Aere dirutis

*Diruptus:
Herniosus.*

*Ad manticam
res rediit.
Ad incitos
redactus.*

torum Trebellius, homo dirutus diruptusque Quintus Caelius. id est tum her-
niosus, tum dissipato patrimonio expeculatus atque omni aere exhaustus. Lufte
enim Cicero per paronomasiam dirupti id est herniosi & diruti. Siquidem aere
diruti milites aera non merebant, & quasi sine aere erant. Tales autem sunt quibus
nihil reliqui esse dicimus, id est quibus ad manticam res rediisse vulgari
proverbio dicitur. antiqui ad incitas reductos dicebant, vel etiam ad incitos si
Isidoro credimus, id est ad ultimum inopiae. Quod proverbium a calculis luso-
riis deductum est, qui loco cieri nequeunt.

Ex. I. Athletas

*Sullanus
Sullaturire.
Poluposus.*

*Ludicrorum
genera.
Gymnici
Scenici.
Dionysiaci
artifices.*

*Hypocrite.
Hypocrisis.
Histriones.
Ludiones.
Ludii.
Mimi.
Pantomimi.*

Archimimi.

Ethologi.

Ethopcei.

Ethopceia.

Neque themelici neque sexustici. Thymelici xystici legendum nemo non no-
minat. Quae ego xustici ab Vlpiano scriptum esse censeo, ut Sullanus dicitur, quo Ci-
cero ad Atticum utitur, & sullaturit, a Sylla deducta vocabula: & poluposus
in. l. qui clauum. infra de Adilitio edicto: (Sic enim habet vetustissima ex-
emplaria) & pyrhhicharius pro pyrhhicharius in. l. aut damnus, de poenis. Verum ut
locus iste melius intelligatur & quaedam alia etiam iuris loca, complectenda
semel compendio quodam genera ludicrorum duxi, quibus antiqui Graeci ac
Romani sunt usi. Theatricorum igitur artificum partim gymnici, partim sceni-
ci fuerunt: nam gladiaturam & agitatoriam satis erit perstringere. Scenici
sunt qui scenicos agones excercunt, qui & musici agones & Dionysiaci dican-
tur, quasi Libero patri dicati. Quare & homines ipsi scenici vno verbo a Grae-
cis Dionysiaci artifices dicuntur, auctore Aristotele & Gellio libro decimo. In
his sunt comedi & tragedi, id est fabularum actores, mimi, pantomimi, archi-
mimi, ethologi, ethopcei: omnes vno nomine hypocrite, id est alienae personae
simulatores dicti: & eorum actio hypocrisis, id est alienae personae simulatio.
Latine histriones ludionesque aut etiam ludii dicuntur. Mimi imitatores sunt.
Pantomimi, omnium personarum imitatores effectoresque. Plinius in Paneg. archi-
mimis quoque aduersatur, & damnat effoeminatas artes & indecora studio seculi.
Tranquillus in Calig. Nestorem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur.
Archimimi, principes sunt histrionum. Tranquillus in Vespas. Fauro archimimus
personam eius ferens, sustinensque (ut est mos) facta ac dicta viri, interrogans
palam procuratoribus quanti funus & pompa constaret, ut audiuit sestertium
centies, exclamavit centum sibi sestertia daret, ac se vel in Tyberim proiceret.
Verba sunt histrionis significantis, extremam Principis parimoniam. Etholo-
gi, morum sunt effectores affectuumque cuiuscumque personae. Cicero libro secun-
do de Oratore, Mimorum est enim ethologorum si nimia est imitatio sicut
obscenitas. Quibus verbis Cicero nimiam in Oratore imitationem repro-
hendit quasi mimicam non oratoriam. Haec est enim huius generis, inquit, ut
ita facta demones, ut mores eius de quo narres, ut sermo, ut vultus omnes
exprimantur, ut his qui audiunt tum geri illa fierique videantur. Ethologos
Sudas inter theatristas enumerat. Sunt & Ethopcei iidem, ut opinor, atque
ethologi, id est histriones qui mores imitantur eius personae quam sustinent,
auctore Suda. Vnde Ethopceia Quintil. libro ix. id est morum alienorum imi-
tatio, cuius exempla licet apud eundem videre. Meminit & Priscianus in praef.

exercitamentis. Ethos autem inquit Quintil. vno verbo latine dici non potest: hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam statuarumq; Ethici dicti sunt, vt Polygnotus & alii nonnulli. in quorum operibus mores & sensus expressi cernebantur. Huiusmodi enim artifices non modò iconicas imagines effingunt, id est omnibus liniamentis ad exemplar expressas: sed etiam ethicas, id est sensibus expressis propemodum spirantes. Sunt & inter scenicos thymelici, saltatores, chironomi. Thymelici sunt citharædi, citharistæ psaltæ, lyristæ, tibicines. Citharædi qui & fidicines dicuntur, citharæ accinunt. Citharistæ citharam tantum pulsant non etiam accinunt. Thymelici in orchestra actiones suas peragebāt: Comici autē & Tragici actores (qui proprie scenici dicuntur) in scena, vt auctor est Vitruuius. Propterea, inquit, apud Græcos thymelici à scenicis separantur. Erat enim scena proscenium, id est locus ante scenam porrectus vbi pulpitem excitatum erat quò actores fabularum prodirent, ita vt scena altior esset pulpito, pulpitem autē altius orchestra: quæ ipsa locus erat saltantium, ob id orchestra dicta quasi saltatorium. Eodem errore thymelici apud August. lib. vii. de Ciuitate circa finē legitur, glossulariis ipsis ita lectitantibus. Conformationem vero theatri ac omnium partiū eius descriptionem scire cupientibus, Vitruuius adeundus est libro quinto de Architectura: tamen si non cuiusuis est hominis adire Corinthum, vt est in prouerbio, *ὅπου πάντες ἐνδεδέξαι ἐξ κίβητων ἐστὶ τὸ πάλαι*. Chironomi sunt gesticulatores, & Chironomia saltatio gesticulatrix: qualis est quam Mauricam vocamus. Iuuenalis, Chironomon Ledam molli saltante Batillo, Tusciam vesicæ non imperat. Leda autem Chironomia erat saltatio. Alioquin chironomia lex gestus à Quintiliano dicitur in primo. Ab heroicis ipsa temporibus orta, & à summis Græciæ viris atque ab ipso etiam Socrate probata, à Platone quoque in numero ciuiliū posita virtutum, à Chrysippo in præceptis de liberorum educatione compositis non omissa. Quam artem oratori necessariam esse ipse idē late in vndecimo docet. Hæc etiam Palæstra vocatur, & qui eam docent Palæstrici dicti sunt. Ab his enim præceptoribus motus gestusq; formantur, vt recta sint brachia. ne indoctæ rusticæve manus. ne status indecorus. ne qua in proferendis pedibus inciticia. ne caput oculique ab alia corporis parte dissideant. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimauerunt. Nostrate vulgus vno verbo continentia hæc omnia significat. De hac intellexit Cicero primo de Oratore his verbis, Sic censeo, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus his artibus quæ sunt libero dignæ perpolitus: quibus ipsis si in dicendo non vtimur, tamen apparet atque extat vtrum simus earum rudes, an didicerimus. Vt qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed ipse motus indicat didicerint ne palæstram an nesciant. Et in Oratore perfecto, Vt enim, inquit, athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam: vt quicquid in his rebus fiat viriliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuit apta: nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat intelligit. Propterea idem in Bruto de Phalereo loquens, Sed non tam armis, inquit, institutus quam palæstra.

Ethos.
Ethici statuarii.
Iconici pictores.
Iconica imagines.
Thymelici,
Citharædi,
Citharistæ.

Scena proscenium.
Orchestra
Pulpitem.

Chironomia.
Maurica
Leda.
Chironomia.

Palæstra.
Palæstrici.

Palæstra.

itaque delectabat magis Athenienses quam inflammabat. Quamquam hoc in loco palæstram pro luctatorum certamine accipi puto. hoc sensu, circo magis ac ludicris certaminibus Phalereum quam iusto ac vero prælio ac certamini vulnifico aptum fuisse: hoc est concionibus magis & epidiético dicendi genere valuisse, quam forensi & concitatore, ut ex sequentibus apparebit. Palæstra igitur decetiam illam significat, qua status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quandam leporemque præ se ferunt: quam qui non didicerunt, ii Apalæstri ab antiquis dicti sunt: ut apud eundem Ciceronem in Oratore perfecto, Itaque qualis eorum motus quos apalæstros Græci vocant, talis eorum mihi videtur oratio qui non claudunt numeris sententias.

Apalæstri.

Itaque Quintilianus in nono significare volens orationem forensis, nec plane numerosam esse debere qualis Panegyricus ille famigeratus Isocratis, nec rursus numeris vacare, ita inquit, Sicut enim quos palæstritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos qui dicuntur apalæstri, & reliqua. Hodie autem huiusmodi institutores nulli sunt, id est palæstrici: quemadmodum nec Phonascos habemus, id est formandæ vocis magistros, quales apud antiquos fuerunt, quorum ars Phonascia à Theophrasto dicitur. Qui tamen utriusque hodie non im-

*Phonasci
Phonascia.*

utiles (ut opinor) essent iis qui causas in foro agunt, aut quibus in magna hominum celebritate aliquando dicendum est. Saltationis antiquæ species tres fuerunt, Pyrrhicha quæ & enoplia à quibusdam dicitur, id est armata: à quo pyrrhicharii vel purrhicharii dicti, in lege aut damnû, de pœnis, ubi cornu pte puricharii legitur. sunt enim pyrrhicharii qui à Græcis pyrrhichista dicitur, hoc est saltatores armati. Cordax, saltatio est obscena & comica. Tertium genus saltationis Sicinnis appellatur, quæ satyrica esse dicitur. Plinius libro septimo, Saltatione armata Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus. Est & alia quæ emmelia dicitur, id est pacata saltatio. Plato libro tertio de Legibus, *ἡ δὲ τῶν ὀρχήσεων τῶν καλῶν εἶδη. ἃ μὲν περικύβητος, περὶ ἧλιου, ἃ δὲ ἐρωτικῶν, ἐμμελίαν* *ἰππονομίαν*, Duo, inquit, saltationis honestæ genera. unum quidem bellicum, quod pyrrhichen: alterum pacatum, quod emmeliam appellauerunt. De generibus saltationum multa Lucianus in capite *περὶ ὀρχήσεως*, id est de saltatione.

*Saltationis
antiquæ species.*

*Pyrrhicha
& enoplia.
Pyrrhicharii
Cordax.
Sicinnis.
Pyrrhichista.
Satyrica.
Emmelia.*

In gymniciis artificibus sunt athletæ, qui & pyctæ, id est pugiles dicuntur: quod nomen & ad gallinaceos pugnaces translatum est, cuius exempla sunt apud Columellam libro nono: quod genus & apud Græcos frequentabatur, ut idem Columella & Lucianus dialogo de gymnasiis docent. Pollux athletarum nomine gymnicos omnis intelligi voluit. Hi autem sunt palæstre, id est luctatores: Dromeis, id est cursores, Pyctæ, id est pugiles: Discoboli, qui discum in sublime iaculantur: Haltici, qui saltus pernicitate contendunt. Plautus de antiqua puerorum institutione loquens, Ante solem, inquit, exorientem nisi in palæstram veneras gymnasiû, profecto haud mediocris pœnas penderes. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, saliendo sese exercebāt magis quæ scorto. Quod de institutione Græcorum intelligendum. Romani enim id genus exercitamentis non utebantur. Gymnici autem agones dicuntur quia nudi athletæ iis ludis exercebātur. Plinius in septimo, Ludos gymnicos Lycaon in Arcadia primus inuenit. Inde gymnasia dicta, exercitationis loca: quæ tria Athenis fuerunt, Lyceon Academia Cynosarges, quæ tamē ipsa ab exercitatione corporum

Pyctæ.

*Gymnici.
Athletæ.
Discoboli.
Haltici.*

*Gymnasia.
Lyceum.
Cynosarges.*

ad animorum postea traducta sunt. Vnde Academia pro philosophorū scho-
 la ponitur. Cicero in Acad. Nam cum Speusippum sororis filium Plato phi-
 losophiæ quasi hæredem reliquisset: duos item præstantissimos studio atq; do-
 ctrina Xenocratem Calcedonium & Aristotelem Stagiritem. Qui erant cum
 Aristotele Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo: illi
 autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cœ-
 tus erant & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. Apud
 Cynofarges pueri nothi exercebantur, qui nec à patre nec à matre ciuitatis ius
 habebant, auctore Suda. Luctaturi verò antiqui ceromate, id est oleo cerato
 perfundebantur. vnde qui eos vngebant Ceromatistæ dicti. Aphe puluis dici-
 tur quo post vnctionem inspergebantur, vt corpora ceromate & sudore lu-
 brica mutuas luctantium prehensiones admitterent. Vnde prouerbium illud
 natum, Citra pulueris tactum: quod Græci ἄκοντι dicunt, id est ἀνὸν ἀγώνου, si-
 ne certamine: quod de iis dicitur qui facile aliquid assecuti sunt, & citra sudo-
 rem, quod & citra puluerem dici potest. Plinius lib. xxxv. Citra pulueris tactū
 quod Græci vocant ἄκοντι. Quidam tamen citra pulueris iactum legunt,
 quod Græci dicunt ἀμαχῆ, id est citra pugnam. Puluis enim à pugnantibus
 excitari solet. Sed melius tactum legitur. Aphe enim tactus græce dicitur.
 quo nomine puluis ille inspersus significatur: quod Ouidius libro nono Me-
 tamorphoseon expressit his verbis de lucta Herculis & Acheloi loquens, Ille
 cauis hausto spargit me puluere palmis, Inq; vicem fuluæ tactu flauescit are-
 na. De ratione autem ac modo huiusmodi institutorum Lucianus multa di-
 xit in tractatu de gymnasiis. Hoc autem genus lucte palæstra dicitur, vnde
 palæstræ dicti qui eius sunt periti, & palæstrici. Quintilianus de palæstra illa
 loquens de qua paulo antè diximus, cuius pars esse chironomia dicitur, Ne il-
 los quidem, inquit, reprehendendos puto qui paulum etiam palæstricis vaca-
 uerunt. Non de his loquor quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur:
 qui corporum cura mētem obruerunt. Hos enim abesse ab eo quem institui-
 mus q̄longissime velim: sed nomen est idem iis à quibus gestus motusq; formā
 tur. Idem lib. duodecimo, Et vt palæstrici doctores illos quos numeros vocāt,
 non idcirco discentibus tradunt, vt iis omnibus que didicerint, in ipso luctadi
 certamine vtātur (Plus enim pōdere & firmitate & spiritu agitur) sed vt sub-
 sit copia illa ex qua vnū aut alterum cuius se occasio dederit, efficiant. His ver-
 bis Quintiliani satis apparet quid palæstra athletica à palæstra illa differat que
 motus & flexus decentiam docet. Palæstre tamen appellatio artē omnē athle-
 ticam cōplectitur: vt apud eundē libro secundo, Vt si quis, inquit, palæstre pe-
 ritus cum in aliquod gymnasium venerit expertus eorum omni modo corpus
 animūq; discernat cui quisq; certamini preparandus sit. Et rursus, Nanq; erit
 alius historiæ magis idoneus, alius compositus ad carmen, alius studio iuris vt
 nonnulli rus fortasse mittendi. Sic discernet hæc dicendi magister quomodo
 palæstricus ille cursorem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliūdve quid ex
 iis quæ sunt sacrorum certaminum. Eodē pertinet illud Ciceronis supradic-
 tum de Demetrio Phalereo. At vero Pugilatus quem Græci πυγυλιὸν appel-
 lant cæstibus exercebatur, quales à Vergilio libro quinto Aeneidos describun-
 tur, In medium geminos immani corpore cæstus, & reliqua. Qui autē halmate

Academia.

Peripatetici.

Cynofarges.

Ceromate.

Ceromatistæ.

Aphe.

ἄκοντι.

Citra pulueris tactum.

ἀμαχῆ.

ἀφῆ.

Palæstricæ.

Palæstrici.

Palæstra.

Pugilatus.

Halteres. id est saltu certabant ii halteribus utebantur (sic enim vocabant plumbeas pilas massulasve quibus utraq; manu se librabant, ut certius assilirent.) Iuuenalis, Et lassata manu ceciderunt brachia massa. **Discoboli.** Discoboli discum iaculabantur, id est lapidem rotundum ac pertusum, ut inquit Ammonius. Quintil. in seculo, Quid tam distortum & elaboratum quod est ille discobolos Myronis? **Stadiodromi** fores pars Stadiodromi vocitatis stadium percurrerant: pars **Diaulodromi** dicti, cum ad metam peruenerant flectentes, eodem rursus recurrebant, unde cursum **Diaulus.** Diaulus enim dicitur huiusmodi circumactus curricula, id est curricula duplum. Vitruuius libro quinto, In palaestris peristylia quadrata siue oblonga ita sunt facienda, ut duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem, quam Graeci vocant diaulon. Erant & **Dolichodromi** qui sexies, ut quidam putant, stadium curriculo obibant. **Dolichus** certe longissimus cursus dicebatur. Inter Athletas etiam erant qui **Acrochiristae** dicebantur, summis inter se manibus depugnantes, nullo complexu herentes, ut palaestris. Erant **Pancratiaestae** & **Pancratistae**, qui manibus pedibusque quasi omni ope omnibusque (ut dicitur) unguibus connixi certabant, a Pancratio id est huiusmodi certamine dicti, de quo latius dicendum cum locus occurrerit. Auctor est Festus **Pentathlos** graece dictos esse & latine quinquertiones qui generibus quinque certarent, id est **Quinquertiones.** lucta, pugillatu, cursu, saltu, & pancratio. Et **Pentathlon** latine quinquertium dictum quod certamina quinque complectitur. Plinius lib. xxxiiii. de Myrone, Fecit & canem & discobolon & Mineruam, **Delphicos**, **pentathlos**, **pancratistas**. **Xystici.** Xystici a xysto, id est porticu dicti sunt, in qua per hyemem sub tecto exercebantur. Tranquil. in Aug. Nec tamen eo minus xysticorum concertationes aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit. Vitru. libro sexto de graecanicis aedificiis loquens, Xystos, inquit, graeca appellatione porticus amplitudine dicitur, in qua athletae per hyberna tempora exercentur. Nostri autem **Hypetras** ambulationes xysta appellant, quas Graeci παραδρομίδας dicunt. Idem libro quinto de palastrarum aedificatione loquens, Haec autem porticus **ευστο** apud Graecos vocitatur, quod athletae per hyberna tempora tectis stadiis exercentur. Idem, Proxime autem xystum & duplicem porticum designetur **hypetrae** ambulationes quas Graeci **Paradromidas**, nostri Xysta appellant, in quas per hyemem ex xysto sereno caelo athletae prodeuntes exercentur. Xystus igitur & Xystum significatione differunt, cum tamen ambo graece sint idem, sed aliter latine usurpata sunt. Palaestra autem, id est aedificia exercendis & corporis & animi viribus accommodata, Graecorum consuetudinis erant, Romanorum non erant: apud quos **Ephibia** non erant, id est loca puberibus exercendis constructa, ut in illo Plautino exemplo vidimus: nec etiam **Exhedrae** in quibus philosophi apud Graecos in palaestra sedentes disputabant, ut docet Vitruuius. Quidam **Sciamachos** adiciunt. Est autem **sciamachia** umbratilis pugna, ut Gellius transtulit. ad quam Iuuenalis alludens dixit, Ad pugnam qui rhaetorica descendit ab umbra. **Umbratilis** autem pugna propterea dicebatur, vel quia quasi cum umbra sua, id est nullo aduersario depugnabant, ut Platonis in Apologia Socratis: vel quia huiusmodi pugnae simulacra sub tecto fieri solita erant, non ut vera pugna in sole & puluere. Hinc illud a Cicero in libro tertio de Legibus μετ' αφορμής dictum est, Post a Theophrasto **Phalea**

reus ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum ocioque non modo in solem atque in puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. Nam & mediocriter doctos magnos in repub. viros & doctissimos homines non minus in rep. versatos multos commemorare possumus. Qui vero utraque re excelleret, & doctrinae studiis & regenda ciuitate princeps esset, quis facile praeter hunc inueniri potest? Demetrius, inquit Cicero, non modo contentiones illas disputatrices & philosophicas in scholis & sub tecto quasi umbratilia praelia exercuit, sed etiam in verum iustumque praelium descendit armis illis philosophici studii instructus, id est ad concertationes contentionesque ad ministranda reipub. cuiusmodi multae in democratia maxime existere solent, qualis erat Atheniensis respub. ubi Phalereus vitam egit. Plinius in octauo Epistolarum, Nisi forte volumus scholasticas tibi atque (ut ita dicam) umbraticas literas mittere. Sed nihil minus aptum arbitramur, cum arma, cum castradenique cornua, tubas, sudorem, puluerem, soles cogitamus. id est cum ea meditamur quae in Senatu & in luce forensi dicenda nobis sunt. Umbratilis pugna est hodie eorum lanistarum qui digladiandi artem profitentur. Qui cum omnes numeros impetendi cedendique, vulnera inferendi vitandique egregie tenere videantur, aut etiam ubi punctum cessumque ferendum, si quando in solem pulueremque prodeundum sit, id est ex illa prolusione ad verum vulnificumque discrimen veniendum, animo plerique concidere videntur, nec artis suae praceptorum meminisse. Enimuero athletae certo quodam victu utebantur, & necessario ad comparandas vires firmitatemque corporis. Quintilianus libro duodecimo de iis loquens qui ignorantiae suae atque inertiae patrocinautes, nullam esse eloquentiam nisi naturalem dictitant, ita inquit, Contenti illi quidem promere animi voluntatem, nihilque accersiti & elaborati requirentes: quicquid huc sit adiectum, id esse affectationis & ambitiosae in loquendo iactantiae, remotum a veritate, fictumque ipsorum gratia verborum, quibus solum natura sit officium tributum seruire sensibus. Sicut athletarum corpora etiam si validiora fiant exercitatione & lege quadam ciborum, non tamen esse naturalia, atque ab illa specie quae sit concessa hominibus, abhorrere. Huiusmodi victum athleticum Aristoteles ἀνακοφάγια appellat in Politicis, quasi cibi sumendi necessitatem. Panis quo utebantur coliphium dicebatur, ἀπὸ τοῦ κόλφου καὶ τοῦ ἰσίου, id est robore membrorum. Iuuenalis, Luctantur paucae, comedunt coliphia paucae. Vos laenam trahitis. Celsus libro quarto, Si malum, inquit, inueterauit, athletico victu corpus firmandum est. Athleticum pro valido & ad vires firmandas accommodato dixit. Quintil. de scribendi exercitatione loquens, Quapropter historiae nonnunquam veritas in aliqua exercendi stili parte ponenda est, & dialogorum libertate gestiendum. Ne carmine quidem ludere contrarium fuerit, sicut athletae remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Vnde athletica habitudo pro corpulenta & firma dicitur, quam Aristoteles ἀθλητικὴν ἐξιν appellat. Inde apud Plautum pugilice & athleticae valere, pro optime & firmissime. De huiusmodi anancophagia loquens Apostolus prioris ad Corinthios nono ita inquit, πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεῖται. ἐκείνοι μὲν ἵνα φθαγῶν σέφανον λάβωσιν, ὑμεῖς δὲ ἐφθασεν. Qui locus transferri sic potuit, Omnis agone conten-

Demetrius:
Phalereus.Umbratilis
pugna.Athletarum
victus.Anancophagia.
Coliphium.Athletica
habitudo.
Pugilice aut
athletice
valere.

Locus Apo-
stoli enarra-
tus.

Agitatores.

Desultores.

Ἀμφίπποι

Amphippi.

Desultoria
leuitas.

Celetes.

Equi desul-
torii.

dens in omnibus abstinens esse didicit. Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, vos autem vt immarcescibilem. Quo loco Apostolus eleganti meta- phora vsus est, quam semel susceptam ad extremum pertulit. Ἐγὼ τοίνυν ὅτιο ἔχω ὡς ἐκ ἀδύλων, ὅτιο πυκτόβω ὡς ἐκ ἀέρος δέξωρ, Ego vero sic curro quasi non temere: sic pugillor quasi non inaniter aerem cedens. Ἀλλ' ὑπεριάζω τὸ σῶμά μου καὶ ἀλαγοῶ, Sed diligenter obseruo corpus meum & seruiliter exerceo: id est, sed in isto cor- pori meo, & obnoxium mihi reddo acerbe omnia officia exigendo. Sic enim hic locus à Suda enarratur. His autem verbis Apostolus vitam nostram in- stituendam esse docet ad exemplar athleticæ. Cum enim paria nobis athleticis certamina obeūda sint, cautione certe pari & obseruatione victus simili nobis quoq; vtendum est. Scilicet ne corpus nostrum continentia & seuerioris vitæ lacertos in delicias mutet, atque in imbelliam vanescat licentioris vitæ. Inter- pres verò locum illum parum scite transtulit, quare enarrator Lyranus non satis intellexit. Agitatores dicti sunt aurigæ in curuli certamine & ludis Cir- censibus, quorum factiones erant ruffati, albatii, prafini, veneti, à colore panni dicti, quibus Domitianus duas addidit. Iuuenalis Saty. vndecima, Totam ho- die Romam circus capit, & fragor aurem Percutit, euentum viridis quo col- ligo panni. Plinius libro octauo Epist. de Circensibus loquens, Quò magis miror tot milia virorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos, in- sistentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum aut ho- minum arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant, & si in ipso cursu mediòq; certamine hic color illuc, ille huc transferatur, stu- dium fauorq; transibit, & repente agitatores illos, equos illos quos procul no- scitant, quorum clamitant nomina, relinquet. Tanta auctoritas, tanta gratia in vna vilissima tunica. Hæc ille de factionibus agitatorum loquens in ludis Circensibus, quibus quisq; fauebat obtrectabatve pro suo arbitratu. Tranqu- in Calig. Agitatori Cythico comestatione quadam in Apophoretis vicis sester- tium contulit. Erant & desultores qui duos equos absq; ephippiis agitan- tes, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant. Lilius, Quibus des- ultorum in modum binos trahentibus equos in recentem equum ex fesso cras- sultare mos erat inter acerrimam pugnam. Hos Aelianus de aciebus instruen- dis ἀμφίππους appellat de antistomo phalange loquens: Valet autem hoc in- quit, instruendæ aciei genus potissimum contra barbaros qui loca Histrio am- vicina incolunt, quos Amphippos cognominant à mutatione equorum: ex aliis enim in alios transfultare consueuerunt. Ab iis desultoria leuitas prouer- bialiter dicitur. Ioan. Picus, Homo, inquit, variæ ac multiformis & desultoria- naturæ animal. Desultoriam hominis naturam dixit quasi versipellem & sub- inde sese in aliam aliamq; formam mutantem, vt Proteum factitasse fabulantur. A Martiano Capella hoc sumptum, qui leuitatem desultoriam dixit, Leuitate, inquit, pernix desultoria gestiebat. Vsus est etiam Apul. in principio Afini sui. Desultores ab aliis dicuntur quos Græci Celetes dicunt, id est equites non bigis aut quadrigis in certamine vtentes, sed equo vno insidentes, cuiusmodi certamen hodie quoq; nonnullis in locis celebratur. Tranqu. in Cæs. Quadrigas bigasque & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Plinius libro tricesimoquarto, Græci κέλντας tantum dicebant in sacris victores. postea ve-

ro & qui bigis vel quadrigis vicissent, unde & nostri currus nati in his qui triumphassent. Eosdē celetas interdū Plin. celetizontas vocat participio græco *Celetizontas*. Var. lib. secūdo de re rust. Equiq; alii sunt idonei ad rē militārē, alii ad vecturā, alii ad admissuram, alii ad cursuram, alii ad prēdam: non itidem sunt spectandi atq; habendi. Itaq; peritus bellī alios eligit atq; alit ac docet aliter, aliter quadrigarius ac defultor. Hoc verbo vsus est Papinianus in .l. apud Labeonem. infra de prescriptis verbis. Gladiatorū genera retiarii, secutores, mirmilones, *Gladiatorū genera.* hoplomachi, Thraces: quorum exempla apud auctores crebra sunt. Horum autē magistri atq; institutores Lanistæ dicebātur. Verū vt ad sensum Vlpiani *Lanistæ.* prædicta accomodare possimus, adnotādum id quod Pollux libro tertio de vocabulis rerū ad Commodū Cæsarem scripsit, agonū quosdā Stephanitas & *Agones Stephanitæ & Phyllinæ.* phyllinas qui sacri dicuntur, appellatos: quorū præmia in corona & frondibus *Argyritæ.* erant. quosdā thematicos dictos quasi posititios, qui etiā Argyritæ dicebātur *Thematici.* ab argenteo pecuniarioq; præmio. Demost. πρὸς Αεττιβλω, εἶτα μεγίστας δίδοτε ἐκ τῶν τοῦ ἀγῶνος δωρεῶν τῆς τῶν γυμναστικῶν ἀγῶνας νικῶσι τῶν σεφαιτῶν. Quatuor autem *Certamina sacra.* in Græcia certamina sacra fuerunt quos agonas appellant, nemeza, pythia, *Hieronica.* isthmia, olympia. Inde Hieronica dicuntur qui in illis sacris certaminibus *Olympionica* vicerāt, quo modo Olympionica qui in olympico. Tranq. in Nerone, Ac ne cuius vterius hieronicarum memoria aut vestigium extaret vsq; , subuertit & *ca.* vno trahi in latrinas omnium statuas & imagines imperauit. Qui verò quatuor hæc obierant & vicerant, periodouictores dicti sunt auctore Festo. Inge *Periodouictores.* tes autē honores habitos esse olim hieronicis testis est Vitruuius libro nono his verbis, Nobilibus athleticis qui olympia pythia isthmia nemeza vicissent, Græcorum maiores ita magnos honores instituerunt, vti non modò in conuentu stantes cum palma & corona ferant laudes, sed etiam cum reuertantur in suas ciuitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias inuehantur, eq; repub. perpetua vita constitutis vectigalibus fruuntur. Qui locus à Vitruuio ex Panegyrico Isocratis sumptus est. Trāq. in Nerone, Reuer- sus è Græcia Neapolim albis equis introiit dissecta parte muri, vt mos hiero- nicarum est. Plin. in libro septimo de Pompeio loquens, Postea ad tot maria & deinde solis ortus missus, hos retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus vincētium. Neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant. Idem lib. decimo sexto de coronis frondeis loquens, Nouissime, inquit, & in sacris certaminibus vsurpata, in quibus hodiēq; non victori dant, sed patriam ab eo coronari pronunciat. Cicero pro Flacco, Quid si etiam occisus est à piratis homo nobilis Acinas olympionices? hoc est apud Græcos (quoniam de eorum gravitate dicimus) propè maius & gloriosius q̄ Romæ triumphasse. Hactentis ille. Oleastri frondibus olympionica coronabantur. Plinius libro decimo quinto, Athenæ quoque victores olea coronant. Græci verò oleastro olympiæ. Lucianus πρὸς γυμναστικῶν auctor est hieronicarum præmiū fuisse olympiæ coronam ex oleastro: apud Isthmū ex pinu: in Nemeza ex apio: in pythiis mala ex fano Apollinis: Athenis vero in Panathenæis oleū. Plin. de apio libro decimo nono, Honos ei in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeæ Iuuen. Atq; apium Graiæ meruisse coronæ. Ex supradictis apparet quomodo intelligenda sit lex vnica de athleticis libro decimo Codicis. Caterum musciis

Critici.

agonibus, id est scenicis præerant critæ, id est iudices, a quibus Critici poematum iudices dicti sunt, quales Aristarchus & Aristophanes grammatici fuerunt, de quibus Fabius libro decimo, Apollonius, inquit, in ordinem à grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atq; Aristophanes poetarum iudices neminem sui temporis in numerum redegerunt. Et in pri. Iudicio quidam ita sunt seuerè vsi veteres grammatici, vt non versus modo censoria quadam virgula notare, & libros qui falso viderentur inscripti, tanq; subdititios summo mouere familia permiserint sibi: sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Gymnicis agonibus præerant Brabeutæ, qui &

Brabeuta.
Mastigonomi.
Rhabduchi.

Mastigonomi & Rhabduchi dicuntur à Græcis, auctoribus Polluce & Suda: latine designatores ab Vlpiano dicuntur. Legendū igitur hic, designatores quos Græci brabeutas appellant. sic enim in antiquo exemplari legimus literis pseudogræcis vt ab imitante exaratis. Tranq; in Nerone, Luctabatur alacridue, nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat q; brabeutarum more in stadio humi assidens, ac si qua paria longius recessissent in medium manibus suis protrahens. Brabeutæ à verbo brabeuo dicti sunt, quod consistuere & arbitrari significat. Isocrates in Panegyrico, ἐν μὲν καὶ τῆ καλῶς

Brauium.
βραβῆιον.

τιῶν τύχῳ βραβῆιον, In sortitione enim fortunam omnia arbitrari & constituere. Inde brabion quod & brauium dicitur, præmium Hieronicarum, hoc est corona: vt apud Apostolum ad Corinth. Omnes quidem currunt, vnus vero

Athlothetæ.
Agonothetæ.
Mastigophori.

brabium capit, πάντες μὲν τρέχουσιν, ἓς δὲ λαμβάνει τὸ βραβῆιον: Athlothetæ etiam in gymnics ludis dicti, vt agonothetæ in musicis, hoc est curatores etiam resq; certaminū, iidem scilicet qui brabeutæ. Archadius in lege vltima de muneribus & honoribus, Mastigophori quoque qui agonothetas in sacris certaminibus comitantur. Quo in loco anothetas corrupte in vulgatis exemplaribus legitur. Agonothetæ & athlothetæ Decemuiri erant sacris certaminibus præpositi, vt inquit Pollux. Eorum autem viatores mastigophori dicuntur à

Designatores.
Designare.

flagris quæ gestabant, quasi flagriferi. Videamus cur designatores dicti sint latine quos Græci βραβῆιοντες appellant. Designare (inquit Donatus in Adel.) est rem nouam facere in vtrâq; partem, id est & bonam & malam. Et designata recte & prauè facta dicebantur. Inde illud Terentianum, Nam illa quæ facta sunt omitto, modò quid designauit? fores effregit, atque in ædes irruit alienas. Nam & designatores, inquit, dicti qui ludis funebribus præsunt: credo ob eam causam, q; in ipsis ludis multa fiant noua & spectanda vt turba retineatur. Idem, Puto autem designationem contractionem conductionemq; populi in vnum intelligi. Hoc enim contingit ei qui aliquo flagitio populi in se oculos orâq; conuertit, & spectaculo est vulgo: quemadmodum designatores qui ludis funebribus multitudinē retinēt. Apul. lib. viii. de asino, Infit variatione clamosa conficto mēdacio semetipsum incessere atq; criminari, quasi cōtra fas sanctæ religionis designasset aliquid. insuper iustas pœnas noxi facinoris ipse de suis manibus exposcere. Idem libro decimo, Post dies plusculos ibidem designatum scelestum & nefarium facinus meminī. Sunt qui designatores esse putent (& recte nostra quidem sententia) eos qui constituendæ funebri pompæ aut etiam cuiuscq; præsunt, vnicuiq; incedendū locū ordinēq; præ-

Magistri ceremoniarū.

scribentes: similit fere munere eorū qui Romæ magistri ceremoniarū vocantur.

Cuius significationis exemplum inuenimus apud Plautum, qui designatores ludorum scenicorum vocat his verbis in prologo Pcenuli, Nive licetor verbū aut virgæ mutiant, neu designator præteriens obambulet, neu sessum ducat dum histrio in scena fiet. Propterea Vlpianus brabeutas non iudices & agorhetas intellexisse videtur, vt Tranq. in loco supradicto: sed mastigonomos & rhabduchos, qui virgas gestantes spectatores (vt fit) in officio continent in spectaculis, præsertim cū inter ministeria nominetur. Sudas tamen rhabduchos, id est virgas gestantes etiam pro iudicibus intelligi voluit, vt fortasse designatores vtrūq; munus obire solitos existimare possimus, iudicandi arbitrandiq; ludorum rationem, & spectatoribus moderandi virgarum terriculo. Verumenimvero quod paulo antè in fine legis secundæ dicitur, omnes in scenam propter præmiū descendentes famosos esse, mirari quisq; iure possit quomodo intelligendum sit: An q; in scenam ambitiosa ostentatione prodeuntes infames non sint? Augustinus lib. ii. de Ciuitate dei, docet artem omnem scenicam probrosam Romæ fuisse, atq; etiam omnes scenicos Censoria nota tribu moueri solitos. apud Græcos verò etiam in honore nec eo quidem paruo habitos. Liviū tribu moueri solitos esse ait libro septimo ab vrbe cond. circa principium. Nos certe hunc locum in compendio iuris ciuilibis quod est Romæ in bibliotheca Pontificis per indicis seriem ordine alphabeti sermone græco compositum, in hæc verba legimus, ὅτι πάντες διὰ πόρον ἐς ἀγῶνα, καλέοντες ἀέμοι ἐσσι, καὶ οἱ διὰ φιλοδομίαν ἐπὶ σκλήρις προΐόντες. ἔκ ἐστὶ δὲ παλαιὰ τεχνὴ ἢ τῶν ἀθλητῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὑπεργούτων ἐν τοῖς ἰσποῖς ἀγῶσιν. Quomodo omnes qui questus gratia in certamen descendunt, infames sunt, simul qui in scenam per ambitionem prodeunt, verum ludicra athletica ars non est, nec eorum qui quouis modo sacris certaminibus subseruiunt. Hæc igitur semel de ludis & agonibus antiquorum dicta sint, non modò ad hunc locū pertinentia, sed & ad alia multa & Pandectarum & Codicis Iustiniani. Quibus tamen & alia addemus si quando locorum interpretandorum ratio id tulerit.

habdūchos

tribu moueri solitos

omnes qui questus gratia in certamen descendunt

verum ludicra athletica ars non est

quibus tamen & alia addemus

Ex.l. Non debet. in titulo de dolo malo.

Sed nec humili aduersus eum qui dignitate excellit debet dari, vtputa plebeio aduersus Consularē præceptæ auctoritatis. Præceptæ, inquit Accursius, id est præ aliis acceptæ. Ego vero non præceptæ sed receptæ legendum affirmauerim, ea cōiectura ductus q; nemo vnq; latinus aliter locutus est. Receptū enim id dicitur quod à plerisq; prudentium approbatum est. Fabius in primo, Cædi vero discipulos q; & receptum sit, & Chrysippus non improbet, minime velim. Et libro secūdo, Libera enim vel contra receptas persuasiones rationem sequenti sententia est. Et rursus in vndecimo de Chironomia oratoria loquens, Averso pollice demonstrare aliquid receptum magis puto q; oratori decorum. Inde recipere pro approbare. Idem libro octauo de Metonymia loquens, Ex eo quod continetur, inquit, vsus recepit bene moratas vrbes, & potulum epotum, seculum scelix. Inde ius moribus receptum, & receptū in mores, de quibus alibi diximus.

Receptum.

Recipere.

Ius moribus receptum in mores.

Ex lege prima, de Minoribus.

Et ideo hodie in hanc vsque ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur.

tur, nec antè rei suæ administratio eis committitur. Hunc locum Accursius ita intelligendum putauit, dūtaxat vt gestum ab adolescentibus ratum sit. nō enim cogi adultos curatorem accipere, vt libro primo Instit. cauetur in titulo de curato. Ego autem in hoc loco hærere soleo, moueorq; testimonio Capitiolini, qui in Marco Philosopho (qui diuus Marcus vocitari in iure solet) ita inquit, Prætorem tutelarem primus fecit, cum antè tutores à Consulibus poscerentur. De curatoribus verò cum antè non nisi lege Lectoria vel propter lasciuiam, vel propter dementiam darentur, ita instituit vt omnes adulti curatores acciperent non redditis causis.

Ex lege tertiâ. in. §. Minorem. eodem in titulo, de bisexto

Intercalare.
Intercalaris mensis.
Emboliſmos

Exhæresimi dies.

Ἐμβόλιμος.
παρεμβόλιος.
παρεμβολίος.
Intercalatio.

Nam id biduum pro vno die habetur, & posterior dies calend. intercalatur, id est vt inquit Accursius, de medio tollitur, vt pro die non computetur. Intercalare interserere est si Macrobio credimus: & mensis Februarius intercalaris ob hoc dicitur, q̄ ei dies vnus interseritur: dictaque ipse institutus intercalaris latine dicitur, & græce Ἐμβόλιμος atq; etiam Ἐμβολιμαῖος eadem ratione, & Ἐμβολισμὸς intercalatio. Quæ apud antiquos præsertim Græcos non eadem ratio intercalationis erat: id quod Libanius docet in argumento orationis Demosthenis quæ κατ' ἀνδροτίωνος inscribitur, & apud nos Macrobius. apud eos enim & dies & menses non intercalares dicti sunt, sed exhæresimi, id est exemptiles: propterea sic dicti, q̄ ex mense eximi solebant, vt annus cum solis ac lunæ ratione congrueret. Cicero in Verrem Act. tertia, Consuetudo Siculorum est cæterorumq; Græcorum, q̄ suos dies mensq; congruere volunt cum solis lunæq; ratione, vt nonnunq̄ si quid discrepet, eximant vnum aliquem diem aut summū biduū ex mense, quos illi exhæresimos dies nominant. Intercalare igit interponere est & inserere, quod Græci Ἐμβόλιος dicunt, & παρεμβόλιος. Vnde quod Elianus de aciebus instruendis παρεμβολίος appellat, Theodorus eius interpret intercalationem dixit. Est autem huiusmodi intercalatio in re militari, cum inserimus per directum interuallis præpositorum militum aliquos ex iis quos postponi placuerat. Sensus est autem in hoc loco, etiam si bisextili anno & intercalari die natus est minor, id est sexto calend. Martii qui dies est quartus & vicesimus Februarii, nihilominus maiorem censerī anno quinto & vicesimo eodem die & momento. quippe sextus dies calendarum pro vno die cedit. Posterior enim dies calendarum intercalatur, id est posterior dies bidui (quod biduum pro sexto die calendarū cedit,) intercalari inseriq; fingitur non prior, sicq; cum priore in vnū diem confundi. Male igitur Accursius & incite intercalare de medio tollere interpretatus est, cum sit non eximere sed inserere interponerēq;. Proinde nec sensum huius loci satis assecutus esse videtur

Ex. I. Minor, eodem titulo.

Int. motus.
Int. motus.
Int. motus.

Dum ea quæ pro causa sunt dicta nō allegat. Accursius hūc locū quadrupliciter interpretatur, & in eodē tamē luto, vt aiunt, hærere mihi videtur. Ego verò inuersum textū arbitror: qui si recte legatur, dilucidus apparebit, hoc modo, Dū ea quæ pro causa sunt nō dicta allegat: id est dū omissa esse causatur ea quæ causæ cōductura erant. Accursius verò quæcūq; textū arripuit, tuēdum ad

extremū arbitratū etiam pugnante loquendī consuetudinē, ut cum dicta pro
dicēda ab Ulpiano usurpatū esse credi sibi voluit, & alibi pręstitū pro pręstā-
dum. Cum interim multa cōminiscendo tam fcede sese implicet in huiusmodi
mendis q̄ mus in pice solet, ut Gręci in prouerbio dicunt.

Prouerbiū.

Ex. I. Succurritur.

Ex quibus causis maiōres. Nam etiam inclusus veluti latumiis vinculorum
numero haberi placet. Lego, Nam etiā inclusos veluti latumiis, vincitorū nu-
mero, & reliqua. Latumiā, inquit Asconius, lapidicinā dicuntur & loca cęsis
lapidibus execta, & carcer Syracusanus. Cicero in Prætura vrba, Lucius
Suetius homo omnibus ornamentiis pręditus, iuratus apud vos dixit, multos
ciues Romanos in Latumiis istius imperio crudelissime per vim morte esse
multatos. Idem in eūdem Actione vltima, Latumias Syracusanas omnes au-
distis, pleriq; nostis. Opus est ingens, magnificum regum ac tyrannorum, ex
saxo in mirandam altitudinem depressum, & multorū operis penitus excisum.

Latumiā.

Nihil tam septū vndiq; nihil tā tutū ad custodias nec fieri nec cogitari potest.
Sed vbique lautumiā pro latumiā legitur. Erat & carcer Romę sic dictus,
cuius meminit Liuius. Sic autē appellari possunt omnia hypogea quę in saxo
incisa sunt. Sunt alioqui latumiā vel latomiā lapidicinę, vel potius ut Plautus
protulit lapidicinā, id est metalla saxaria & veluti saxifodinā, cuiusmodi sunt
ad vrbe Parisiensem. Et latomi artifices ipsi, id est lapidicidę, quo verbo Liuius
vtitur. Philoxenus poeta in latumias Syracusanas Dionysii tyranni iussu de-
trusus est ob egregium & memorabile facinus huiusmodi. Dionysius in poe-
tica laude præter modū ambitiosus, tragędiam quādam parum emendatam
composuerat: quam cum ab omnibus laudari vellet & obtinuisset, nouissime
Philoxeno nobili poetę egregiūq; spiritus viro emendandam tradidit. Homo
assentationis imperitus tragędiam protinus totam à fronte ad calcem, ut di-
citur, vna litura circunduxit. Sic enim inquit Plutarchus, *ὁμοῦ ἢ ἀνάπαλιν Διονύ-
σιος ὁ τῆρ πικτικῶν φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβάλλων, οὗ πλὴν τραγωδίας αὐτῷ διορθῶσαι κεί-
λατομίας, οὐδὲν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου ὄλῳ μέχρι τῆ κορωνίδος περιέγραφε.*

Latumiā.

Latomi.

Lapidicinę;

Lapidicinę;

Latomi.

Philoxenus;

πικτικῶν

λατομίας

post ex tenebris illis extractus à Dionysio interrogaretur quale sibi videretur
in carcere perdomitam) confestim exclamasse, *πέμψον εἰς τὰς λατομίας*, id est,
Mitte me in latumias. videlicet significans nullum carceris teterrimi cruciatū
viro celsi animi tam grauem esse q̄ ad laudes indignissimas cogi, more assen-
tatorum. Si duos Philoxenos ætas nostra in comitatu regio vel in aula potius
interiore habuisset, quingenariam illam cohortem assentatorum, quę mori-
bus nostris ne digitum quidem transuersum discedere ab iis solet, qui primos
ordines aulicę auctoritatis ducunt, ingenti omnium approbatione exauctora-
tam ignominiose videremus. Modo diuorum aliquis præstitisset, ut ne quouis
aulico machinamento (ut assolet) deturbari inde præcipites possent & (ut
ita dicam) excuriari. sed rara hæc fœlicitas: quę ut omnibus seculis exoptā-
da, sic paucis speranda est.

Mitte me in

latumias.

Ex. I. Abesse, eodem titulo.

Qui ad ærarium delati aut in cōmentariū Principis delati sunt. Hęc legem
Accursus prorsus non intellexisse videtur. Nos igitur alibi multa de ærario

diximus, in quibus & illud ex Cicerone & Tranq. docuimus: Senatusconsulta ad ærarium deferri solita olim esse, legesque in æreis tabulis incisas. In eodem autem ærario quod erat in æde Saturni acta quoque publica recedebantur ad memoriam publicam posteritati prodenda. Commentarius autem liber est quem sibi quisque nostrum priuatim facere consuevit, quasi quoddam memoriam promptuarium eorum quæ agimus, id est Diarium & Ephemeris actionum nostrarum. Registrum vulgo vocatur, quod latine Regestum dici potest, cum Quintilianus regeledi verbo utatur. Huiusmodi autem librum factitasse sibi Principes Romanos multis auctoritatibus probari potest. Tranq. in Tyber. Commentario, inquit, quem de vita sua summam breuiterque composuit, ausus est scribere Seianum se punisse, quod comperisset furere aduersus Germanici liberos filii sui. Tacitus, Signo ultionis in delatores dato, petit à Cæsare Iunius Marcius, ut commentariorum principalium potestatem Senatui faceret, per quos noscere quem quisque accusandum poposcisset: de commentariis Claudii & Neronis loquens. Cicero in pri. Antoniana, An in commentariolis & chirographis & libellis se vno auctore prolatis acta Cæsaris firma erunt? quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur. Quibus verbis Cicero significat commentarios priuatam esse memoriam, acta autem debere esse memoria publica testata, quæ in ærario esse solebat. Plin. Dedit me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione quam assueui, referri in commentarios meos iussi. Huiusmodi commentarios, aut publicos, aut priuatos Principes nostri nec à maioribus accipiunt, nec posteris relinquunt. Ita rerum nostrarum eatenus memoriam habemus, quatenus ab autis tantum ad nepotes per manus tradi possunt. Vnde fit ut fabulamenta multa pro rebus gestis recepta sint, vnoquoque auditis aliquid affingente: quibusdam etiam noua atque inaudita (quæ modo commoda videantur aut plausibilia) comminiscuntibus. Commentarius igitur & Commentarium dicitur quicquid ita conficimus, ut memoriam tantum gratia non plenæ narrationis facere videamur, in quo scilicet capita tantum & summas rerum adnotare solemus. Inde commentarii Cæs. dicti, in quibus res eius in Gallia & bello civili gestæ non late & plene enarrantur, sed veluti perstringuntur: id quod ex Cicerone in Bru. & Tranq. in Cæsare apparet. Idem Cicero alibi, Ipsa illa Censoria contra C. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius. Commentarium paulo plenius appellat id quod vulgo dicunt memoriam bene amplas, quales aduocatis dari solent cum causas acturi sunt, aut iis qui rescripta regia conficiunt. Inde Commentarienses non à commentario carceris loco dicti sunt, ut Accursio diuinare libuit, sed quia in commentarium custodias referebant, & veluti diarium custodiarum conficiebant. In proposito igitur sensus est, Procōsulares Legatosque eorum & prouinciarum præfides, procuratores principum, Tribunos, præfectosque militum, eorumque omnium comitatum non aliter reipub. causa abesse censerit, quam si in acta ærarii quæ publica sunt, aut in priuato commentarium Principis referendos se curarint, id est registrandos, ut vulgo dicimus, ut in commentarium relati potius quam delati legendum sit in fine legis. Deferre enim in ærarium dicebatur, & referre in commentarios. An autem hunc sensum Accursius vel olfecerit tantum, ex glossematibus eius intelligere licet.

Cōmentarius.

Diarium.

Ephemeris.

Registrum.

Regestum.

Cōmentarioli.

Acta.

Improbādus

mos Gallorū

Commenta-

rius & com-

mentarium.

Commenta-

rienses.

Referre in

cōmentariū.

Deferre in

ærarium.

Ex lege sequenti.

¶ Eos qui notis scribunt acta Præsidium, reipub. causa non abesse certum est. *Notis scribere.*
 Notis scribere est compendioso scribendi genere excipiendo uti. Tranquil. de Tito Principe Romano, E pluribus comperi notis quoque excipere velocissime solitum, & cum amanuensibus suis per ludum iocumque certantem, imitari chirographa quaecunque vidisset. Huiusmodi exceptores sunt hodie in curia Parliamenti miranda solertia omnia propemodum dicta aduocatorum quocumque nedum iudicum excipientes. Quales olim etiam in iudiciis fuisse Romanis multis testimoniis constat. Tranquil. in Cæsare, Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur, ut pro Q. Metello: quam non immerito Augustus existimabat magis ab actuariis exceptam male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam. Et Pædianus auctor est orationem Ciceronis pro Milone exceptam esse, quæ adhuc tempore suo extaret: & alteram quam nunc habemus à Cicerone scriptam illa multo absolutiorem. Quidam autem oratores (ut Cicero docet in Bruto) orationes suas non edebant, contenti in foro egisse: quidam domi confectas in publicum emittebant. In curia autem non solum aduocati actiones suas ab actuariis exceptas, ociose recognoscere solent postridie, aut alio quouis die. Olim verò in officio actorum, id est apud acta, erant qui actuarii, qui scribæ, qui exceptores, qui que etiam aliquando subadiuuæ dicti sint. Quæ ministeria hodie ferè omnia, aut eis similia in officio actorum amplissima curiæ esse cernimus. Huiusmodi autem exceptores quorum hoc in loco meminit Modestinus, prouinciales fuisse crediderim, qui illam solertiam in qualibet prouincia profiterentur, & præsidiis in prouinciam aduenientibus operam nauarent: ideoque reipublicæ causa abesse non videri, licet in comitatu præsidiis essent. *Ederes.*

Ex lege sequenti.

¶ Qui operas in publico quod reip. causa locatum est dat, reip. causa non abest. Publicum non pro rep. accipitur hic, ut Accursius censuit, sed pro vectigali, unde publicani dicti. Cicero ad Quintum fratrem, Hic te ita versari ut & publicanis satisfacias præsertim publicis male redemptis, ac socios perire non sinas, diuina cuiusdam virtutis esse videtur. id est tuæ. Tranq. in Caligula, Additumque ad caput legis ut tenerentur publico & quæ meretricium & quæ lenocinium fecissent. Tacitus lib. xiii. de Publicanis loquens, Ergo edicit Princeps ut leges cuiusque publici occultæ ad id tempus, proscriberentur: omnes petitiones non ultra annum peterent. Vlpianus etiam alicubi usus est. Publicum aliquando pro populi conversatione & frequentia ponitur, ut cum dicimus prodire in publicum, abstinere publico, vel non credere se publico, quod vulgo dicunt non se monstrare. Tranq. in Claud. Senatum per præcones propere conuocauit, lachrymisque & vociferatione miseratus est conditionem suam, cui nihil tuti usque esset, ac diu publico abstinuit. Et in Nerone, Quare nunquam postea publico se illud horæ sine Tribunis comisit procul & occulte subsequentibus. Hoc à Græcis ἐπιδημῆσαι dicitur. Demosth. καὶ μάλιστα, μὴ κείνοις ἐπιδημῶντι ἐπελάβειτο. Dicitur & in medium prodire. *Publicum. Publicani. Prodire in publicum. Abstinere publico. Non credere se publico. Publico se committere. ἐπιδημῆσαι In medium prodire.*

Ex l. tertia de receptis arbitris in fine.

¶ Et quidem arbitrum cuiuscumque dignitatis, coget officio quod susceperit per

Consul.
Consularis.

fungi etiam si sit Consularis, nisi forte sit in aliquo magistratu positus Consul forte, & reliqua. Huc locum Accursius ignorantia verborum non intellexit; pudendo certe errore ac fustuario digno. Nemo enim hodie ignorat Consulatum dici cum est in Consulatu: Consularem, cum magistratu abiit. Spartianus in Adri. Consulares quatuor per omnem Italiam iudices constituit. Valerius libro septimo de Quinto Metello, Fecit ea ut eodem tempore tres filios Consulares, unum etiam Censorium, duos Triumphales, & quartum Praetorium videret. Consul igitur & Praetor & Dictator & Censor & Quaestor, a Consulari Praetorio Dictatorio Censorio Quaestorio differunt.

Ex lege prima. Nautae, caupones, stabularii. §. qui sunt igitur.

Mesonauta.
Mediastinus.

Nec enim debet (inquit Póponius) per regimen aut mesonautam obligari, sed per se vel per navis magistratos. Mesonauta (ut Hermolaus existimavit) ita in navis vilis incipit nomen est, ut mediastinus domi. Est enim Mediastinus mancipium abiectius quod vilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur, domum verrere, purgamenta efferre, ligna cogere, & huiusmodi alia facere. Ipsum ob hoc ita dictum, quod in media domo ad imperia omnium nutusque excubare soleat. Exempla sunt apud Col. libro primo cap. nono, & decimotertio. sunt & apud Ciceronem, & apud Vlpianum in l. Item apud, infra de iniuriis. & in l. Cum de serui. de operis seruorum. Sic dicti sunt mesonautae qui in media navis simili servitutis conditione omnibus praesto sunt. Hoc tamen verbum alibi nusquam legi, ne apud Graecos quidem. Verum in navis multa sunt ministeria. Pro-

Proreta.
Gubernator.

Πρωρετης

Πρωρετης

Remiges.

Scalmus &

inter scalmium

Celeustes &

Hortator.

Assa vox.

Celeusma.

Symphoniaci

serui.

Celeuma cal-

cantium apud

Hieremiam.

Helciarum.

reta est qui prae praefectus est, quemadmodum Gubernator qui puppi. Plautus in Ruden. Si tu proreta istius navis es, ego gubernator ero, ἐγὼ δὲ πρωρετης εἰμι. Usus est Vlpianus hoc verbo in titulo de publicanis: graece πρωρετης & πρωρετης dicitur. Remiges sunt qui scalmis haerent, id est labro navis, ubi remi adnexi sunt, a quo Inter scalmia spatia inter remiges dicta sunt. Celeustes est qui remiges hortatur, quasi navigationis moderator: qui a Plauto latine hortator appellatur, quod ea hortamenta faciat, quae verbo graeco celeusmata dicuntur etiam a Latinis. Hoc vero celeusma quod & celeuma dicitur in navibus classariis assa voce interdum, interdum tibia caneatur, ita ut remiges pro modorum atque harmoniae ratione vel concitarent vel inhiberent remos. Pædianus auctor est cani remigibus celeuma per symphoniacos seruos solitum olim esse, & per assam vocem id est ore prolatam, & (ut in Argo navis) interdum per citharam. Cicero in Divinatione, Ab hac muliere praefectus Antonii quidam symphoniacos seruos abducebat per iniuriam, quibus se in classe uti velle dicebat. Quem locum Pædianus exponens, Possumus, inquit, intelligere ad hoc symphoniacos seruos capi solere, ut in classe classicum pugnantibus canant, unde ipsi tubae classis classicum nomen est positum. Hieremiae vicesimoquin- to cap. Celeuma quasi calcantium concinetur adversus omnes habitatores terrae. Quo verbo allegoricis Propheta significavit hortamentum mutuum populos contrucidantium, quod per celeuma vas calcantium quasi sanguinem experimentium intelligitur: quod verbum Lyranus interpret non per cepit, Sic enim solent celeuma facere & nautae & helciarum, id est qui onera

funibus moliuntur : vel qui naues deducunt , subducuntve ad officia inuicem
 adhortantes: vt vno connixu pariter conspirantes , admoliri vniuersis viribus
 possint quod singulis nequeunt, vt fieri interim videmus. Et cap. duodetrices.
 Nequaquam calcator vult solitum celeuma catabit. Sunt etiam in nauis qui Vecto- Vectores.
 res dicuntur, qui ob hoc tantum in nauis sunt vt vehantur, quo modo hoc in ti-
 tulo accipiuntur. qui si milites sunt, Epibatae dicuntur verbo graeco, sed Latini Epibatae.
 nis vsitato, latine Classiarii vocantur. Quae epibates & vectorem & classiarium Classiarii.
 significat apud Demosthenem: ac ne vectorem quidem modo, sed etiam equi-
 tem qui equo vehitur. Grego. μηδε καθ'αυτην ἰπποιοι θρημοι ηυδ) δυσκαθεντοι τον ὑδβαρτω Ἐπιβατῶν.
 λογισμοῦ ἀπὸ τῶν ἰππων. Et verbum Ἐπιβατῶν in vtraque significatione accipitur apud Nauicularii.
 auctores magnos Graecorum. Nauicularii nauium sunt domini, qui graece nau- Naucleri.
 cleri dicuntur, meritorias naues habentes. quos patronos appellamus. Tacitus, Nauicularia
facere.
 Atque inde decursu in littora vim in mercatores aut in nauicularios audebant.
 Vnde nauicularia facere. Cicero in Verrem Actione vltima, Quid eos qui hoc Nauiculato
res.
 audiebant arbitrabare? inanem te nauem esse illam in Italiam deducturum? Nauicularii.
 Hi & nauicularios te cum Romam venisses esse facturum? Hi & nauiculato-
 res ab eodem dicuntur in oratione pro lege Manilia. Vegetius tamen libro
 quarto, Nauicularios eos esse dicit qui in classe singulis nauibus praesunt, quos
 Graeci nauarchos vocant. Ceterum verba quaedam graeca hic desunt, quae re-
 stitui nisi ab eo qui Florentinas Pandectas adierit, non possunt.

Ex lege prima de Iudiciis.

Qui tribunali praest vel aliam iurisdictionem habet. Accursius parum con-
 stare sibi videtur in huius vocabuli interpretatione. Videndum igitur quid Subsellia.
 sit tribunal. Asconius Pædianus in Diuinationem Ciceronis, Subsellia, inquit,
 sunt Tribunalium, Triumvirorum, Quaestorum, & huiusmodi minora iudicia
 exercentium: qui non in sellis curulibus nec tribunalibus, sed in subselliis con-
 sidebant. Erant & subsellia iudicum, id est eorum qui publicis iudiciis disce-
 ptandis operam dabant auctore eodem Asconio in quar. in Verrem Act. Ci- Tribunalia.
 cero pro Cluentio, Accusabat Tribunus pleb. idem in concionibus, idem ad
 subsellia. Ad iudicium non modo de concione, sed etiam cum ipsa concione
 veniebat. Idem in Vatinium, Quæro ex te num quis reus post urbem condi-
 tam in tribunal sui quaestoris ascenderit, eumque vi deturbarit, subsellia dissi-
 parit, vrnas deleuerit, eas denique res in iudicio deturbando commiserit qua-
 rum rerum causa iudicia sunt constituta? Hoc in loco tribunal Cicero Prae-
 tori assignauit, qui iudiciis publicis praerat & Quaestor vocabatur: subsel-
 lia vero iudicibus, qui reos sententiis suis tabellaribus iudicabant. Itaque in
 Ver. Actione quarta, Aram legum tribunal Praetoris & iudicum subsellia
 vocat. Fabius libro vndecimo, Multa ex his quae diximus mutari necesse est
 ab iis qui dicunt apud tribunalia. Nam & vultus erectior, vt eum apud quem
 dicitur spectet, & gestus vt ad eum tendens elatior sit necesse est. Tribunal Fa-
 bius ad differentiam subselliorum dixit. Plinius minor, Cum dicturus, inquit,
 apud Centumuiros essem, adeundi mihi locus, nisi a tribunali, nisi per ipsos iu-
 dices non fuit: tanta stipatione caetera tenebantur. Hoc in loco tribunal Prae-
 toris intelligo qui Centumuiris praesidebat, vt supra dixi. Quae autem forma

Tribunalis
forma.

tribunalis fuerit. Vitruuius libro quinto de Architectura docet, de basilica Iulia loquens quam ipse architectatus erat. In basilicis enim iura ferè reddebatur. In ea basilica ædem Augusti fuisse dicit, & in ea tribunal. Verba autem eius hæc sunt, Item tribunal est in ea æde hemicyclio schematis minoris curuatura formatum. Eius autem hemicyclii in fronte est interuallum pedes quadraginta sex, introrsus curuatura pedes quindecim, uti qui apud magistratus starent, negociantes in basilica ne impedirent. Quibus verbis Vitru. significat formam illius tribunalis non semicircularem fuisse, sed arcuatam. Non enim iusti ambitus pleniq; centri hemicyclium illud fuisse, sed ita modulatum ut in fronte, id est (ut mathematici dicunt) in chorda, sex & quadraginta pedes, introrsus verò id est in linea perpendiculari quæ quasi sagitta est in arcu, quindecim pedes pateret. Si enim iustum plenumq; hemicyclium fuisset, linea hæc perpendicularis trium & viginti pedum esset introrsus, quæ media pars est diametri. Propterea schema vocauit Vitruuius curuatura hemicyclio minore formatum. Ex his dictis apparet magnificum aspectum tribunalis fuisse, nec immerito maioribus iudicibus assignatum. In hunc vero locum Accursus multa cerebri afflictatione incurrisse videtur, nec ad extremum etiam intellexit, quem tamen nemo posthac volens, ac nisi obaudiens non intelliget. Erat enim tribunal Consulium, Prætorum, Præfecti vrbis, Proconsulium & Præsidium in prouinciis, & Imperatoris in castris quod Cespititiu dicebatur. Plinius in Paen. negy. Decora facies Consulium, multa post secula tribunal viridi cespite extructum: nec fascium tantum, sed pilorum signorumq; honore circumdatu. Et ad tribunal igitur & ad subsellia in iudicem litigatoribus consentientibus, haud dubie iusta & plena est iurisdictio, quæ alioquin non futura.

Ex l. secunda in fine, eodem titulo.

Mulctam dicere.
Mulctam certare.

Is datur mulctæ dicendæ ius qui publice iudicium est. Mulctam dicere antequam tum dicebant cum ad populum & in comitio mulctæ disceptanda irrogabatur, quod ipsi certare mulctam dicebant. L. ius libro quinto secundi belli Punici Sp. & L. Caruilii cum rem inuisam infamemq; cerneret, ducentum milium æris mulctam Marco Posthumio dixerunt. Cuius certandæ cum dies aduenisset, conciliū frequens plebis adesset, vna spes videbatur esse si Casca Trib. pleb. qui propinquus erat cognatusque Posthumio, priusquam ad suffragium tribus vocarentur intercessisset. Idem paulo post, Hæc cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, vimq; eam contra remp. pernicioso exemplo factam Senatulus decerneret, confestim Caruilii Trib. pleb. omiſſa mulctæ certatione rei capitalis diem Posthumio dixerunt, ac ni vades daret, præhendit à viatore atq; in carcerem duci iusserunt. His verbis apparet moris fuisse, ut Trib. plebis mulctam dicerent, quæ postea populi suffragiis vel irrogaretur vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore mulctæ certari dicebatur. non enim Tribuni damnare mulctæ poterant, sed tantum rogare populum, apud quem cum reus non iure mulctatum se contenderet, illi illa mulctæ certatione disceptabatur. Sic fit hodie cum iudicum edicta gestantes viatores iubent verantve quid fieri, mulctam dicentes ni edicto pareatur. Cui si non paruerint, ius ad quos ea res pertinet, diem tum ad iudices dicunt à quibus edicta manarunt, quo die commissam esse mulctam pronuntiatione iudicum amplius audituri

Committere
mulctam,

sint, id est se incurrisse pœnas, vt nunc diximus. Cicerò in Antoniana. xi. Cras-
 sus Consul Pontifex maximus, Flacco collegæ flamini Martiali mulctam dixit
 si à sacris discessisset: quam mulctam Populus Romanus remisit, Pontifici ta-
 men flaminem parere iussit. Plinius in Epistolis, Licinius Nepos Prætor acer
 & fortis mulctam etiam dixit Senatori. Egit ille in Senatu causam suam sic vt
 deprecaretur: remissa est mulcta. In duodecim autem de magistratuum impe-
 riis ita cautum olim esse legimus, Iusta imperia sunt, iisque ciuis modeste ac
 sine recusatione pareto. Magistratus nec obedientem & nocuum ciuem mul-
 cta, vinculis, verberibusve coercento, ni par maiorve potestas prohibessit: ad
 quos prouocatio esto. Cum magistratus iudicassit irrogassitve, per populum
 mulctę, pœnæ certatio esto, militiæ ab eo qui imperabit prouocatio ne esto.
 De hoc verba Ciceronis hæc sunt in tertio de Legibus, Nec vero solū vt obtē-
 perent, obediāntque magistratibus, sed etiam vt eos colant diligāntque præ-
 scribimus, vt Charondas in suis legibus facit. Noster vero Plato Titanum è
 genere statuit eos, qui vt illi cœlestibus, sic hi aduersantur. Plato de magistra-
 tibus loquens in libris de Legibus ita inquit, *Δὲ γὰρ ὡσπερ θεὸς ἐτέρος δὲ σιμόνιορ*
ἐγὼ γίνεταί τοις κρόκοις, ἔπειτα καὶ τῶν ἀρχόντων ἔχει πρὸς τῶν ἀρχομένων, Quomodo
 enim stamen ex alia ab liciis lana factitari videmus, eandem rationem eorum
 esse oportet qui rempub. regunt ad eos qui reguntur. Hoc autem dictum ad
 census differentias referendum esse ex Aristotele apparet libro secundo Politi-
 con. A Græcis *τιμήματα* dicuntur. Quemadmodum enim Romani Seruui Tul-
 lii instituto ex censu in classes quinq; distributi erant, (id quod docet Liuius)
 sic Solon Athenienses in quatuor timemata distribuissie dicitur, vt auctor est
 Aristoteles. Is autem politiæ suæ rationem ita moderatus est, vt magistratus
 omnes ex optimatibus iisque qui facultatibus excelleret, constitueret, qui
 ex tribus primis censibus constarent: quartam autem classem, quæ merce-
 narium ordinem complectitur, à magistratibus summoueret. *τὸ δὲ δικαίον* gre-
 ce dicitur. Propterea Aristoteles in tertio eorundem librorum dubitans vtrum
 in bene constituta repu. optimates an populum dominari præstantius sit, So-
 lon, inquit, & nonnulli legumlatores creandis magistratibus populum &
 causæ à magistratibus dicendæ præficiunt: singillatim autem imperium ha-
 bere non sinunt. Etenim omnes in vnum conuenientes satis intelligere credū-
 tur, & cum melioribus mixti ciuitatibus vsui esse possunt, (non aliter quàm
 impurum alimentum cum puro mixtum, vniuersum alimentum vtilius pau-
 cioris alimento facit,) Singuli autem disceptandis rebus non sufficiunt. Hęc
 tamen quæstionem vt dubiam Aristoteles copiose ibidem exequitur. Alibi au-
 tem de hoc eodem loquens ita inquit, Solon autem videtur potestatem ma-
 xime necessariam populo tribuissie, vt & magistratus crearet, & eos ad dicen-
 dam causam cogeret, id est vt eos magistratus gesti rationem exposceret. Qui
 autem populus harum rerum compos non fuerit, eum seruum necesse est esse,
 & hostili animo in magistratus affectum. Apud nos verò cum magistratus
 creandi potestas ad Principem qui populi loco est, delata sit, causæ dicendę ra-
 tio omnino exoleuit, vt alibi diximus. Huius autem instituti ratio (syndica-
 tionem nunc appellant) ex his verbis eiusdem auctoris, vbi de pleno regno lo-
 quitur intelligi potest, *ὁ μὲν οὖν τὸν νόμον κελύβω ἀρχῆν, ὁ δὲ κελύβω ἀρχῆν τὸν*

De magistratibus.

Classes timemata.

τὸ δὲ δικαίον

Magistratus causam dicebant finito magistratu.

De imperio legis & hominis.

Ἐπισημειώθη τὸς νόμους ὁ δ' ἀνθρώπων κελύφαρ, προσέθηκε ἢ τὸ θεῖον. ἢ περὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν νόμων, ἢ τὸ θεῖον ἀρχόντας διασφραξίσει τὸς ἀρίστους ἀνθρώπους. διότι τὸ ἀνθρώπου ὁρῆσεως νόμος ὁ νόμος ἐστίν.

Lex.

Enimvero, inquit, qui legem volunt civitati dominari, ii videntur deum & leges dominari velle. Qui vero hominem dominari volunt, ii addunt & feram. Siquidem huiusmodi quiddam est cupiditas, ex candescenciaque magistratus ipsos depravat, & viros quamlibet etiam bonos. Atqui lex mens est appetitione vacans. Eodem pertinet illud Isocratis in Panegyrico, quod etiam in Panathenaico repetiit ut scite dictum, ἔστι γὰρ ψυχῆς πόλις, ὅθεν ἄλλο ἢ πολιτεία, τὸ ἐν τῷ

πολιτεία.

ἐστὶν ἡ πόλις, ἢ ἡ πόλις ἐστὶν ἡ πόλις, ἢ ἡ πόλις ἐστὶν ἡ πόλις. Est enim anima reipub. nihil aliud quam politia, tantam in ea vim obtinens quantam habet in corpore prudentia. Non omittendum autem videtur bimembre præceptum Marci Catonis vel oraculum potius ad magistratus pertinens, quod quidem Plutarchus ita græce

Præceptum Catonis.

ἔλεγε, τὸν δὲ ἀρχόντα ἢ κριτὴν ἔλεγε δεῖν μὴ δὲ ὑπὲρ τῆς δικαιοῦς λιπέσθαι, μὴ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀδικοῦς ἐκλιπέσθαι, Magistratum autem, inquit, & iudicem dicitabat nec de obtinendo iure orari oportere, nec de iniuria exorari. Quod utinam præceptum nostrates magistratus ac iudices meminisse semper velint, (mitto nunc alia) ut illa saltem ærumnosa antelucanarum salutationum necessitate litigatores defungantur in posterum, id est porrigendorum supplicum libellorum illiberabili instituto. Alibi in .xii. ita additum fuit, Omnes magistratus auspiciūque habent, exque iis Senatus esto. De quo Cic. libro supradicto, De

Iudicia & auspicia omnibus magistratibus data. Comitatus.

inceps igitur omnibus magistratibus auspicia & iudicia dantur. Iudicia, ut esset populi potestas ad quam prouocaretur: Auspicia, ut multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ. Sæpe enim populi impetum in iustum auspiciis dñi immortales represserunt. Quo in loco comitatus pro conuentibus intelligo, hoc sensu, quod sæpe comitia populi temere coacta auspicia disturbauerunt. quod fieri solebat obnuntiatione Augurum. De hoc autem iure auguratus loquens in secundo de Leg. ita inquit, Quid enim maius est si de iure querimus, quàm posse à summis imperiis & summis potestatibus comitia tollere? & consilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid grauius quàm rem susceptam dirimi si vnus Augur aliter dixerit? quid magnificentius quàm posse decernere ut magistratu se abdicent Consules? Idem libro tertio de magistratuum imperio loquens ita inquit, Videtis igitur magistratus hanc esse vim ut præsit, præscribat quæ recta & utilia & coniuncta cum legibus. Ut enim magistratibus leges, ita populo præsent magistratus. Vere dici potest mulctarum generibus & mulcta dicenda, Gellius satis multa dixit libro decimo Noctium Atticarum.

De iure auguratus & obnuntiationis.

Ex.l. Hæres. §. Si quis tutelam.

Et quasi à viatore emit, vel ab eo qui transuehebatur. In Annotationibus Politiani, & in antiquo exemplari legimus, vel ab eo qui τὸν πλοῦτον, id est ab eo qui præternauigabat.

Ex.l. Sed et si suscepit. eo. ti. de iudi.

Tesserae frumentariae.

Si libertis suis tesseræ frumentarias emi voluerit. Tesserae frumentariae signa erant frumentaria quibus exhibitis frumentum à Principe dabatur populo Rom.

vt hodie quibusdā in locis nummi plumbei vel ærei, vel quid simile quod pro simbolo sit. Ex quo factum est vt tessera pro iure percipiendi frumentum ponatur. Tranq. in Aug. Romani populi censum vicatim egit. ac ne plebs frumentationum causa frequētius à negociis auocaretur, in annum quaternorum mensium tesseræ dare destinauit. Sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus vt sui cuiusq; mensis acciperet. Alibi frumentationes appellat his verbis, Impetum se cepisse frumentationes publicas in perpetuum abolendi, q̄ earum fiducia cultura agrorum cessaret. Idem, Frumētū quoq; in annonæ difficultatibus sæpe leuissimo, interdum nullo precio admensus est. tesserāsque nummarias duplicauit. Et rursus in Nerone, Sparsa & rerum omnium missilia per omnes dies. singula quotidie milia auium cuiuscunq; generis, multiplex penus. tessera frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atq; etiam feræ mansuetæ, nouissime naues, insulæ, agri. Quibus verbis intelligimus tesseræ argentarias, iumētarias, vestiarias, nauicularias, agrarias, insularias, & huiusmodi alias. Eæ autem Romæ tantum dari solebant, vt non sit mirum id quod Vlpianus hic censet, frumentariæ tessera legatum Romæ tantum non etiā in prouincia deberi. Non admodum dissimiles erant tessera frumentariis quæ apud Athenienses *σιτήσις* dicebantur, id est annonæ, quæ bene de repub. meritis dabantur, & ius epulandi publice in Prytaneo. Itaque Socrates in iudicio reus factus interrogatus à iudicibus ex more Atheniensium, quam pœnam commeruisse se maxime fateatur, Respondit se meruisse vt amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & vt sibi victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur, qui honos apud Græcos maximus habebatur. Cuius in responso sic exarserunt iudices, vt capitis innocentissimum hominem condemnarent. Auctor Cicero libro primo de Oratore. Tessera frumētariæ (vt arbitror) à Græcis *σιτήσις* dicuntur, id est *τὰ διδόμενα ἕως ἐς τὸ φῶν*. quæ Pollux lib. octauo inter honores publicos enumerat.

Tessera
nummariæ.*σιτήσις**σιτήσις*

Ex. I. Antiqui. si pars here. petatur.

¶ Sed & tres geminos Senatores cunctos vidimus Oratios. Non tres geminos sed ter geminos legēdū censeo atq; etiā affirmo, ne hoc in loco misere cū Accursio cōflictemur. Pli. lib. vii. Tergeminos nasci certū est Oratorū Cū *Tergemini* ratiōrū exēplo. Suprà, inter ostēta adducitur, præterq̄ in Aegypto vbi fœtifera potu Nilus. Proxime supremis Augusti annis Fausta quēdā è plebe Ostiæ, duos mares totidē fœminas enixa famē quę secuta est portendit. Idē, In Aegypto septenos vtero simul gigni auctor est Trogus. Liius lib. pri. de Romanis & Albanis loquēs, Forte, inquit, in duobus tum exercitibus erāt tergemini fratres, nec ætate nec viribus dispares. Oratios Curiatiosq; fuisse satis constat, nec ferè antiqua res est alia nobilior. tamen in re tam clara nominū error manet, vtrius populi Oratiū, vtrius Curiatii fuerint. auctores vtroq; trahunt: plures tamen inuenio qui Romanos Oratios vocent. Cū tergeminis agūt reges vt pro sua quisq; patria dimicet ferro: ibi imperiū fore vnde victoria fuerit. Apud Solinū tamē Fausta quēdā ex plebe quatuor geminos edidisse legitur, corrupte (vt arbitror) pro quatergeminos. Idem Solinus, Trogus auctor, inquit, affirmat in Aegypto septenos simul gigni: quod ibi minus mirū cū fœtifero potu

Nilus non tantum terrarum sed etiam hominum materna arua fecundet. Sen-
 sus igitur est Pauli, Sed & nos tergeminos Oratios vidimus, in ordine omnes
 senatorio. Quod de aliis Oratiis quibusdam intelligendum quod quorum Livius Pli-
 niusque meminerunt, quod quod verbum cunctos suspectum mihi videtur. Verum quan-
 doquidem Paulus hic superfœtationis meminit (Sic enim vocatur secundar-
 rius conceptus prœgnantis, quam superimprœgnationem vulgus appellat, ut
 hic eius mulieris Alexandrinæ quæ post quadragesimum diem quintum edidit
 se dicitur) pauca hic Aristotelis verba eo pertinentia subiicienda putavi, ex li-
 bro quarto de generatione animalium, in quo libro Aristoteles de ratione am-
 bigit. Nam & uniparum, & pauciparum, & multiparum interdum est (animal subau-
 diendum) sed maxime sua natura uniparum est. Humore profecto caloremque cor-
 poris multiparum est, seminis enim natura humida & calida est. Sed suæ magni-
 tudinis ratione pauciparum atque uniparum est. Hinc tempus etiam uteri ferendi
 enorme unum hoc animal sortitum est. Cæteris enim unum est tempus, homini vero
 plura sunt. Quippe cum & septimo mense & decimo nascatur, atque etiam inter se-
 ptimum & decimum positus. Qui enim octavo mense nascuntur, & si minus, tamen vi-
 uere possunt, ὅ δὲ ἄνθρωπος ἐπαμφοπρίζεται πᾶσι τῆς γένεσι. καὶ γὰρ μονοτῆκεῖ, καὶ πλυτοῦ
 καὶ ὀλιγοτῆκεῖ καὶ πλεονεξία, δὲ μονοτόκον πλὴν φύσιν ἐστὶ. διὰ μὲν πλὴν ὑγρότητα ἢ σώματα
 ὁμοιότητα, πλυτόκορον τὸ ἄσπερματὸν ἢ φύσιν ὑγρὰ ἢ θερμὰ. διὰ δὲ δὲ μέγεθος, ὀλιγοτόκοιο
 διὰ δὲ τὸν καὶ τὸν ἐν κνήσῳ χόνην μόνον τῆν ζωὴν ἀνωμαλῶς εἶναι συμβέβηκε. Ambigere
 re autem cum omnibus generibus, Theodorus Aristotelis in iis libris interpre-
 pro eo accepit quod est ancipitem naturam habere ad omnia animalium genera
 verbo non minus proprio quam Aristoteles usus. Cuius verba ideo huc transfu-
 mus, quod ille optimus Græcorum interpretis fuisse à doctissimis existimatur. Idem
 de vrtica pisce, ἢ δὲ ἀκαλίφκη ἐπαμφοπρίζεται φύτῳ καὶ ζῳῳ, Vrtica autem, inquit, est
 ambigens & plantæ & animalis: id est medium quiddam inter animal & plantam.
 Cuiusmodi sunt quæ mediam naturam inter sensibilia & vegetabilia habent,
 ob hoc Zoophyta dicta (nos fortasse plantanimantes dicere possumus vel plantani-
 animalia) ut ostrea, spongiæ, & similia inter animalia & stirpes ambigua. Non
 aliam ob causam illud Marci cap. ultimo dictum esse affirmant, ποσὶ δὲ πάντες ἐγ
 τῶν κόσμου ἅπαντα, κηρύξατε δὲ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει, Euntes in mundum uniuersum
 prædicate euangelium omni creaturæ. Homini enim cum plantis anima
 vegetabilis, cum brutis sensus, cum naturis intelligibilibus id est cum angelis
 mens & ratio conuenit. propterea omnis creaturæ appellatione significatur.
 Idem Aristoteles de superfœtatione loquens, Animalium verò, inquit, alia
 nunquam superfœtant, alia superfœtant. Quæ autem ex iis magnitudine præ-
 dita sunt ut homo, si alter coitus proxime ab altero accessit, enutrire quod
 superfœtatū est possunt. (iam enim id euenisse visum est.) Sed si iam aucto co-
 ceptu coitus adhibetur, superfœtari quidem potest, sed raro: quoniam vterus
 magna ex parte ad partum usque se comprimit. Si tamen aliquando accidit ut
 superfœtetur (iam enim id euenisse constat) perfici non potest, sed conceptus
 abiguntur similes iis quos abortus vocamus. Et paulo post, Sola, inquit, anima-
 lium mulier & equa, grauida coitum patiuntur. Homo enim sua natura præfœ-
 cundum animal est. Aliquid etiam in vtero tum spatium tum excrementi superest, quod

Superfœtatio.

Ambigere. Ἐπαμφοπρίζεται

Zoophyta. Plantanimantes. Marci locus.

Omnis creatura.

non tantū vt vel alterū possit alere. Mulier itaq; ob eā causam coitum recipit. Equa autē soliditate suæ naturæ, & q; aliquid spatii in vtero superlit, amplius quidem q̄ vt ab vno occupetur, sed arctius q̄ vt alterum perfecte possit superfoetari. *μόνα γὰρ τῶν ζώων ὀχέειν ἐπιδέχοντο κισσῶτα γυνὴ καὶ ἵππος, διὰ τὸ τὸν ἄνθρωπον φέρει πλυτόκορον ἔχει, καὶ πρῶτον τε τῶν μεγέθει καὶ ὑσέρας καὶ τῶν πρῶτων, μὴ μὲν τοῖς τοῖς τῶν ὄσσε ἐκ τῆς φέρει.* Et rursus, Sunt autē nōnulla superfoetantia quæ longo etiā in terposito tēpore coeundi possint enutrire conceptū quem superfoetarint, videlicet ea quorū genus semine genitālī & magnitudine corporis caret & multa generat. Ita enim corpus eorū principio cōstitutū est. Quale corpus leporū est. hoc enim animal superfoetat, vteri enim eorū non se cōprimunt, quoniā excrementū purgationis superest, quod mulieribus quoq; euenit: fit enim grauidis nōnullis purgatio, & interdū quæ ad finē vsq; perseueret. Sed iis præter naturā hoc euenit, quāobrē foetus afficitur detrimento. Hæc nos ex Aristotele pauca de multis transcripsimus, non quidem eo ordine quo ab eo scripta sunt: quæ enim sparsim ab eo dicta sunt, nos in vnus sententiæ seriem collegimus: nihil tamen non ab eo dictū coagmentantes. Idem libro. vii. de historia animalium, Mulier & equa, inquit, omnium maxime animalium grauidæ coitum patiuntur. Cætera vbi grauida fuerint, fugiūt mares, ea scilicet quorū natura superfoetare more leporis recusat. Verū equa nūq̄ superfoetat, sed magna ex parte vnum tantū generat. At verò in muliere raro quidē euenit vt superfoetetur, sed factū tamen aliquādo est. Qui itaq; longo post tempore concepti sunt, nihilo perficī possunt, sed præmaturius dolorē quo & ipsi & primus foetus intereat mouēt. At verò si proxime à primo conceptu secundus sit factus, absolui ediq; potest quod superfoetarit, vt quasi gemini nasci videantur: quo modo Herculem & Iphiclem creatos esse fabulantur. nam id etiā constitit adultera quadā quæ alterū suo marito, alterū adultero similem peperit. Iam & cum geminos quædā ferret, primū vitalē peperit, secūdū quinto mense elisit, qui statim mortuus est, *μοιχθουμένη γὰρ ἔσθ' ἢ μὲν ἐν τῶν τέκνων εἰκόσ τῶν ἀνδρῶν ἔπει, ἢ δὲ, τῶν μοιχθῶν ἢ δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ κισσῶτα ἔσθ' ἢ ἐπεκίσει τρίτον. Χρομύς δὲ χροὺς τῶν καθίκοντος τὰ μὲν πλεόγονα, τῶν χροὺν ἔπει, ἢ δὲ παντέμνον, καὶ τὸτ' ἀπέθωνεν ἄδύς.* His Aristotelis verbis apparet geminos plerosp̄ vno concubitu concipi, nōnullos tamen pluribus. Id quod diuus Augustinus ignorasse videtur, qui lib. v. de Ciuitate, cap. vi. contra Chaldaeos loquens, qui se ex genesi hominū fata prædicere posse profitentur, sic inquit, At enim, inquit, plurimū vis horoscopi valet. Hoc q̄ nihil sit iam satis differui. Sed qualescūq; sit, in ortu valere dicunt, nunquid non & in conceptu? vbi & vnum conceptum esse manifestum est, & tanta naturæ vis est vt cum conceperit foemina, deinde alterum concipere omnino non possit. Vnde necesse est eadem esse in geminis momenta conceptus. Verū hoc fortasse secutus est Augustinus quod idem Aristoteles libro quarto de Generatione dixit, *τῶν δὲ νῦν ἔτι δὲ ἀρχῆς μὲν ἀλλοτρῶν ἄν ἔσθ' ἀναμάσσειν ἐπὶ τῶν πλυτόκορων, ἐπεδὲ φαίνεται πρῶτα ἀπὸ μίας ὀχέας κισσῶτα τὰ πρῶτα.* Huius autem quæstionis, inquit, maxime qui miretur in iis quæ multa pariunt, quod plerunq; vno initu id genus animalia impleri cernuntur. Plinius libro septimo naturalis historię velut hæc ab Aristotele libro septimo de historia animalium mutuatus. Præter mulierem, inquit, pauca animalia coitum nouere grauida, vnū quidē omnino aut alterū

Gemini.
Hercules &
Iphicles.

An gemini
vno concubitu
conciantur.

superfœtat . Extat in monumentis etiã medicorum & quibus talia confectari curæ fuit, vno abortu duodecim puerperia egesta. Sed vbi paululum temporis inter duos conceptus intercessit, vterq; est perfectus, vt in Hercule & Iphicle fratre eius apparuit: & in ea quæ in gemino partu alterũ marito similẽ, alterũ adultero genuit. Item Proconnesia ancilla quæ eiusdẽ diei coitu alterũ domino similem, alterũ procuratori eius. Et in alia, quæ vnũ iusto partu, quinq; mēsum alterum edidit. Aristoteles, ἡ δὲ γὰρ γυμνήτης διαφθέρει, ἢ δὲ καὶ σωτὴρ ἢ δὲ ὄλεκα ἐμπί

Dasypons.

γὰρ ὑπὸ κωκιδέντα. Idem libro. viii. Lepus omniũ prædæ nascens, solus præter Dasypodẽ superfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitũ, aliud implume, aliud incohatam gerens partem. Et rursus libro. x. Dasypodes omni mense pariunt & superfœtant sicut lepores, à partu statim implẽtur. In quibus duobus

Plinius hallucinatus.

locis Plinius hallucinatus esse creditur, qui dasypodem & leporẽ diuersa animalia esse putauerit cũ idem sit. Theodorus certe dasypodem vbiq; leporem ex Aristotele vertit: & ex Aristotele id satis percipitur, qui in locis supradictis dasypoda non lagon dicit. Duobus id prouerbiiis ostendi satis putant: vno, πρὸς

τὸν χελῶν κερὰ δραμῆται τὸν δασύπων, id est, Prius testudo cursu leporem præuertit: quod in rebus, quas vsuuenire non posse cõtendũt, vsurpare solẽt. Altero, Δασύπων τῶν κερῶν ἐπιθυμῶ. quod Terentius transtulit, Lepus tute es & pulpa

mentum quæris. Si igitur Augustinus & Plinius viri tantĩ cum opera nobilia conderent, in rebus tam apertis hallucinari potuerunt: nã homunculis nobis dari veniam candidis à lectoribus par est, eorum quæ nonnunq̃ inscitius dicta à nobis videbuntur. Quibus vtinam ipsis ita hoc opere delectari atq; nonnũq̃ adiuuari etiã contingat, vt cum primũ in manus id sumpserint, nihil præiudicata opinio in vtrãuis partẽ ad eius iudiciũ æstimationẽq; attulerint. Verum illi officii sui rationem viderint, nos ad institutum reuertamur. Quod igitur circa finem huius legis dicitur, Quidam ergo prudẽtissimi iuris auctores medietatem quãdam secuti sunt, vt quod fieri non raro admodum potest intuerentur: id est quia fieri poterat vt tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio assignauerũt, vt ait Theophrastus. Ego hunc locum ita lego vt post verbum assignauerunt hanc lacunam his verbis impleam, τὰ γὰρ δίκαια εἰ

τοῖς ἐπιβουλῆσον καθισκέναι δὲ, ἕκ ἐν τοῖς ἐκ πρῶτο, vt ait Theophrastus. Est enim dictũ Theophrasti ex libris de Legibus, quorum meminuit Cicero lib. v. de Finibus, quod Põponius retulit supra in titulo de legibus, & nos illic ex Pandectis Florentinis restituiimus. Sic igitur vertenda latine hæc verba sunt, Iura enim constitui oportet in iis quæ plerũq; non in iis quæ necopinato accidunt, vt ait Theophrastus. Quoniam igitur plures q̃ tergeminos nasci portentificum esse solet, vt supra ex Plinio vidimus, ideo Iurisconsulti rationem eius speciei habendam non putauerunt.

Ex. I. Vtrq; de rei vendicatione.

¶ Culpa non intelligitur si nauem peritam tempore nauigationis trans mare misit, licet ea perierit. Vegetius libro. iiii. de mensibus loquens quibus tutius nauigatur, Ex die, inquit, tertio Iduũ Nouembris vsq; ad diem sextum Iduum Martii maria clauduntur, nam lux minima nõxque proluxa, nubium densitas, aeris obscuritas, ventorũ, imbrĩum, vel niuiũ geminata sæuitia, nõ solũ classes à pelago, sed etiam commeates à terrestri itinere deturbat. Post natalem vero

Maria claudi. Nauigandi tempus.

(vt ita dicam) nauigationis, qui solenni certamine publicoq; spectaculo multarum gentium celebratur, plurimorum siderum, ipsiusq; temporis ratione vsq; in Idus Maias periculose maria tentantur. His verbis apparet quod tempus nauigationis Paulus hic intellexerit.

Ex. I. Haftenus. de usufructu.

Haftenus tamē vt sarratecta habeat. Accursius nec hic nec vsq; alibi in iure quid sint sarratecta percepit. Sarte (inquit Festus) ponebant pro integre: ob quam causam opera publica quæ locantur vt integra præstetur, sarratecta vocantur. Sarcire enim est integrum facere. Haftenus ille. Sarratecta exigēdi cura ad Censores spectabat, interdum etiam ad Aediles, raro ad Prætores, nec nisi cum Senatus decreuerat. Cicero in Prætura urbana, Cum L. Octavius, C. Aurelius Consules ædes sacras locauissent, neque potuissent omnia sarratecta exigere neque ipsi neque ii Prætores quibus erat negocium datum: factum est Senatusconsultum, quibus de sarris tectis cognitum non esset, vt C. Verres, P. Cælius Prætores cognoscerent & iudicarent. Idem paulo post, Verres quaesituit quis ædem Castoris sarratectam deberet tradere. Et rursus, Monumentum illa amplitudine, illo opere quibus sarratectum integrumq; esset, tamen aliquid inuenturum in quo moliri prædariq; posset arbitrabatur. Ex cuius orationis lectione facile intelligimus quomodo sarratecta locari solerent, exigiq;. Simile est enim atq; si hodie ædes diuæ Mariæ Parisiensis aut etiam basilica Palatina tuenda locaretur, ea lege vt redemptores suo lapide sua calce ac sua etiam materia sarratectam præberent, certo precio in annos singulos addictam: quod fieri Romæ solebat minimo licitantibus: curaq; exigendorum huiusmodi operum ad eos quos diximus pertinebat. Locadorum vero cura ad Censores spectabat, vt & vectigalium anteq; Censura sublata esset. Vnde in. xii. tab. de Censorio munere ita cautum legimus, Censores populi, ciuitatis soboles familias pecuniâque censento. Urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Populique partes in tribus distribuunto, & reliqua. Quod vtinam institutum in Francia hodie esset, ne basilicæ & regiarum ædes & magnificentissima proauium arauorumq; nostrorum memoriæ monumenta, vetustati exedenda nostri seculi incuria relinquerentur. Huiusmodi sarratectorum exemplum est in lege secunda de conditis in publicis horreis Cod. Nam si per incuriam officii grauitatis tuæ sarratectorum neglecta procuratione, aliqua pluuiis infecta perierint, ad damnum tuum referentur. Marcel. ad legem Iuliam repetūd. Ne in acceptum ferantur sarratecta tuenda anteq; perfecta, probata, præstita lege erunt. Et libro quarto Regum, Quare sarratecta non instauratis templi: Et rursus, Vt instarent sarratecta domus si quid necessarium viderint instauracione. Vbi sarratecta pro sarcicndis tegendisq; diuus Hieronymus antiquitatis peritus posuit, quod interpret Lyranus inscite enarrauit. Itaque idem Hieronymus libro secundo Paralipom. quasi sese exponens, Vt instarent, inquit, templum & infirma quæque sarciant. Dicitur autem interdum cum coniunctione, sarratecta, & sarratectum & tectum, cum plena est locutio vt inquit Asconius, quomodo Cicero sæpe vsus est. Ex hoc autem factum est vt sarratectum habere, sit integrum & incorruptum seruare, & vt vulgus lo-

Sarte.

Sarcire.

Sarratecta.

Sarratecta
& sarratectum
& tectum.

quitur intertenere, quod latine tueri dici debet. in qua significacione hic acci-
 pitur, & alibi non semel in Pandectis. Utuntur & hac locutione antiqui meta-
 phoricòs. Cicero ad equites Rom. pridie q̄ iret in exilium, Si igitur aliquo
 tempore iis hominibus consuluisstis quorum animus religione pietatis est de-
 functus, debetis quoq; mihi prospicere qui numini deorum consecratum sar-
 tum ac tectum ab omni periculo conseruauit: & vos ut tutam & tranquillam
 fortunam traheretis, mea perfecit vigilantia. Quo tamen in loco non periculo
 vt in omnibus exemplaribus legitur, sed piaculo lego: hoc sensu, vt Cicero si-
 gnificet animū suum integrum intactūq; ab omni piaculo conseruasse, id est
 indigno facinore & graui aliqua pœna expiando, ac nihil in sese scelestum ad-
 misisse. Idem ad Celiū libro. xiii. Epist. Si vllam in amicitia mea spem habes,
 si ea quæ in me officia Brundusii contulisti, vis mihi etiam gratiora efficere,
 q̄q̄ sunt gratissima si me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atque largi-
 re, vt Marcum Curium sartum & tectum, vt aiunt, ab omnique incommodo,
 detrimento, molestia syncerum integrūq; conserues. Plautus in Trinū. iocur-
 lari metaphora vsus est hoc verbo, Sartatecta tua p̄cepta pater vsque habui
 mea modestia. Hoc est exacta & vndique constante obœdientia p̄ceptis tuis
 parui: nec vnum iota (vt vulgo dicitur) p̄teriuui: quod latine dicitur omni-
 bus numeris obœdientiæ tibi parui: vnguem latum aut digitum transversum
 à tuis p̄ceptis non discessi. Hæc habui quæ de sartis tectis dicerem, verbosa
 fortasse, sed ex his aliisque quæ diximus dicemusq; intelligi volumus q̄ multa
 verba in iure aut perperam aut parum intelligantur à multis. Quorum non
 pauca scientes prudentesq; p̄tereunda duximus, ne volumen in immensum
 excresceret. Cæterum ex instituto nostro etiam hoc addemus, q̄ sartatecta à
 Græcis ἐπισκοπαὶ καὶ κατασκευαὶ τῶν δημοσίων dicuntur. Polyb. πολλῶν ἔργων ὄντων
 τῶν ἐκ διδομῶν ἢ ἀμικτῶν διὰ πάσης ἰταλίας εἰς τὰς ἐπισκοπὰς ἢ κατασκευὰς τῶν δημοσίων,
 id est cum multa opera locata essent à Censoribus per omnem Italiam, ad sar-
 tatecta publica. Dicitur & ἐπισκοπὴ Plutarch. τῆς πόλεως εἰς ἐπισκοπῶν πεντακοσίων
 τεταλωτα. Demosth. γενόμενος ἐπιμελητῆς φησὶ τῶν ἐπισκοπῶν.

Ciceronis
locus.

Ex. I. Item fundi. s. Seminarios, eodem ti.

Debet tamen conferendi agrī causa seminariū paratum semper renouare
 quasi instrumentum agrī. Accursius hunc locū de frumento seminario intel-
 lexit, vt ex scholio vel glossula eius apparet super verbo instrumentum, citata
 per eū lege Quæsitū, infra de fundo instructo, vbi & hūc locū allegat. Qui etiā
 quodā in loco Pandectarum, seminariū locum esse dicit vbi frumentū electū
 ad seminanda arua reponitur. Quod eius dictum quātum à vero aberrauerit,
 ex iis quæ dicemus apparebit. Seminariū igitur locus est subactus in quo
 semina aut vitium aut arborū panguntur, vt cum ad certam quantitatem excre-
 uerint, in vinctū vel arbutū vel pomariū transferantur. Quo tempore quæ
 prius semina dicebantur, Viuiradices vocantur: id est plantulæ cum sua radice
 translata in aliud solum. græce φυτῶν ῥίζιον dicitur. De seminario vitario & ar-
 bustiuo Columella. lib. iiii. Qui vineam vel arbutū constituere volet, seminaria
 prius facere debet. Sic enim sciet cuius generis vitem positurus sit. Nā quæ
 precio parata disponitur certam generositatis fidem non habet: quoniam du-

Seminarium.

Viuiradices.
φυτῶν ῥίζιον.

bium est an is qui vendidit, legendis seminibus adhibuerit diligentiam. Semina Columella appellat non grana, sed furculos depactos qui cum radices egerunt, in vinetum transferuntur. Idem paulo post, Optimum est itaque eodem agro quo vitem positurus est vel certe vicino facere seminarium. Idem libro sexto de oleis loquens, Seminarium oliueto praearetur caelo libero, modo modice valido & succoso, neque denso neque soluto solo. Idem de pomario loquens, Semina lege crassa non minus quam manubrium bidentis, recta, leuia, proceras, sine vlcibus, integro libro, ea bene & celeriter comprehendunt. Semina huiusmodi aliquando etiam plantae dicuntur, & seminaria plantaria. Plinius libro decimotertio de palmis loquens, Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum bimas. gaudent enim mutatione sedis. Et libro quinto, At nunc etiam in plantariis ferunt oleae, translatarumque altero anno decerpuntur baccas. Et rursus libro decimosexto, Vulgoque dotem filiarum antequam plantaria appellabant. Idem de stolonibus loquens & arborum sobole, Omnia ea, inquit, statim opus est nutrici dari atque in seminariis adolescere, iterumque migrare. Nutricem appellat Plinius seminarium in quo tenella adhuc semina educanda depanguntur deponunturque. Vnde ipse alibi, Quam obrem & seminarii curam ante conuenit dici quam transeatur in alia genera. Nam & huic principio eligi solum refert, quoniam nutricem indulgentiorem esse quam matrem saepe conuenit. Inde illud Virg. Mutata ignorent subito ne semina matrem. Seminarium nec vitarium nec arbutium nostrates nunc faciunt, ut qui arbutiuas vites nullas habeant, quae a Graecis αναθενδράδες dicuntur, quasi arbores scandentes, instituendisque ipsi nouelletis malleolis & mergis vrantur, Marquotas Sotellasque vocantes, quos humi depactos postea non transferunt, ut Itali solebant, quem morem nostrum Columel. non ignorasse videtur, qui lib. iiii. de vite ponenda loquens sic inquit, Sationis autem duo genera malleoli vel viuiradicis, quod utrunque ab agricolis usurpatur, & in prouinciis magis malleoli, neque enim seminariis student nec usum habent faciendae viuiradicis. Pomariorum autem seminaria nonnulli nostratium instituerent, ut Normanni, quae pepinaria appellant, ex quibus viuira dices adultas in pomaria transferunt. Theophrastus in libris de plantis ferendi genera multa tradit. Quaedam enim plantae deposito semine feruntur, id est plantulae: (σπέρμα, etiam graece dicitur) vnde seminarium quasi surcularium. nam legumina & segetes fusim feri solent. Quaedam igitur surculo feruntur, qui graece κλάδος dicitur. Quaedam talea, quam Theophrastus ξύλον appellat, id est lignum, ut olea & salix, Plantale vulgus appellat. Quaedam auulso ramo ab arbore, παραπλάσις graece dicitur. Quaedam pregrandi ramo, qui ἀκρέμων dicitur. Quaedam ramulo, id est ἀπὸ τῆς βλαστῶν. Quaedam multipliciter. De quibus idem lib. pri. de causis plantarum ita inquit, ὅσα δὲ πλάσσει ἡ φύσις ἔσπασε ἔχει καὶ ἐν αὐτῆς διαφορὰν. τὰ γὰρ ἀπὸ παραπλάσιος καὶ ξηρῆς καὶ κλωνῆς, ἢ πάντως δ' ἄνωγ' ἐν κ' ἀπὸ ξύλου ἢ ἀκρέμων. καὶ ἀπὸ ἀμπέλου ἢ συκῆς, τὰ δὲ πάλιν ἀπὸ τῆς βλαστῶν, ἢ ὡσπερ ἢ ἔλαια, Quae autem pluribus exeunt modis differentiam in uis quoque ipsis habere videntur. Non enim quod auulsione & radice & ramulo prouenit, ligno etiam pregrandique ramo exurgere potest, ut vitis & ficus. Neque quod contra his ipsis proueniat, ramulis etiam potest, ut olea. Sunt etiam

Semina.

Plantae.
Plantarium.

Stolones.

Nutrix.

Arbutium
vitis.
Malleolis
Mergi.

Serendi genera
nora multa
Sperma.

Talea.
κλάδος
ξύλον
παραπλάσις
ἀκρέμων
βλαστῶν

μοχθίμαα.
μοχθίρ.
τὰ κλίματα.

quædam quæ radice proueniunt, id est ἀπὸ τοῦ μοχθίμαα, quales sunt mergi, qui ubi radices egerunt, transferuntur: vnde μοχθίρ τὰ κλίματα, id est viuiradices ex farmentis efficere. Theophr. de palma loquens, τὰς πρὸς γὰρ γὰρ ἐξάβδης φασὶ μοχθίρ πρὸ βαβυλώνα τὰς ἀπαλωτάτας, καὶ ὅταν ἐμβιώσωσι μεταφυτθῶσιν, id est viuiradices enim tenerrimas Babylonios viuiradices efficere aiunt adultasque transferre. Hæc autem omnia Plinius lib. xvii. à Theophrasto, Catone, Varrone, & Columella pleraque accepta, copiose profequitur. Verū enim uero seminarium significatio eleganti metaphora ad alia transfertur. Cicero in Antoniana. xiii. Huc accedunt alaude, cæteri que veterani seminarium iudicium tertiæ Decurię: qui suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris deuoratis, fortunas nostras concupierunt.

Alauda.

Alaudarum legio Gallica quædam erat, ex quibus Antonius tertiam iudicium cum Decuriam fecit: quapropter iudicum seminarium legionem illam appellat. Quemadmodum enim ex seminario pomaria arbutaque conferuntur translati inde stirpibus, sic ex Decuria illa iudicum numerus supplebatur. Idem in Pisonem de provincia Macedonia loquens quam Piso pro Cōsule obtinuerat. Ex illo, inquit, fonte & seminario triumphorum cum arida folia laureæ retulisses, cum ea abiecta ad portum reliquisti, tum tu ipse de te videris fecisse iudicium. Macedoniam Cicero seminarium triumphorum vocat, significans provinciam bellicosam & identidem rebellem, triumphorum materiam nunquam non affatim Rom. Imperatoribus suppeditasse, qui quidem strenui ipsi impigri que essent. Curtius lib. vii. de cohorte regia apud Macedonas loquens, Hęc cohors, inquit, velut seminarium ducum præfectorumque apud Macedonas fuit: id est hinc duces præfectique sumi solebant. Vnde Alexander Princeps Romanis dicere solebat seminarium Senatorum equestrem ordinem esse, auctore Lampri- dio: Propterea, inquit, libertinos nusquam in equestrem locum redegit. Et nos alibi cubi diximus honestiorum causidicorum ordinem Parisiis seminarium amplissimæ curiæ esse. Qui enim & ingenii & facundiæ & honestatis specimen patrociniis aduocationibusque officiose benignèque præstandis dederunt, in populari rem fauorem emeriti, eoque apud aulam innotescentes, Principis mox beneficio in curiam asciscuntur. Proinde seminarium (inquit Celsus) quasi instrumentum est agri. Quemadmodum enim instrumentum id dicitur sine quo re aliqua uti commode non possumus, ita sine seminario utile satis arboratori aut vinitori ager esse non potest: ut ex iis quæ diximus apparet, dūtaxat in iis locis ubi seminaria institui solent: ut hodie apud Normannos.

Seminarium triumphorum.

Seminarium curiæ.

Ex. l. sequenti.

Pedamen.
Pedamentum.

Ex sylua cædua pedamenta & ramos. Accursius hoc verbum perperam exposuit, quod etsi hodie nemo nisi plane indoctus ignorat, tamen ut hæc res tota innotescat, aliquid ab auctoribus rerum rusticarum repetendum. Columel. lib. v. Adminiculandæ, inquit, vineæ melior est ridica palo: neque ea quæ libet nam est præcipua cuneis fissa olea quercus & suber. Tertium obtinet locum pedamen teres. Vbi tamen corrupte vulgo legitur pedamētares. Varro libro pri. de re rust. Pedamentum iam fere trium generum. Vnum robustum, quod optimum solet afferri in vineam è quercu ac iunipero, & vocatur ridica, Alceę

rum palus è pertica, melior è dura. Tertium quod horum inopiæ subsidio mi-
 sit arundinetum. Pedamentum igitur & adminiculum, aut fissile est, vt ridica,
 quo hodie plurimum vtimur: aut teres, vt palus. Statumen etiam pedamentu
 dicitur. Columel. libro prædicto, Cum mensem tricesimum excessit posita vi-
 nea, id est tertio autumno, vehementioribus statuminibus statim impedanda
 est. Sic enim lego non impedienda vt vulgo impressum est. Vitium quædam
 pedatæ sunt, vt nostræ: quædam subrectæ, quæ adminiculo non egent. vt Plin.
 lib. vii. docet. Et multæ sunt huiusmodi in Gallia. Pedatarum autem quædam
 iugatæ, quædam compluuiatæ sunt, quædam neutrum, vt circa Parisios. Sed
 nihil nunc ad rem. Et ista vix digna sunt quæ attingantur. Quemadmodum &
 specularia in lege, Sed et si, hoc eodem titulo: quæ Accursius instrumenta do-
 mus esse dicit ab inspiciendo dicta. Plin. lib. xxxvi. Specularis, inquit, lapis fã
 cillime in quilibet tenues crustas finditur. Idem de Phengite lapide, Hoc, inquit,
 Nero cõstruxerat ædem Fortunæ, quam Seiani appellatione dicebat à Seruio
 Rege sacratam aurea domo complexus. Quare etiam foribus opertis interdum
 claritas ibi diurna erat haud alio quàm specularium modo, tanquàm inclusa luce non
 transmissa. Ab hoc lapide specularia dicebantur integumenta ex speculari la-
 pide quibus ambulationes in hortis tectæ erant. Iuuenal. Saty. iiii. Quæ vehi-
 tur clauso latis specularibus antro. Hic autem Vlpianus de iis specularibus
 intelligi voluit quibus fenestrarum hiatus obstruebantur ad transmittendam
 lucem, quæ tamen exemptilia erant, vt cum liberet auferrentur. Nunc vitro
 vtimur. Plin. in Arabia esse lapidem aiunt vitri modo translucidum, quo vtun-
 tur pro specularibus. Possumus & de specularibus intelligere quibus pars
 quædam domus ad voluptatem operiebatur: varium enim vsum specularia
 præstabant. Martialis, Hibernis obiecta notis specularia puros Admittunt
 soles & sine face diem. Est etiam exemplum apud Plin. lib. xix. vbi de cucumeri-
 bus loquitur. Huiusmodi autem specularia hyeme vsui erant, æstate exime-
 bantur interdum. Simile est illud in l. Malum. infra de verborum significatio-
 nibus, Structuram loci alicuius ex tabulis factam quæ æstate tolleretur, hye-
 me poneretur, ædium esse ait Labeo, quoniam perpetuo vsui parata essent.
 Neque ad rem pertinere quod interim tollerentur. Et in eadem paulo superius,
 Plumbum quod pro tegulis poneretur ædificiū esse Labeo ait. Sed id quod in
 ripa theii tegendi causa poneretur contra esse. Vbi in antiquo exemplari legi-
 tur hypa ethrii tegendi, neutro bi recte. Itaque locus ille sic à nobis restitutus
 est, Sed id quod hypethrii tegendi causa poneretur. æ enim diphthongus in
 secunda syllaba ab ignaris in duas syllabas diuisa est. Sunt autem hypæthria
 hypæthraque loca sub diuo exposita, id est cælo patente. Vitruuius lib. pri. Ioui
 Fulguri & Cælo & Soli & Lunæ ædificia hypæthra constituuntur. horum enim
 deorum & species & effectus in aperto mundo atque lucenti perlucens vi-
 demus. Idem lib. v. Media vero spatia quæ erunt sub diuo inter porticus ador-
 nanda viridibus videntur, quæ hypæthra ambulationes habent magnam salu-
 britatem. Latine subdialia dicuntur & subdualia, vnde subdualia deambula-
 tiones Plin. lib. xvii. & subdialia pauimenta. lib. xxxvi. Huiusmodi sunt loca quas
 terracias vocamus. Quod igitur ad obtegenda huiusmodi loca comparatum est
 siue velum siue aliud integumentum, Iabolenus ædificio non accedere censuit;

Ridica
Palus.
Statumen.

Impedata
vitis.
Pedata vitis
& subrecta.

Specularia.

Locus ex
quingagesimo
Digesto
rum libro res-
titutus.

Hypætrion.
Hypætron.

Subdialia.
Subdualia.

Quo in loco Accursius hoc verbum se non intelligere fassus est.

Ex. I. Aequissimum. §. Si ædium, eodem titulo.

Obstuere luminibus verbum est antiquū iuris. Cicero pro domo sua ad Pontifices, Habitare, inquit, laxe & magnifice voluit, duasque magnas & nobiles domos coniungere, ac se uere contendit ut Quintus Vestius, sibi domum venderet. Cum ille negaret, primo se luminibus eius obstructurum minabatur, & reliqua. Idem in Bruto per metaphoram usus est, Nam ut Philisti, inquit, & Thucydidis concisis sententiis, interdum etiam non satis opertis officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ (quod idem Lyfiæ Demosthenes) sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. Qui locus Ciceronis corrupte impressus est. Quemadmodum enim, inquit, claritati antiqui nominis Thucydidis tanquam luminibus Theopompus officit historicus grandiloquentia stili tanquam altitudine ædificii, & Demosthenes orator Lyfiæ: sic fuscio rem illum splendore orationis Catonianæ recentiores oratores sublimiore ac florido dicendi genere quasi præumbrantes obscurauerunt. Proinde proprietatis dominus obstuere luminibus usufructuarii non potest. Propterea in. l. Si is qui binas, infra eodem titulo, non obstruere luminibus ut ubique legitur, sed obstuere legendum contenderim. Hoc in Pandectis græcis ἐμπεδίζω τῆ ἀπόφα δicitur. Elegantius tamen ἐπιπροσθεῖν à Gregorio dicitur, ὅτι ὁ ζόφου εἰς ἐπιπροσθεῖν τοῦ ἀληθοῦς καταπέσει. Alibi, ἐπιπροσθεῖν ὅπως εὐλόπη, ὑπὸ προσθεῖται ὁ ἥλιος ὑπὸ φθι σελήνης ἐν τῆ ἐκλείψῃ. Dicitur & ἐπισκοιάζειν, quasi præumbrare: & ἀπεκρύπτειν. Cum accus. obstuere etiam significat contrastruere, quasi obædificare: quod Græci παρεκδομαεῖν vocant: quod etiam ἐπισκοτεῖν significare potest, & hoc in loco obstuere.

Ex. §. proximo.

Nec per cœnacula diuidere domū. Atqui locare potest, sed oportebit quasi domū locare. Hūc locū haud dubie Accursiū nō intellexisse affirmare ausim. Cœnacula loca sunt altiora domus ad quæ scalis aut cochleis ascēdit. Hæc autē incolebāt tenuiores & inquilini, ut Iuuenalis Saty. x. docuit, Lateranorum obsidet ædes Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles, id est ad inquilinos & pauperes qui in conducto habitāt. Cœnatio verò potentiorū erat, ut apud eundem, Et argentem rapiat cœnatio solem. Tertii Regum cap. sexto, Et per cochleam ascēdebāt in medium cœnaculum. Cicero de lege Agraria, Romam in montibus positam & cœnaculis sublatam atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semitis, præ sua Capua planissimo in loco explicata, ac præ illius semitis irridebunt ac contemnent. Quibus verbis Cic. indecorā vrbis Romæ formam fuisse significat propter cœnaculorum frequentiam, qualem Parisius videmus. quod etiam Vitruuius lib. ii. Architecturæ dicit his verbis, Cum enim aucto mirum in modū Romano populo necesse fuisset in cœnaculis habitari (Nam antea cū per vrbis laxitatem licebat, vnius tantū contignationis erant ædificia) ad ædificiorū altitudines deuentū & ædium frequentiam. Inde Cœnacularius Vlpiano infra de pignor. acti. in. l. solutum, Videtur, inquit, tacite

& cum domino ædium hoc conuenisse, vt non pactio cœnacularii proficiat do-
 mino, sed sua propria. Quo in loco Accursius modeste obmutuit. Propterea
 cœnaculariam facere dicebantur, quí domus totas conductas, per singula cœ-
 nacula inquilinis locabant, vt inde quæstum facerent pluris in summam loca-
 do, quo modo accipitur in l. Si vero, infra de iis qui deiecerunt. Ita enim cœnacu-
 lariam facere dicitur, vt argentariam & furnariam apud Cic. & Tranquil. Cœ-
 naculum à Græcis ἰ πρῶτον dicitur, vel vt Marci ultimo Ἀνώγειον. Ipse vobis demō
 strabit cœnaculum grande stratum, illic parate nobis, Ἀνώγειον μέγα, ἐσθωμίον, Ἀνώγειον.
 Sic autem verti debuit, vel etiam versum est, sed postea cor-
 ruptum, vt quædam alia loca, Cœnaculum grande, stratum, paratum, illic pa-
 rate. Et paulo ante, Vbi est refectio mea, vbi pasca manducem. Diuersorium nō
 refectio verti debuit τὸ κατάλυμα. Sed & totum illud caput oscitanter versum
 est. In proposito autem sensus est, vsufructuarium vt locare posse vniuersam
 domū, ita distrahere diuellerēq; locationibus cœnaculatim cubiculatimq; non
 posse: quod sine incommodo domus fieri non potest, quæ à domus vniuersæ
 forma ad cœnacula transfertur.

Cœnaculariã
facere.ἰ πρῶτον.
Ἀνώγειον.
Marc. locus.

κατάλυμα.

Ex lege Vsufructuaris, eodem titulo.

¶ Quia tamen si meliorem excolendo ædificium domini causam facturus esset,
 non tamen id iure suo facere potest. Meo iure, tuo iure, suo iure, verba sunt
 apud doctos frequentissima, sed certè cuiusdã significationis. Est enim meo iu-
 re aliquid agere facere ve, idem quod mea facultate vel auctoritate, vel conces-
 sa mihi omnium consensu libertate & potestate. Cicero in. ii. de Orat. Duo illa
 quæ facillima videntur (quoniam quæ difficiliora sunt non possunt) mihi pro
 meo iure sumo. Idem pro Roscio, Tametsi meo iure possum si quid in hac par-
 te mihi non placeat vituperare. Non enim vereor ne quisquam alienū me ani-
 mum habuisse à causa nobilitatis existimet. Id est, quæ ego is sum cui maxime
 omnium id facere licet citra reprehensionem. Et illud Terentianū in Adelphis,
 Do, prætermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Verba sunt pa-
 tris indulgentissimi. Ius est (inquit Donatus) quod omnia recta & inflexibilia
 exigit: Aequitas est quæ de iure multum remittit. Non necesse est ergo sequi
 patrem, tametsi potest suo iure. Cicero pro Cælio, Certe in armis militū virtus,
 locorum opportunitas, auxilia sociorū, classes, cōmeatus multū iuuat, maximā
 verò partē quasi suo iure fortuna sibi vendicat: & quicquid est prospere gestū
 id pene omne ducit suum. ac si diceret, nemo vnq; fortunæ in bello non primas
 detulit partes. Vnde illud Satyr. Plus etenim fati valet hora benigni, Quæ si te
 Veneris commendet epistola Marti. Inde iure suo decedere dicitur qui non
 omnia pro iure suo agit. Idem pro Roscio Amerino, Esto, causam proferre
 non potes, tametsi statim vicisse debeo, tamen de meo iure decedā, & tibi quod
 in alia causa non concederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Liviū
 lib. iii. Caius Iulius Decemuir diem Sextio dixit, & accusator ad populum exti-
 tit, cuius rei iudex legitimus erat. decessitque iure suo vt demptum de vi ma-
 gistratus populi libertati adiceret. ἰ δὲ ἰδῶν τῆν δίκαιον τῆν ἰδίων dicitur: vel τῆν
 ἑμαυτῶν. Plutarch. καὶ ταῦτα λέγω τῆν δίκαιον τῆν ἑμαυτῶν ὑπέμεινον. Potest & mul-
 tis aliis modis dici. Vulgo dicunt præterire ius. Cui opponitur iure suo age-
 re, vel pro iure suo agere. quod etiam summo iure agere dicitur, id est ri-

Meo iure, tuo
iure, suo iureDecedere
suo iure.Suo iure
agere.

Lus.

Matt. locus.

ἔξοια.

Luce locus.

gorēm tenere, vt alibi docuimus. Hoc verbo diuus Augustinus libro decimo quarto de Ciuitate vsus est pereleganter. de membro enim generali loquens, Merito, inquit, huius libidinis maxime pudet, merito & ipsa membra quæ suo quodam (vt ita dixerim) iure non omni modo ad arbitrium nostrum mouentur aut non mouentur, pudenda dicuntur, qualia ante peccatum hominis non fuerunt. Quinetiam ius pro potestate ponitur interdum. Plin. libro secundo naturalis hist. Imperfectæ verò in homine naturæ præcipua solatia ne deum quidem posse omnia, nullumq; habere in præterita ius præterq; obliuionis. Idem de intertricula vite loquens libro decimoquarto, Carbunculari hæc negatur magna dote si verum est aliqua in vite, cælo non esse ius. Quid sit autem carbunculario nos alibi dicemus. Matthæi septimo, Et admirabantur turbæ super doctrinam eius. Erat enim docens sicut potestatem habens & non sicut Scribæ & Pharisæi, ἢν γὰρ διδάσκουσιν ὡς ἐξουσίαν ἔχουσιν. Nisi ad verbum transferretur, trāsferri fortasse sic significantius potuit, Erat enim veluti iure suo docens. Vnde Marci primo, & Lucæ quarto, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἢ ἢ ὁ λόγος αὐτοῦ, Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo eius. Admirabantur enim omnes Christum differentem, & merito, vtpote qui de diuinis iure suo differeret, quæ quæ de ipse vnus omnium noisset.

Ex. I. Quid ergo, eodem titulo.

Submittere.

Interim tamen quæ diu summittatur & suppleatur capita quæ demortua sunt, & reliqua. Iuriscōsultus hic proprio verbo vsus est. Est enim submittere propagandæ sobolis gratia matricibus supponere, atque alendos præbere focum. Columella libro. viii. de ouibus loquens, Hoc qui faciet, seruare debet ne minori quadrimæ nève ei quæ excessit annos octo prolem submittat. neutra enim ætas ad educandum est idonea. Idem de bobus, Sed non est dubium vbi partubuli sit lætitia, posse omnibus annis partū educari: at vbi pœnuria est, alternis submitti. Idem, Summitti tamen & in vicina vrbis quoq; oportebit, cū præsertim boni pastoris vel cura prima sit omnibus annis in demortuarum vicioriarumve ouium locū, totidē vel etiā plura capita substituere. Virg. in. iii. Georg. Tu modo quos in spem statuis submittere gentis. Et in Tityro, Pascite vt ante boues pueri submittite tauros. Quod verbum etiā ad vites transfertur. Columella libro quinto, At econtrario ad meridiem plures palmites submittantur, qui laborantem matrem feruoribus æstiuis opacent. Idem, Itaq; vna tantum materia iugo proxima, & vnus infra eam custos submittendus qui vitem mox in annum renouet.

Ex. I. Quidam hyberus. de serui. præ. vr.

Tubulus.

Tubus.

Tribulus.

τριβόλος.

Non licet autem tribulos habere admotos. Sic quidē in multis libris legitur, sed in emendatis tubulos legimus. Tubi & tubuli canales sunt fictiles variis vsibus accommodati. Tribuli verò vel vt græce dicitur τριβόλοι, machinulae sunt ferreæ, dolosæ, trigona aut tetragona forma, quæ in quacūq; partē incubuerint, vnū aut plures aculeos infestos protendunt. Plut. in Apophth. κατασπίνου τριβόλους σιδηρούς, ὅπως μὴ διαμύνοντες οἱ πλέμιοι προσμάχωνται τοῖς χείμασιν, Spargere tribulos ferreos ne hostes aggeribus insistentes pugna illinc ciere possent. Pol. lit. in Herodian. lib. iiii. Simulata fuga tribulos aliāq; ferramenta acuminata

proiciēbant. Latine murīces dicuntur. Curtius libro quarto, Bion quidam trās
fuga nūciat regi murīces ferreos in terram defodisse Darium, quā hostem *Murīces.*
equitem emissurum esse credebat. Valerius libro tertio de Scipione Aemilia
no loquens, Suadentibus quibusdam vt circa mœnia vrbis quā obsideret fer
reos murīces spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in præsidiā nostra *Muricati*
facere possent, & reliqua. Hinc Muricati gressus Fulgentio, id est formido *gressus.*
losi & pauendi. Intuemur, inquit, arua quibus adhuc impressæ bellantium plā
tæ muricatos (quod aiunt) sigillauerunt gressus. Et formidine menti nondum
extersa hostes in vestigiis ponebamus: terrorē enim pro sui memoria miles ho
stis heredem reliquerat. Tribulorum meminīt Vegetius libro tertio. Lingua
vernacula calciatrappæ vocantur. A cuius similitudine eodem nomine herba *Matth. locus*
spinosa vocatur vtrāq; lingua. Matthæi septimo, *μία συλλέγεισιν ἀπὸ τῶν τριβόλων*
σῶμα. Nunquid colligunt de tribulis ficus? Hanc lingua vernacula eodem etiā
nomine quo decipulam ferream appellat.

Ex. l. Arborem, eodem titulo.

¶ Si vero Heliocamīno vel solarīo. Heliocamīnus ad verbū solaris fornax *Heliocamī*
dici potest. Est autem solare vaporarium in aprico loco situm ad calorem solis *nus.*
excipiendum, quo antiqui vtebantur. Plinius in Epist. lib. secūdo de Dieta qua
dam loquens, In hac Heliocamīnus quidam alia xystum alia mare, vtrāq; so
lem prospicit: id est vtrāq; parte solī opposita est. Solarium autē præter alia *Solarium.*
significata locum significat in quo horę ad solem denotatur, veruto vmbra
faciente, vel pinnula, cuius rei inuentionem & rationem gnomonici profitetur.
Cic. pro Quintio, Non ad solarium, non in campo non in cōuiuīs versatus est:
id est in foro Romano vbi erat solarium.

Ex. l. Qui in sella. de seruitu. rust. præd.

¶ Qui in sella aut lectica vehitur, ire non agere dicitur. Accursus male de
equo intellexit. Sella enim curulis intelligēda est, vt sella qua magistratus Ro
mæ vehi solebant. Iuuenalis, Visne salutarī sicut Seianus, habere Tantundem,
atq; illis sellas donare curules, Illū exercitibus præponere? Sella enim curulis *Sella curulis.*
vectabulum erat quo sedentes magistratus gestabantur. quod gestatorium *Gestatorium.*
etiā dicitur, & gestatoria sella. Tranquil. in Nerone, Interdiu quoq; clā gesta
toria sella delatus in theatrum. Et gestationes loca gestandis hominibus apta,
quod sanitatis causa factitabāt, ea forma qua cœnationes ambulationesq; dicū
tur. Plinius in Epistolis, Ortum & cœnationem videt qua ortus includitur. ge
statio buxo aut roremarino vbi deficit buxus, ambitur. Idem, Adiacet gestatio
in interiore circuitu vinea tenera & vmbrosa. Sicq; illud intelligi debet in lege
Aequissimum, suprā de Vusufructu, Viridaria vel gestationes arboribus infru
ctuosas opacas gestari. *ἔζελα* vnde à Græcis dicitur & *διπροφορεῖσθαι*. Ephippiū autē *Ephippium.*
de equo dicitur non sella, vnde ephippiarii equi dicuntur, vt clitellarii & dor
suarii qui & dossuarii dicuntur, & iugales, & qui desultorii vocantur, id est qui *Genera equo*
rum.

Ex lege Lucius, eodem titulo.

¶ Et dono tibi digitū in domū tuā quę in hysothomo est. Digitus hic modulū *Digitus.*
aquariū significat cuius diāmetros digitalis est. Omnis autē modulus aqua
rius (inquit Frōtinus) colligitur aut diāmetro aut perimetro. Digitus igitur *Modulus*
aquarius.

Isthmus.
Porthmos.

Paristhmia.
Tonfillæ.

pro fistula digitaría intelligendus aut etiã vnciaria. Vnciæ enim modulus habet diametri digitum vnum & digiti trientem. Verum de modulis alibi fortasse videndum erit. Accursius nescio quid nugatur hic diuinaciter (vt solet) de digitis & rostris statuarum. Hysothomum autem terram inter duo maria interpretatur. quod si est, non hysothomum sed isthmum legendum. Isthmus autem proprie collum significat, à cuius similitudine terra oblonga & angusta inter duo maria isthmus etiã dicitur. cui porthmos, id est fretum etiã opponitur, maris scilicet inter duos continentes angustia. Vnde per antonomasiam isthmus Peloponnesi dicitur inter Aegæum & Ionium mare quinq; milium passuum interuallo, cuius fauces Corinthus obsidet. Plinius de Peloponneso loquens, Angustia, inquit, vnde procedit Isthmos appellatur. Et paulo post, Angusta ceruice Peloponnesum contingit Hellas, Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatus sinus. Quibus verbis Plinius significationem Isthmi expressit. Sic enim Isthmus à latiore terra protinus gracilescit, vt ceruix à corporis compage deductior eminet. Vnde Paristhmia partes quædam in homine dicuntur à medicis circum fauces, quæ latine Tonfillæ dicuntur.

Ex. I. Proprium. in ti. Communia prædiorum.

Recipere.

Receptitius
seruus.
Ἐξαιγερ

Ἀναδέχεται.
τὸ ἐφ' ἑαυτῷ
δέχεται.

¶ Seruitutem recipere nisi sibi nemo potest. Et paulo post, Ita vt tota seruitus ad eum qui receperit pertineat. Aliàs excipere, inquit Accursius: videlicet id commentus, quia verbum hoc non intelligebat. Recipere (inquit Nonius) est exceptum facere. Plautus in Trinummio, Vbi nunc adolescens habet: posticum hoc recepit cum ædes venderet. Quo in loco habet pro habitat intelligendum. Est autem recipere antiquum verbum iuris. Cato Voconiam legem suadens verbis hisce vsus esse dicitur, Principio nobis mulier cum magna dote attulit, tamen magnam pecuniam recipit: quam in viri potestate non committit, eam pecuniam mutuam dat viro. postea vbi irata facta est, seruum receptitium sectari atq; flagitare virum iubet. Gellius, Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat neque ad virum trans mittebat, ea recipere dicebatur. Sicuti nunc quoq; in venditionibus quæ excipiuntur neque veniunt. Receptitius ergo seruus mulieris est proprius quem cum pecunia reliqua mulier receperat, neque dixerat doti sed retinuerat. Græce Ἐξαιγερ dicitur. Recipere etiã repromittere significat & in sese suscipere. Marcus Tullius in primo de Orat. Quo quidem in genere Marcus Bucculeius homo neq; meo iudicio stultus & suo valde sapiens, & à iuris studio non abhorrens, simili quodam modo nuper errauit. Nam cum ædes L. Fusio venderet, in mancipio luminaria vti tum essent ita recepit. Fusius verò simul atq; ædificari ceptum est in quadam vrbis parte quæ modo ex illis ædibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio, q; cuicumq; particule cœli officeretur, illa quis esset procul, mutari luminaria credebat. Recipere ergo est præstaturum se promittere. sic Græci Ἀναδέχεται dicunt, τὸ ἐφ' ἑαυτῷ δέχεται.

Ex. I. Venditor, eodem titulo.

¶ Legem dederat ne cõtra eum piscatio tignaria exerceretur. Sic quidem Act

curfus legit, & nescio quid de huiusmodi piscatione dicit. Nos vero non tigna-
 ria, sed thynnaria legendū arbitramur, haud dubia coniectura. Thynni enim
 pisces sunt prægrandes, à quibus Thynnoscopi dicti, homines è litore editio-
 re thynnos speculari soliti. Latine Thynnarii thunnariiq; dicuntur: quo ver-
 bo Theodorus Aristotelis interpres in libris de Animalibus vsus est. Sed cum
 hæc scriberem non succurrebat Aristotelis locus. Est & verbum apud Græcos
 θωνοσκοπῶν, id est thūnos capto obseruōq;. Aristophanes *ἰμπροσὶ* de Cleone Athe-
 niensi demagogo loquens, id est homine populariter factioso quasi quodā ple-
 bicola. Sic enim apud Athenienses vocabantur duces quidam vulgī popularē
 auram concionibus aucupantes, καὶ τὸ ἄν πέρ τω ἀναθεῖ τὸς φόρος θωνοσκοπῶν, id est
 peruigili speculatione obseruans. Siquidem, vt inquit enarrator, thūnarii in edi-
 tiore rupe stantes, subeuntes retiā thynnos tanquā è specula despectant. Pro-
 pterea factum est, vt Thynnoscopia pro accurata & inconniuenti obseruatio-
 ne accipiatur. Thynnos autem simulatq; in retiā insinuasse videbant, fuscinis
 eos conficere adoriebantur, vnde thynniso verbum & thynnazo apud Græ-
 cos pro lancino & configo. Vtuntur & hodie in Hispania huiuscemodī piscā-
 tione, vt ex Hispanis hominibus audiui.

Thynni.
 Thynnoscopi
 Thynnarii.
 Demagogi.
 θωνοσκοπῶν
 πῶν.
 Δημάγογοι
 Thynnoscopia.
 θωνισῶν
 θωνάζῶν

Ex. I. Sicuti. Si seruitus vendicetur.

Supràque eum parietem columnas structiles imponere quæ tectum portici
 ambulatoriæ sustineant. Columnæ structiles sunt quæ aut lapide qua-
 drato aut laterculis extructæ sunt, quæ pilæ etiā dicuntur. Est enim hæc
 differentia inter columnas quæ à Græcis κίονες, & pilas quæ στῆλαι ab illis di-
 cuntur. Columnæ vno scapo constant, id est lapide oblongo perpetuo. Pilæ
 structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Propterea hic ab
 Vlpiano structiles columnæ dicuntur. Nostrates pilaria vocant. Plinius græ-
 ce stelas vocat libro sexto cap. vigesimo octauo & vigesimo nono. Stelæ autem
 sunt proprie lapideæ pilæ surrectæ, in quibus fœdera inscribi solebāt, vt omni-
 bus innotescerent, & in quibus etiā homines proscribi solebant. Isocrates in
 Panegy. circa finem vtitur, & Demosthenes identidem, Hodie stelæ proprie
 vocari possunt lapideæ cruces, vel huiusmodi monumenta quæ in militaribus
 viis extructa videmus literis interdum insculptis ad memoriā alicuius rei
 prodendam. Latine Cippi dicuntur. Columnæ partes sunt, scapus quasi co-
 lumnæ corpus. supra scapum capitulum, infra scapum spira, quæ basis sæpe
 appellari solet. infraq; spirā stylobates. Auctor Vitruuius libro tertio. Stru-
 ctilis igitur à structura dicitur. Idem libro quinto de hypethris ambulationi-
 bus loquens, Fodiuntur & exinaniantur q̄ altissime, & dextra ac sinistra stru-
 ctiles cloacæ fiunt. Idem libro octauo, Ductus autem aquæ fiunt generibus tri-
 bus: riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus.
 Structiles canales appellat, structura & fabrica constantes, quales hodie Ro-
 mæ semirutū visuntur. Idem libro secundo, Itaq; pilis lapideis, structuris testa-
 ceis, parietibus cæmentitiis extructæ, contignationibus crebris coaxatæ, cœ-
 naculorum ad summas vtilitates perficiunt despectationes. Structura etiā
 à contignatione differt. Idem libro quinto, Concamerationes verò si ex stru-

Columnæ
 pile.
 κίονες.
 στῆλαι
 Stelæ.
 Cippi.
 Columnæ
 partes.
 Structilis.
 Structiles can-
 nales.
 Structuræ.

etura factæ fuerint, erunt vtiliores: sin autem contignationes fuerint, figulium opus subiiciatur. Eodem pertinent verba eiusdem Vlpiani in. l. Si forte, §. Modus, supra hoc eodẽ titulo, Forte vt reficiat lapide quadrato vel lapide strutili, vel quolibet alio opere. Structurę enim genera tria sunt: Quidam enim lapides quadrati vocantur, id est orthogoni, & ad normam respondentes, quos vulgo casos vocamus. Sunt alterius generis lapides rudes & informes, quos cæmenta vocantur, quibus ad facturas operum vtuntur inter pilares vel quadratas eductiones, quas artifices gambas appellant. Vtuntur & his lapidibus ad parietes villaticos extruendos. Hoc genus structurę incertum est & sine venustate, quasi lapide temere inuento constructum. Est & tertium genus inter hoc & illud medium, ex lapide ordinario, nec temere cõgestum, nec ad perpendicularum respondens, sed tamen ordine coagmentatum. Vitruuius libro secundo, Itaq; non est contemnenda Græcorum structura. Non enim vtuntur cæmolli cæmento polita: sed cum decesserunt à quadrato, ponunt de filice cæm de lapide duro ordinaria. Idem de hiantibus structuris loquens & vitiosis, Quasi quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo seruato secundum orthostas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa & filicibus ordinariis struat bipedales parietes. Ordinarios appellat nõ incertos, sed eiusdem formę & ordinis, & inter se similes. Strutilem autem lapidem Vlpianus aut ordinariũ aut incertum intelligi voluit. Hęc tamen magis lapidis genera quę structurę dici possunt. Propterea Plinius libro tricesimosexto, cap. vicefimosecundo, Structurę genera quatuor ponit, isodomon, pseudisodomon ab æquabili incęquabiliq; structura dicta, emplecton, dictyotheton. Quę si quis intelligere cupit adeat Plinium: satis est enim nobis locum notasse quod ad hunc locum atinet. Structura autem exacta qualis esse debeat, idem Plinius his verbis docet, Structuram ad normam & libellam fieri & ad perpendicularum respondere oportet. Normam nostrates quadram vocitant, libellam niuellum, perpendicularum plumbum. Vitruuius libro septimo de tectorio opere loquens, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendicularum, auguli ad normam respondentes exigantur.

Ex. I. Qua actione, ad legem Aquiliam.

Si quis in colluctatione vel in Pancratio. Diximus alibi multa de exercitamentis antiquis, pancratium autem dicendum huc reieciimus. Est igitur pancration certaminis genus, ex eo dictum (vt videtur) quod aduocatis omnibus corporis viribus omniumq; neruorum contentione transigitur. Calcibus enim etiam & cubitis non modo pugnis pancratiastrę vtebantur, omniq; imperandi prehendendiq; modo. Lucianus πῆσι γυμνασίων, id est de gymnasiis, Anacharsin Scythen his propemodum verbis Solonem de institutis Atheniensium rogatẽ vt admirandum inducit, Quam tandem ob rem o Solon iuuenes vestri hęc faciunt? Quidam enim eorum mutuo se supplantant: quidam obstricta gula strangulant: nonnulli inter se vi flectuntur, & in cœno more suũ volutati mutuo se conspergunt. iam primũ positis vestimentis pingui alter alterum affricantes placidissime, mox nescio qua vi impulsĩ obtrudũt inuicem sese nutatu obseruario, frontesq; oblidunt pecudum more inter se obarietantes, & ecce rĩ

bi cruribus hic illum tollens, humi allidens, mox in eum sese librans erigi ultra non finit in cœno proculcatum, cruribusq; compræhensum cubitis in ventrem connixus fœdissime miserū angit. Et reliqua, quæ ille de exercitamentis Græcorum luculentissime profequitur. Ex quibus apparet huiusmodi colluctationes in cœno & arena exerceri nudis corporibus solitas esse. Et paulo inferius in persona Solonis, Huiusmodi autem, inquit, exercitamentorum id quod in cœno exercetur pale (id est lucta) vocatur. Qui vero in pulvere exercentur, ipsi quoq; luctantur. Cum verò feriant vicissim concertatione arrectaria, pancratium dicitur. τὸ δὲ παῖερ ἀλλήλων ὀρθοσάδην, παγκραζιάση λέγομεν. Et rursus, οἱ δὲ ἐφοσάδην κεκοιμημένοι καὶ αὐτοὶ, πάσσην ἀλλήλων προσωσόντες καὶ λακτιζοσιν. Qui autem, inquit, arrecti pulvere obfiti sunt, feriant & ipsi alter alterum impetentes procurfu calcitraturque. Quintilianus libro secundo de Institut. orat. Si vero liberalior natura contigerit, & in qua merito ad spem oratoris sumus aggressi, nulla dicendi virtus omittenda est: sicut ille exercendi corpora peritus, non si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tantum, aut nexus modo atque in iis certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt eius certamina. Sunt qui pancratiastas pro pentathlis intelligi velint, id est iis qui quinque illa antiqua certamina Græciæ obierunt & vicerunt παγκραζιάζοντας πάντων κρείττους intelligi volentes, id est omnium victores. idque Hermolaus libro tricesimo quarto emendationum suarum scripsit. Quod vnde acceptum sit nescio. Sudas certe pancratiasten manibus pedibusq; pugnantem interpretatur. Gell. libro duodecimo, Panetii sententiam quandam referens, Vita autem, inquit, hominum qui ætatem in medio rerum agunt, ac sibi suisq; esse vsui volunt, pericula negociâque ex improviso assidua & propè quotidiana fert. Ad ea cauenda atq; declinanda perinde esse oportet animo semper prompto atq; intento ut sunt athletarum qui pancratiaste vocantur. Nam sicut illi ad certandum vocati, proiectis antè brachiis consistunt, caputq; & os suum manibus oppositis quasi vallo præmuniunt, membrâq; eorum omnia priusq; pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt aut ad faciendos parata: ita animus atq; mens viri prudentis, consilia cogitationesq; contra fortunæ verbera, contraq; insidias iniquorum quasi manus & brachia prætendens. Aliqui tamen apud Græcos παγκράζιον πάνταθλον interpretantur, id est pancratium pentathlum, πυγμῶν, id est pugilatum, δρόμον cursum, διαλμα, saltum, δίσκου discum, πάλλω luctam, quos Hermolaus secutus est.

Ex eodem loco.

¶ Nisi domino committente hoc factum sit. Committere est ad contentio-
nem & concertationem exhibere. Vnde committi gladiatorum paria diceban-
tur in spectaculis & athletarum certaminibus, id est ad digladiandum copu-
lari compararique. Similiter & poetæ & oratores committi dicebantur, id
est bini ad ingeniorum ostentationem exhiberi. Indeq; commissiones dictæ sce-
nicæ scilicet & poeticæ & etiam ludicræ quas Prætores ludis præfidentes fa-
ciebant. Tranq. in Claud. Circenses etiam frequenter in Vaticano comisit, non
nunq; interiecta per quinos missus venatione. Idem in Augu. Componi tamen
aliquid de se nisi & serio, & à præstâtissimis offendebar, admonebatq; præ-

παγκραζιάση
248

Pentathli.

Pancratiaste

Committere.

Commissiones

tores ne paterentur nomen suum commissionibus obsolescere. Inde illud Sarty. Committit vates, & comparat inde Maronem. Ex hoc autem factum ut committere pro iritare ponatur, & ad iram accendere. Tranq. in Calig. Non cessavit ex eo criminari alterum alteri & inter se committere. Hoc Græci dicunt Συγκρούειν. Isocrat. τοσούτοι δ' ἐοικέναι συγκρούειν ἅ τῶν ἐκείνου πραγμάτων ἢ κριῆν σασιάζειν. Inde apud Liviū bellum commissum legimus, id est (ut vulgo dicunt) guerram apertam esse, cum aliqua iniuria laceffente bellum inter duos populos iritatur, quasiq; re ipsa indicitur.

Συγκρούειν,
Commissum
bellum.

Ex. I. Si fornicarius:

Fornacarius.

¶ Lego fornacarius à fornace. Erat autem fornacarius servus idem qui pistrinarius vel pistor. Fornacalia (inquit Festus) feræ sunt institutæ farris torrendi gratia, quod ad fornacem quæ in pistrinis erat sacrificium fieri solebat. Idem alibi, Fornacalia sacra erant cum far in fornaculis torrebant. Servius autem Grammaticus auctor est apud præcos molarum usum non fuisse. fruges enim torrebant, & deinde in pilis pindebant, & hoc erat molendi genus, quod & suo tempore adhuc factitatum esse ait. Ex quo more illud Vergilianum esse in primo

Mola asinaria & trusatiles.

Aeneidos, Et torrere parant flammis & frangere saxo. Molæ autem poetea inventæ sunt asinariae quædam, quædam trusatiles, id est hominum operæ versatiles. Gellius libro tertio de Plauto comico loquens, Sed enim Saturionis & Addictum & tertiam quandam comædiam cuius nunc mihi nomen non suppetit, in pistrino eum scripsisse Varro & pleriq; alii memoriæ tradiderunt, cum pecunia omni quam in operis artificum scenicorum pepererat, in mercationibus perditâ, inops Romam rediisset, & ob quærendum victum ad circū agendas molas quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. Hoc autem non sine ingenti labore ac fatigatione virium fiebat: propter quod factum est ut pistrinum pro loco fatigationis pleno & pro negotio operoso ac molesto virisque conficiente ponatur. Hieronymus in præfatione Danielis, Denique ego adolescentulus post Quintilianii & Tullii lectionem, cum me in linguæ Chaldaicæ pistrinum recluissem, & multo labore vix cœpisssem anhelantia stridentiaque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerem, impegit novissime in Daniele. Pistrinum pro ærumna dixit studii difficillimi. μολῶν à græcis dicitur. Lucianus de vilii mancipio, τὸν μολῶν ὡσπερ ἀνάκτορον προσκινῶν. Aquariarum autem molarum loca quibus nunc vitæ mur moletrinas, ut arbitror, appellare possumus, ut ex Nonio colligo.

Moletrina.

Ex eadem, paulo post.

In spurcare.
Spurcum vinum.

Spurcare.

Proverb.

¶ Cum eo plane qui vinum spurcavit vel effudit. Spurcum Nonio tradente multa habet significata, sed tamen ex Festo enarrandum hic videtur. Spurcum, inquit, vinum dicebant aut aqua mixtum, aut igne calefactum, aut mustum antequam deferuiscat. Ut sit spurcare vinum, aqua infusa viciare. Tamen Græcorum vina legimus perfundi aqua solere ad lenitatem excitandam, sed marina & salsa, ut auctor est Plinius libro. xiiii. In Italia autem condiri musta mos erat. Proverbium est apud Græcos, Ἀπόλεσας τὸν οἶνον ὑπὸ χέρας ὑδάτος. Perdidisti vinum aqua infusa. De iis dictum qui beneficia commode collocata importune commemorantes eorum gratiam perdunt: aut qui res præ-

clare gestas parvulo aliquo errato dehonestant. Dicitur etiam potest de iis qui liberalitates alioqui commendabiles illiberali detractiuncula delibantes veluti præfloratas mittunt, nec synceras nec meracas conferentes. Cuiusmodi est eorum factum qui sibi ius aliquod in res donatas recipiunt, aut ius reposcendi si quando poenituerit eos benignitatis, aut huiusmodi aliquid nec candidi nec ingenui consilii comminiscuntur. Propterea Isocrates ad Demonicon scribens inter prudentiæ præcepta & hoc addidit, μη δὲ τὰς χάριτας ἀχαρίσως χαρίζεσθαι. ac si dicas ad verbum, Nec gratias ingratis grate gratificari. quod multi, inquit, faciunt, qui cum beneficii quidem re vera sint, iniucundos tamen amicis opitulatores sese præstant. Nostra autem ætate inspurcare vinum dici possunt, qui erogationes & benignitates ingentes ab ambitiosa pietate profectas, gentilitiis insignibus, aliisque commentis deprædicantes, quasi aquula in vinum infusa deperdere videntur. eas enim non magis religioni, ut opinor, quam ambitioni expensas ferre possunt. sicque recipiunt mercedem suam, inquit dominus.

Aquilam in
vinum in
fundere.

Ex eadem, paulo inferius.

Si mulier pugno vel equa ictu à te percussa eiecerit. Eiecere verbum est ad immaturum partum accommodatum. Vnde eiectionis partus dicuntur pro abacti. quo verbo Plinius libro duodetricesimo usus est. & eiectionis vulva, quæ à Græcis ἐκβολὰς dicitur à Plinio libro undecimo. A quorum imitatione hæc locutio tracta. Apud eos enim ecbolimi eiectionis & abortivi dicuntur. Et ἐκβολία, medicamenta quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis, quæ & phthoria dicuntur. Verba sunt crebra apud Dioscoridem. laetina eiectionis & eiectionis medicinæ dici possunt. Plinius libro decimoquarto, Thasiam vnam Aegyptus vocat apud se prædulcem quæ soluit alium. Est contra in Lycia quæ solutam firmat. Aegyptus & ecbolimam habet abortivos facientem. Vbi in quibusdam libris ecbolada legitur, utrobique recte. Idem de Scammonite vino, Hoc vinum, inquit, phthoriam vocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis, licet in impressis ectromatium legatur verbum subditivum. Ea autem medicamenta quæ sterilitatem afferunt & conceptum adimunt, hoc est vim concipiendi, Atocia dicuntur. Dioscorides de cedria loquens, περιχιδεῖται δὲ ἀπορία πρὸς ἐπισωσσίας, ἀπορία ἐστὶ, Circulita, inquit, genitali ante coitum atocii vim habet. Aristoteles libro septimo de animalibus ἐκρύσεις id est effluentiones vocari tradit eas conceptus corruptiones quæ intra septimum diem fiunt. Abortiones vero ἐκρύσεις usque ad quadragesimum vocitari. Cuius dicti causam Censorinus explicat in libro de die natali. A quadragesimo igitur die partus immaturi dicuntur, eorum partim vitales, id est ζώσιμοι καὶ βιώσιμοι, partim non vitales, ut quinto sexto octavoque mense.

Eiecere.

ἐκβολὰς
Eiectionis.

Ecbolia.
Phthoria.

Pli. locus.

Atocia.

ἐκρύσεις
Effluentia
Abortio.

ἐκρύσεις
Partus im
maturus.

Partus vi
talis.

Ex eadem. I. Si calicem diatretum.

In antiquo emendate diatretum legimus. Tretum enim & diatretum græce foratile pertusum, tornatile aut torno factum significat, à verbo τρέω καὶ διατρέω vnde διατρέω. Sunt igitur calices diatreti celati & tornatiles, quæ toreumata græco verbo dicuntur Sallustio, Ciceroni, Tranquillo, Martialis lib. xii. Epigr.

Calices dia
treti.

Toreumata.

O quantum diatreta valent, & quinq; comati. Tunc cum pauper erat non se-
 tiebat aper. Aliter tamen ab interpretibus legitur ille locus. Quod autem se-
 quitur de margaritis, vt pertusis in linea vteretur. Linea hic pro lineo filo in-
 telligendum id est funiculo qui per medios vniones transfigi solet. Vitruuius
 lib. iiii. ca. iiii. Nam si duæ columnæ æque crassæ lineis circūmetiatur, è quibus
 vna sit striata, altera non striata, & circa strigilum caua & angulos striarum
 linea corpora tangat, tametsi columnæ æque crassæ fuerint, lineæ quæ circū-
 datæ erunt, non erunt æquales. Hoc loco qui vulgo corruptissime legitur lineæ
 Vitru. pro funiculo posuit. Extrictos autem vniones Vlpianus eos intellexit
 qui ex rudi & natiuo habitu arte gemmarii politii sunt. Est enim extricare quod
 Græci ἐκλέπῃ dicunt, hoc est dempto cortice expolire. Accursius extrictas
 margaritas abinuicem separatas interpretatus est. naturā margaritarū igno-
 rans: de quibus Plinius libro. ix. ita inquit, Dos omnis in candore, magnitudi-
 ne, orbe, leuore, pondere, haud promptis rebus, intantum vt nulli duo reperia-
 tur indiscreti, vnde nomen Vnionum Romanæ scilicet imposuere delicia. Nā
 apud Græcos non est nec apud barbaros inuentores eius aliud q̄ margaritæ.
 Cum ergo nulli duo reperiantur coherentes, vnde ab vnitae vniones dicti, ex-
 tricare Accursius male pro separare intellexit. Indiscreti tamen vniones apud
 Pliniū intelligi possunt omnino similes, id est similitudine indiscreta. Sic enim
 Plinius id verbum vsurpare solet. Idem Plinius de his loquens, Sani quidem
 cōcharum partus multiplici constant cute, nō improprie callum vt existimari
 corporis possit. itaq; purgantur a peritis.

Ex fine eiusdem legis.

Victor.
 Viere.
 Victus.
 Vitilia.
 Lacus.

Item si tectori locaueris lacum vino plenum curandum. Legendum puto
 Victori. Viere (inquit Nonius) vincire est & inflectere: vnde illud Varronis
 libro primo de re Rustica, Vt habeam vimina in viēdo. Idem Varro de lingua
 latina libro primo. Viere, inquit, est vincire: vnde apud Enniū, Ibant viere ve-
 neriam corollam. Viere, inquit Festus, alligare, vnde vimina & vasa viminea.
 Donatus in Eunuchum, Vietus, inquit, mollis flaccidusq; & flexibilis corpore,
 vnde & vimina vites vietores dicuntur: & viere religare, quia vietis virgis reli-
 gare possumus. Hactenus Donatus. Terentius, Hic est vietus vetus veterno-
 sus senex. Plaut. in Merca. Acherōticus senex vietus decrepitus. Gel. Poma præ-
 matura vieta sunt & putria. Sunt igitur vietores cupparii qui vitilibus cuppas
 sarcin. at vinciuntq;. Vitilia autem sunt quęcunq; sic lenta sunt, vt commode
 flectantur, cuiusmodi sunt vimina. Græci ἵματιώδη & λυγισικὰ vocant. exēpla
 sunt apud Pliniū libro. xiii. cap. iiii. & libro. xxxiiii. cap. xvi. Lacus autem sunt
 qui torculari supponuntur ad excipiendum mustum, & labra lignea quibus
 vindemiæ apud nos importantur, quibusq; ad balneum vtimur. Italia olim fr-
 ctilibus vasis utebatur. Plinius libro decimoquarto, Magna & collecto iam
 vitiores plagæ doliis condunt, infodiuntq; terræ tota.

Ex. l. Siquis testamentum. eodem titulo.

Quemadmodum, inquit, æstimatio inhihetur. Sic quidē legit Accursius,

sed inibitur haud dubie legendum est. Inire æstimationem dicimus vt inire rationem, hoc est inuenire modū & rationem alicuius rei æstimandæ: cuius verbi frequentior est vsus apud auctores q̄ vt exemplo opus sit. Meminit Laurentius copiose lib.v. Elegan. Teren. in Heaut. Crucior bolum tantum mihi esse ereptum tam subito è faucibus. Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda est mihi.

Inire æstimationem seu rationem.

Ex.l. Si ex plagis, §. pri.

Ille flagello quod in manu habebat in quo dolor inerat, verberare tabernaculum cœpit. Beroaldus dolon hic legendum censebat: nec ab re quantum mihi videtur. Cum Seruius libro septimo Æneidos dicat, Dolonem flagellum esse intra cuius virgam latet pugio, à fallendo græce dictum id est dolo, q̄ decipiat ferro cum speciem ligni præferat. Tranq. in Claud. Reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro, præstolâtes alter vt egressum theatro, alter vt sacrificatē apud Martis ædem adoriretur. Huiusmodi hodie visuntur.

Dolones.

Ex lege Si vero. de iis qui deiecerunt.

Ex cuius cubiculo vel exhedra deiectum est. Accursius diuinaci coniectura fenestram interpretatur. Vitruuius libro quinto de palæstrarum ædificatione loquens, quæ græcanica non italica ædificia erant: Constituantur autē, inquit, in tribus portibus exhedræ spatiosæ, habentes sedes in quibus philosophi rhetoresque ac reliqui qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. Cicero libro quinto de Finibus, Hoc autem tempore etsi multa in omni parte Athenarum sunt in ipsis locis indicia summorum virorum: tamen illa moueor exhedra. Modò enim fuit Carneades quem videre video. Est enim nota imago, à sedēque ipsa tanta ingenii magnitudine orbata desiderari illam vocem puto. Verba sunt Ciceronis fingentis dialogum illum suum in academiā Atheniensi habitum vbi academici disputare olim soliti erant. Idē de prouinciis Consulatus, itaque ille alter & ipse est homo doctus, & è suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in exhedra helluatur. Verba sunt Pisonem mordaciter cōpellantis, quasi sub obtentu philosophiæ cum Græculis in exhedra, id est in loco disputationum, pergræcetur, id est perpotaret verius q̄ cum Græcis disseteret. Exhedræ hodie dici possunt loca quæ in peristyllis sodalium canonicorum aut monachorum, id est claustris, vulgo capitula dicuntur. Exhedra enim græce à sedium frequentia & sessitandi comoditate nomen accepit. Idem Cicero libro primo de Natura Deorum, apud Romanos exhedrarum vsus fuisse docet his verbis, Nam cum feriis latinis ad eum ipsius rogatu accersitūque venissem, offendi eum sedentem in exhedra, & cū Caio Velleio Senatore disputatē. Hic autē pro cellula studiaria accipi videtur, in qua grabatulus ad meridiandum accommodatus esse solet. quo modo & apud eundem Ciceronem in tertio de Orat. de meridiana enim quiete loquens, Tum dedita, inquit, opera quiescētibus aliis in eam exhedram venisse, in qua Crassus lectulo posito recubuisset. cūque eum in cogitationem etiam defixum sensisset, statim recessisse. Hieron. libro primo Paralipom. cap. vicesimotertio, Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultu domini, in vestibulis, & in exhedris, & in loco purificationis, & in sanctuario. Quod autem sequitur, Quod si ex me

Exhedra.

Medianum.

Cœnaculum.

Hospitalia.

diano cœnaculo quid deiectum sit. Medianū pro medio architectonicum verbum est, vt apud Vitruuiū medianæ columnæ ab angularibus distinguntur, & medianæ testudines. Similiter medianū cœnaculum hic dicitur: quod tamen pro mediano cubiculo cœnaculi intelligo. Est enim cœnaculum, vt alibi diximus, superius membrū domus, quod inquilini Romæ habitare solebant, quæ siq; corpusculum suis quoq; membris constans, cubiculo, exhedra, cellula, & huiusmodi cubiculī appendicibus. Quod verò superius paulo dicitur, Sed si quis hospitalia habeat solus ipse tenebitur, id quo modo intelligi debeat ex Vitruuiō libro sexto conuicere possumus. Sic enim inquit, Præterea dextra ac sinistra domunculæ cōstituūtur habentes proprias ianuas triclinia & cubicula cōmoda, vt hospites aduenientes nō in peristylia sed in hospitalia recipiantur. Adde quæ suprā in titulo de officio Proconsulis diximus.

Ex eadem .I. de iis qui deiecerunt.

Suggrunda.
Suggrūdia.

Suggrūdatio
Vitruuius.

Delio nata-
tore indi-
gens.

Γάσωμα
Imbricas
mētium.

Protecta.
Proiecta.
Proiectura.

¶ Prætor ait ne quis in suggrūda protectōve. Suggrundæ & suggrūdia vocantur partes tecti prominentes quibus stillicidia à parietibus arcentur. Quælia sunt fere Lugdunensia tecta. A Græcis τείσοι & τείσα dicuntur. Inde verbum suggrundatio Vitruuiō libro quarto, cap. secundo: Sub tectis, inquit, si maiora spatia sunt, columē in summo fastigio culminis: vnde & columnæ dicuntur, & transtra, & capreoli. si commoda, columen & canterii prominentes ad extremam suggrundationem. Quæ verba mendosissime in impressis libris leguntur, vt totus pene tractatus ille de architectura decem libris constans. Quare à paucissimis legitur. Alioquin etiam intellectu perdifficilis, & vt Euripides tragicus de libro Heracliti cognomento Scotini, dixit, si Laertio credimus, ἀκλίς γλυμβητὸς δέομιθ, id est Delio natatore indigens. In illa enim rerum verborumque obscuritate non mediocri etiam ingenium, quasi æstuoso freto obrutus natator submergitur. Nobis verò in ea lectione contigit præceptorem eximium nancisci lucundum sacerdotem, architectum tunc regium, hominem antiquitatis peritissimum. qui graphide quoq; non modo verbis intelligendas res præbebat. Quo tempore Vitruuium nostrum ociose, aliosq; nonnullos antiquos scriptores eodem benignissime adiuuante emendauimus. Accedit Græcarum literarum mediocris vel modica potius cognitio, quæ in eius auctoris lectione multum confert. Est tamen ille auctor latine linguæ studiosus nedum architecturæ vtilissimus. Vt ad re redeamus, suggrundationem Græci τείσωμα, vocant, quod ad verbum suggrundamentū dici potest: quod tamen verbum Theodorus ex Aristotele grundam & imbricamentum transtulit. Idem Aristoteles libro quinto de generatione animalium, nonnullorum animalium aures suggrundatas esse dicit, ἀργεψωμλία ὄτα appellans. Quem locum interpres eleganter ita vertit, Auriculæ etiā longè imbricatæq; amplius quasi grundis intusq; anfractu longiore intortæ (quales nonnullarum quadrupedū sunt) melius auditū administrāt, quippe quæ motū eminus excipientes ad sensoriū reddant, ὅσοις τὰ ὄτα ἀργεψωμλία πόρρωθεν καὶ ὄτα πρὸς ἐλπίδι μακρὰν ἔχουσι. Protecta autē & proiecta partes sunt domus prominentes, quæ sunt meniana & podia pēfilia. vnde aspectus est nobis in vicos & plateas. Proiecturæ Vitruuiō prominentiæ sunt & veluti supercilia quædam parietū arcentur.

dis stillicidiis inuenta: fabri larmieros appellat & intabulameta. Quæ etiã proprio nomine coronæ vocentur siue structura siue intestino opere consistunt, quod minutiariam lingua vernacula dicimus. Vitruuius libro secundo, Summis parietibus structura testacea sub tegula subiiciatur altitudine circiter sesquipedali. habeatque proiecturas coronarum. Ita vetari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Protecta à protegendo dicta sunt: est enim protegere tectum proicere. Cicero in Top. Quoniam Publius Scæuola id solum ædium esse dixit quantum parietis communis tegendi causa tectum proiceretur: ex quo tecto in eius qui protexisset aqua deflueret, ius tibi videri, & reliqua. Pergulã cuius hic quoque fit mentio, pro parte domus exporrecta & propendente accipi debere hoc in loco eius generis, quas salientes artifices nostri appellant, nemo seruidoctus ignorat. Plinius lib. tricesimo quinto de Apelle, Perfecta opera proponere in pergula transeuntibus. atque post tabulam latens vitia quæ notarentur auscultabat, vulgum diligentiorẽ iudicem quã se præferens. In his autem pergulis venales res proponebantur: sicque intelligendum in lege Hæres supra de iudiciis.

Coronã.
Opus intestinum.

Protegere.

Pergulã.

Ex. I. Tigni. in titulo, Ad exhibendum.

Vel ansam scypho iniuxeris vel emblemata phialæ. Emblemata vermiculatum opus significat ex tessellis insititiis aptum atque consertum. Inde illud Ciceronis in Bruto de Marci Calidii oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate (ut ait Lucilius) structum verbum videres. Et in Oratore perfecto de collocatione verborum loquens ex Lucilio, Quæ lepide lexis compositæ, ut tessellæ omnes, arte pauimento atque emblemate vermiculato. Lexis, inquit, id est dictiones in oratione tam lepide compositæ quam in pavementis vermiculato opere factis tessellæ. De quibus Plinius libro tricesimo quinto, Interraso, inquit, marmore, vermiculatisque ad effigies rerum & animalium crustis. Huiusmodi hodie visitur in Italia in æde Senensi pulcherrimum opus. Emblemata etiam in vasis argenteis aureisque & Corinthiis ornamenta erant apud antiquos, exemplaria cum libitum erat, cuiusmodi ætas ista non nouit ut arbitror. Id autem ex Marco Tullio intelligi facile potest in Verrem Actione. v. in qua Verrem Siciliae Prætores criminose refert Haluntinos vasa omnia, quæ tum apud Haluntium erant, in unum acervum conferre coegisse: quo facto Verrem ex omnibus vasculis emblemata, id est preciosissimam partem reuellisse: ita ut Haluntini domum pura nudaque vasa referrent, id est emblematis absteris, & toreumata, id est celaturæ & emblemata apud Verrem remanerent impudentissimo latrocinio. propter quod factum Verrem per paronomasiam vermiculum appellat. Verba Ciceronis hæc sunt, Vasa autem ad Verrem deferuntur, Cibitæ fractes vocantur. pauca improbant, quæ probarent, iis crustæ aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum reuertuntur. Quod unquam iudices huiusmodi euerriculum in illa prouincia fuit: Et paulo post, Tum illa ex thuribus & patellis quæ vellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. Emblemata insertum quid & insitum significat iniunctumque: ideo factum ut emblemata pro ornatu temporario & exemptibili ponatur. Inde illud Fabianum

Emblemata.

Vermiculatum opus.

libro secundo Institutionis oratoriae, de locis communibus loquentis. Hoc, inquit, adeo manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officiis civilibus, scriptos eos, memoriaeque diligentissime mandatos in promptu habuerint, ut quotiens esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur.

Ex. l. Iulianus. §. Quintum. eodem titu.

¶ Possit exequi actione quod destinavit, & in nullo casu quam intendit laesa. Sic quidem ubique legitur post Accursium. Causa vero non casu legendum esse nemo nisi tardissimus non intelligit, ut sit causa quam intendit in nullo laesa, id est nullo modo. Quod autem sequitur, Nisi paratus sit repetita die intentionem suscipere, simile illi in titulo de damno infecto repetita die repromittere. Verbum est peculiare Iuriscōsultorum: quemadmodum & alia pauca ab aliis scriptoribus non recepta. Ut per aduersionem locare vel conducere vel emere, in iure frequentissima, & castratus pro eunucho natio, & versicoloria que natioum colorem mutauerunt. & reliqua quae nunc in mentem non veniunt.

Repetita die.

Repetere.

Repetere est retrorsus petere, ut cum alte repetitam orationem dicimus. Cicero in tertio de Oratore, Quorsum igitur haec spectat tam longa & tam alte repetita oratio? Alte repetita pro a principiis rerum exorsa dixit, quod ipsum interdum vitiosum est: unde illud Horatianum in Arte, Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri, Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo. Et repetita longius interrogatio apud Fabium libro quinto. At in eo, inquit, qui verum inuitus dicturus est, prima felicitas interrogantis est extorquere quod is noluerit. Hoc autem non aliter fieri potest quam longius interrogatione repetita. Respondebit enim quae nocere causae non arbitrabitur. Item patronis quoque altius & unde nihil suspecti sit repetita percunctatione, priora sequentibus applicando eo sepe perduxit homines, ut inuitis quod prolit extorqueat. Vulgo dicimus longissime rem querere vel longissime vestigare. Inde etiam repetita consuetudo & institutum dicitur, hoc est longo intervallo relatam, id est (ut clarius dicam) a longissimis retrorsum temporibus petita. Cicero in Diuinatione, Neque enim magis animos hominum nocentium res vlla commouit, quam haec maiorum consuetudo longo intervallo repetita atque relatam. Non ab re igitur haec locutio repetita die a Iuriscōsultis usurpatur pro eo quod Anticipationem interponi non debuisse, & reliqua die retrorsus ementita. Vbi dies pro tempore intelligi debet, cum foeminino genere sit positum, ut in illa locutione annua bima trima die. Iuuenalis Satyra. x. Longa dies igitur quid contulit? Et Vergilius, Multa dies variusque labor mutabilis aevi Rettulit in melius.

Repetita consuetudo.

Ex. l. pri. de ser. corru. §. Quod ait Praetor.

¶ Sed persuadet graece etiam bonum consilium quis dando, potest suadere & malum. Lego, sed persuadet graece καταπέθει etiam bonum, & reliqua. Suadere est hortantis & impellentis: persuadere exorantis & perpellentis. Suadere actus & affectus, persuadere effectus. Cicero in Philip. secunda, Duo tamen esse

Suadere & Persuadere.

pōra inciderunt, in quibus aliquid cōtra Cæsarem Pompeio suaserim, ea velim
 reprehendas si potes. Vnū ne in quinquenniū Cæsari imperium prorogaretur.
 Alterum ne pateretur fieri, vt eius absentis ratio haberetur. Quorum si vtrūvis
 persuasissim, in has miseras nūq̄ incidissemus. Propterea finem rhetoricēs nō
 nulli ad persuadendi vim retulerūt, vt auctor est Quintilianus in secūdo: quod
 tamen ipse non probat, vt qui officium oratoris in bene dicendi scientia, non
 euentu positum esse censuerit. Laurentius Vallensis persuasionem proprie vo- Persuasio
 cari posse contendit quam latini Christiani fidem, Græci πίστις appellant, hoc Fides.
 est certam quandam opinionem & sententiam quā nobis persuasimus. Id quod πίστις
 mihi Laurentius recte censuisse videtur cum à verbo græco πείρασμα, id est
 persuasi mihi, πίστις apud eos dicatur, quam nos fidem dicimus. Hoc autem ex
 Quintiliano liquet, qui libro quinto sic inquit, Pro certis autem habemus quæ
 legibus cauta sunt, quæ persuasionem, si non omnium hominum eius tamen ciuitatis
 aut gentis in qua res agitur, in mores recepta sunt. Latine autem fides in hoc
 significatu certam deriuationem non habet, sed Græcorum imitatione vsur-
 parum est ab antesignanis fidei Christianæ, qui aliud verbum significatius esse
 nullum existimabant. Suadendi & persuadendi differētiam Augustinus libro
 secundo de Ciuitate, his verbis expressit de Platonis politia loquens, Confer
 nunc Platonis humanitatem à ciuibus decipiēdis poetas vrbe pellentem, cum
 deorum diuinitate honori suo ludos scenicos expetente. Ille ne talia vel scribe-
 rentur, et si non persuasit, disputando tamen suavitati lasciuiaq̄ Græco-
 rum: Isti vt talia agerentur, iubendo extorserunt grauitati modestiaq̄ Roma-
 norum. Persuadere græce καταπέθει dicitur, vt suadere πείθει. Inde Pitho di- Pitho.
 cta est dea dicendi præses, quam Ennius suadam, Quintilianus persuadendi Suada:
 deam, suadelam Horatius, Cicero leporem vocat. Hæc & flexanima dicitur Suadela.
 quasi animū flectēs, à Græcis psychagogos quasi ductrix & oblectatrix ani- Lepos.
 mæ. Huius autem deæ q̄ sanctum olim numen apud Gallos fuerit: nos verbis Galli olim
 Luciani auctoris Græci ostendemus, quæ nobis ob hoc vertēda esse duximus. elegantia
 Hercules, inquit, apud Celtas Ogmios lingua vernacula vocitatur. Eius autē studiosi.
 speciem multum ab Hercule Græcorum abhorrentem monstrificamq̄ pin- Hercules
 gunt. Senex est illis Hercules admodum confectus, inculto capite glabrōque Gallicus;
 atque extrema canitie, obrugata cute, vietus, retorrīdus, cuiusmodi fere mari- miratōr
 timos artifices videmus ad vltimam senectutem perustos. Omnia deniq̄ ma-
 gis eum quam Herculem esse crederes. Atque is huiusmodi cum sit, habet ni-
 hilominus Herculis cultum & gestamina. Amictus est enim leonino tergore,
 dextera clauam tenet: arcūque sinistra protendens, pharetram ex humero
 pendulam habet: vt semel dicam, Hercules est vsquequaq̄. Hunc autem eo ha-
 bitu cum vidissem, confestim arbitratus sum commentum esse illud gallicum
 ludibriūmq̄ quoddam hominum Herculis Græci diuinitatem suggillare maxi-
 me volentium. Verum (id quod in primis in ea tabula admirandū esse duxi)
 senex ille Hercules cōfertissimā quandā hominum multitudinem trahit, omneis
 auribus vinctos. Vincula porro illi sunt habenulæ prætenues, auro electroq̄
 fabrefactę, spirulis collaribus honestissimis p̄similes, δεσμά τ̄ εἰς τὴν δι, σπ̄σαι λεπταί
 χρυσῆ καὶ ἀλέκτρα ἐργασμένα, ὅσμοις εἰσὶν ἡ τῶν καλλιῶν. Atq̄ n̄ tam exilibus vinculis
 ducti (quod mireris) ne fugam quidem circūspectare videntur, tamen nullo

propè negotio explicare se possint. Nec omnino restitantes aut in diuersum re-
 nitentes resupinatosq; videas. hilares etiam letitiâq; perfusi sequuntur, ducetem
 se deum laudibus efferentes, trahenti se vltro eousq; obsecudates vt preueniedi
 studio vincula etiam laxa incontentâq; relinquunt. Diceres eos tristes futuros
 si huiusmodi vinculis eximi se sentiant. Age, quod absurdissimum mihi visum
 est, id verò addere non verebor. Cum enim pictori reliquū iam nihil esset vnde
 cathenularum extrema innecteret (quippe dextera quidem claua gestanda: si-
 nistra verò arcu tenendo occupata,) pertusa dei lingua alligatos eos homines
 ductitari ab eius summo finxit, identidē duce ridibundo ad eos se conuertete.
 Hæc ego, inquit, diutule cum considerassem, admirabundus & hesitans atque
 adeo indignatione plenus, ibi Gallus quidā qui tum forte aderat, haud igno-
 rus ipse rerum nostrarū, vt qui linguam græcam exacte doctus esset, vt postea
 patuit græce eo loquente, philosophiæ quoq; more gentis studens quantum
 conuicere licet, Tibi (inquit ad me) mi hospes picturæ huius sacramentum in-
 terpretari volo: videris enim non nihil hac de re cōturbari. Nos igitur Celta
 sermonem, non quemadmodum vos Græci, Mercurium esse dictitamus, sed
 Herculi similem sermonem affingimus, q; viribus admodum præualere eum
 Mercurio credimus. Qz si senex fingitur, ne id magnopere admireris. solet
 enim sermo in senectute demū vim suam iustam plenamq; exhibere. τὸν λόγον
 ἡμῶν οἱ κέλτοι εἰχ ὡσαύτῃ ἡμεῖς οἱ ἕλληες ἑρμῶν διόμμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλεῖ αὐτὸν ἐκάζομεν, οὐ
 Ἡρακλεῖ ἑρμῶν ἰσχυρότερος εἶπες. εἰ δὲ γέρωρ περικίτται, μὴ θαυμάσῃς, μόνος γὰρ ὁ λόγος εἰς γῆρα
 εὐλαεῖ ἐν πλεῖ ἐπιθ' ἀκνωδῆς πλεῖ ἀκνωδῆς. Siquidem poetæ vestri vere id autumauerunt,
 iuniorum hominum mentem volucrem instabilēmq; esse: senectutem autem
 scite dicere posse & cōmodius iuuētute. Sic tibi apud Homerum ex Nestoris
 senis lingua profluere mel creditur, & Troianorum oratores floridam ore vo-
 cem emittere dicuntur. Proinde si auribus homines ad linguam illigatos senex
 hic Hercules idem & sermo trahit, ne hoc quidem est cur mireris: vtiq; qui lin-
 guæ auriūq; cognationem noris. Ad summam Herculem nos Celta hominē
 sapientem fuisse censemus, sermone omnia perficientem, flexanima illa suada
 quam vos Pitho dicitis pleraq; eluctari peruincerēq; solitum. Telâq; ipse ser-
 mones fuisse interpretamur acutos, celeres, à scopo non aberrates, plerūq; col-
 limantes, animas quoq; consauciantes. Vos certe ex Homero verba volucra
 esse dictitatis. τὸ δ' ὄλον ἢ αὐτὸν ἡμῶν τὸν Ἡρακλεῖα λόγῳ τὰ πάντα ἠγόμεθα εἶπες. Ἡρακλεῖ
 σοφὸν Ἡρόδωτον, ἢ πῖθοι τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. Hui q̄ diu de nugis: dixerint isti fortasse
 qui nullum presentius numen esse sancta rusticitate putant. Cuius spiritu sele-
 actos esse significantes, simplicitatem amare se & exoculari scriptorum cano-
 nicorū aiunt, seculariâq; scripta propterea auersari q; inde dicendū lenocinia nō
 etiā sentiēdi argumēta abunde comparari possint: bellissimum hoc nactus se
 putantes inertix atq; inscitix patrociniū. Ceu vero fidei nostræ antefignani
 Tertullianus, Iustinus, Cyprianus, Lactantius, Nazianzenus, Basilus, Euse-
 bius, ac reliqui probè notæ scriptores, Leo, Hieronymus atq; etiā Augustinus
 dicēdi facultatem neglexerint, neq; his potissimū armis contra gentiliū scri-
 pta dictâq; depugnarint, licet non æque certis ac fulgentibus. Id quod tamen
 isti adhuc sese ignorasse excusare probabiliter possunt, qui barbara tantū scri-
 pta intelligere legerēq; didicerint. Homines noctuinis oculis, q̄ clare in tene-

Hercules
Gallorum.

Digressio in
latinitatis ad
temptores.

bris cernentes Cimmeriis splendore latinitatis atque elegantiae praestringuntur. Quos quid nominis appellem non satis comminiscor. Antiqui onos lyras appellitauerunt. Vnde illud Varronis dictum, Si quis mihi filius vnus pluresve in decem mensibus gignantur, ii si erunt ὄνοι λύρας (id est afini ad lyram) exhaeredes sunt. Id quod ex Menandro Comico in prouerbium assumptum est, ὄνοι λύρας ἴκετε καὶ σάλπιγγος ἴε, Afinus, inquit, lyram audiebat & classicum sus. Quod de iis dici solet qui nulla voce harmonica titillantur. Quo modo & isti Priscianomastiges (vt vulgus nostrum loquitur) alternis verbis impingentes, qui nullum verbum nisi putidum auribus percipere cum valeant, suauiloquentia offendi se fingunt, cum reuera ad suauiloquentiam obsurdescant aut hebescant. Orationem enim latinam si audiant, superciliosos videas, contemptim transmittere se fingentes quae apprehendere nequeunt, vt sit quod Graeci dicunt, ὄνοι τὰ ὄντα κινῶσι. Quo verbo crassioris Mineruae homines significantur, qui cum interdum auritiaeque vt afini sint: nihil tamen exaudientes omnia intellexisse se ementiuntur, vna cum iis quae dixeris dicenda etiam connectentes. Hi sunt qui humanitatis nomen leue, atque etiam probrosum esse putant. quam cum se dicunt aspernari, eruditionem institutionemque ad bonas artes atque adeo in bonis artibus & literis eam esse nesciunt, vt doctissimi tradiderunt. Quas artes qui synceriter appetunt, hi ab antiquitate dicti sunt humanissimi: eo quod vni omnium animantium homini huius scientiae cura & disciplina data est. Verum isti nesciunt haec esse rudimenta atque incunabula virtutis, quibus tum iuueni animi ad vere gloriae cupiditatem aluntur, tum sunt haec eadem potentissima vitae retinacula aut in rebus aduersis, aut in infirma valetudine. Caeterae res neque temporum sunt neque aetatum omnium, neque locorum, humanitatis studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant: secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium praebent. delectant domi, in senectute animam tanquam emeritis stipendiis ambitionis, contentionum, cupiditatum, voluptatum, receptui canere hortantur: omniumque rerum securum secum (vt dicitur) viuere cogunt. Plena est exemplorum vetustas, plena sententiarum, quae iaceant in tenebris, nisi literarum accedente lumine (quod isti obtueri nequeunt) incolumia seruarentur. Quae multas nobis imagines fortissimorum virorum elegantiae stilo expressas non modo ad intuendum, sed etiam ad imitandum, scribentes graeci & latini reliquerunt: quas in administranda repub. magistratus sibi proponentes, animum & mentem ipsa cogitatione hominum excellentium conformare debent. Nisi vero existimabimus ea quae acute aut sententiose dicta sint, perinde auribus insidere sordide ac laute, aspere ac rotunde, barbaramente dicuntur: aut eodem modo in sensus irrepere, eundem aculeum in animis audientium relinquere. Quasi vero idem cibus fatuus iuxta conditusque, fastidiose & suauiter sumptus: perinde ad stomachum faciat. An nihil interesse putamus, ex quo filo textura quaeque fiat? An contexendo filo & candido & tereti, & egregie neto, artificis manum non referre, non artem, non texturae genus credimus? Quod si ipsum caecis etiam clarum est, nisi ab iis defendi non posse qui candida nigris, cretataque (vt dicitur) carbone notatis, perplexa explicitis, dubia certis, controuersa confessis, syncera adulteratis, proba reprobis, cohaerentia hiulcis, quadrantia inconcinnis, apta collisis, consentanea dissidentibus, con-

Prouerbiū
ex Varrone
Afinus lyra.

Humanitas.

cordia pignantibus, aientia negantibus, optima deterrimis, odorata putidis, scita absurdis, acria hebetibus, lucida obscuris, falsa insulis, sapientia fatuis, digesta inconditis, descripta confusis, conuenientia absurdis, culta horridis, selecta obuiis, latina barbaris: postremo qui humana brutis, lucem tenebris, & fas denique nefasque permiscet, placita omnis æui delentes: quid causa est cur non isti intemperis acti videantur, qui orationem ratione certa contextam (vnde nomen contextus) qua vna re maxime genus humanum brutis animantibus præstat: nihil à sermone fortuito & incondito interesse contedunt: qui alba (quod aiunt) linea discrimen rerum: & (vt inquit Persius) frontem de rebus, & decus ex hominibus tollunt: Quid? in damnandis vitis æque grauem plagam facit fortuita confusaneaque verborum congeries, quam dictionum constructio concinna quadrataque, aut adamussim modulata: Eadem vi fertur effusus temere sermo, vixq; ore excidens, qua artificiose emissa, ac tereti stilo intorta librataque oratio: Num virtutibus commendandis, artibus illustrandis, meritis hominum amplificandis, indignitate rerum exaggeranda, honestate asserenda, voluptate explodenda, commiseratione in calamitosos citanda, ira placanda, componendis affectibus, hominibus in officio continendis, sæuitia execranda, placabilitate emerenda, venia extorquenda: Denique vetustis nouitate danda, nouis auctoritate, obsoletis nitore, obscuris luce, fastiditis gratia, dubiis fide, omnibus eo quod maxime interest aut temporum, aut locorum, aut personarum, aut causarum? Num his inquam omnibus transigendis æque pollere potest nuda & inermis omnique ornata defecta oratio, nedum barbara, atque proprietate commendabilis, translationibus atque omni loquendi lepore instructa: Verborum sordibus horrida & tenebricosa, atque sermonis lautitia nitens, & figurarum splendore illuminata. Nimirum pondera sensuum sententiarumque perferre ictum suum nequeunt, nisi & verborum emphasi quasi libramento incitentur, & ambitu quorundam complexuque certo incisorum membrorumque deferantur. Adde quod vniuersisque rebus mire hoc natura fabricata est (vt Marcus inquit Tullius) sic & in oratione, vt ea quæ maximam vtilitatem in se continerent, plurimum eadem haberent, vel dignitatis, vel etiam venustatis. Hæc illa est eloquentia quæ orbem terrarum duorum nominum gloria Demosthenis Græci, Latini Ciceronis impleuit, quorum hodie quoque permulta ingenii monumenta circumferuntur, vbiq; propè terrarum præterquam in Gallia veneranda. A qua vna prouincia & Minerva & Musæ, & Mercurius, atque etiã (si diis placet) Celticus ipse Hercules, Accursianorum Momo (sic enim vocant derisionis deum) non modo credere coguntur: sed etiam cum conuicio quatiuntur. Quod eo indignius esse mihi videtur, quod ab iis hominibus humanitas Francia veluti fabula theatro exigetur, exploditur, exhibilatur: qui ne suspicari quidem vnquam potuerunt nedum exaudire, quid illa profiteretur. Ab iis iudicibus eloquentia indicta causa damnatur, qui ne de facie quidem eam nouerunt: qui albã ne an atra sit, ignorant. Quod si fato non Gallico sed Francorum faceffere Gallia lepos omnis literarum cogitur, faceffat sane quando ita genius fert huius regni. Sed suspensio arbor eligenda (vt aiunt) & vt Aristophanes inquit, ἢ ἀγὴρ γοῶν ἔνλα ἀπαράγαδ, Si suspensio vita finienda est, ex digna saltem arbore pendendum est. Sic si hoc semel de-

cretum est, ut Francorum suffragiis humanitatis & eloquentiæ, id est rerum pulcherrimæ studium damnetur, ab iis certe damnetur qui eam pernoverint. Nunc verò quis cœlum terris non misceat & mare cœlo, si cæcutientes de dicendi coloribus, & de poeticæ canticis surdaltri in consilium mittantur? qui eloquentiam blateratricem quandam esse putant, cuius sit propositum voces inaniter fundere, non sententiarum pondera consecrari. Ignorantes eam esse disciplinam quæ de magnis mire & sublimiter, de paruis proprie ac subtiliter, de mediocribus iucunde & grauius, de omnibus sententiose & luculenter dicere perdoceat. Quæ ut legibus soluta, & inusitata quadam conditione, accusatrix eadem & causam dicens, atque utrobique optima fide agens, suoapte etiam tantum iudicio absolui damnarique possit. Hæc ipsa dicendi facultas permultos haud dubie amatores, sed paucos imitatores habet, ut quondam de libertate dictum est. Quotus enim quisque est ex istorum etiam numero durioris oris hominum, qui hanc facultatem verbis eleuare solent, atque etiam aspernam dicere: cui si inter differendum censendumve scitum aliquod verbum in buccam forte venerit, non flammam ore inardeti facilius opprimere possit (ut dicitur) quàm elegans dictum illud tenere? Ut enim hominis decus omnium confessione est ingenium: sic ingenii ipsius lumen est eloquentia. Quid igitur hoc hominum genere facias qui humanitatem ex homine tollunt? Philippus Alexandri Magni pater cum causam aliquando duorum hominum malitia præditorum cognosceret: vnum greco verbo fugere iussit, id est exulare, & alterum persequi. ἐκείνουσε τὸν μὲν φόνειν, τὸν δὲ διώκειν. Sic ego si arbitrato meo de iis statuatur qui respiscere nequeunt, facere fortasse ausim, ut & qui sordibus sermonis oblectari, & qui pure loquentibus obluetari solent, hos quidem in Timonem quiddam, id est in auiam solitudinem deportandos esse: illos verò deportatis comites ire censeam, ut morari prima longa, posthac isti inter homines desinant qui humanitate delectari nequeunt. Ut enim Timon ille Atheniense Philosophus, humani generis odio infamis, Misanthropi cognomentum propterea meruit, sic isti nimirum pessime de genere humano mereri censendi sunt, qui homines humanitate abdicare se iubent. Atque ideo classicos & affluos auctores (ut antiquo verbo iuris vtar) ex quorum lectione humanitas quaeritur, omnes ad vnum & a caluo (ut dicitur) ad caluum, vno illo addito elogio damnarunt, quod nihil ad stomachum suum facerent. Sed scilicet sic est natura comparatum, ut prius cauum à conuexo (ut inquit Aristoteles) quàm hirco sam incitiam ab improbitate disiunxeris. Ex eorum sunt illi genere qui literarum studium (ut negociationis) ad calculum vocandum putant: non ut par sit ratio acceptorum & expensorum, sed ut multo amplior acceptorum. Atque ideo eos in sese pessime consuluisse deprecare non erubescunt qui humanioris studii curriculum ingressi sunt. Videlicet iis studiosis literas (ut ita dicam) decoxisse interpretantes, quos capturas forenses expiscari non vident: aucupiaque illa basilicana consecrari, quem vnicum finem studiorum esse credunt. videlicet ignorantes pudicam olim Mineruam huiusmodi mercedulis inter meritorias artes haud ita pridem prostare consueisse. Sed quid cum illis agas qui litium labyrinthos architectari sapientis hominis officium esse putent? qui calumniarum errores irremeabiles implicare palmarium arti suæ esse credant? qui negociis

Eloquentiæ
munera.

Timonton.

Misanthropos.

Prouerb.

Suada.

Suada mea
dulla.

Pitho.

Psychagogos

faceffendis enecare ciues, ciuilis prudentiæ esse censeant. Verum illi beatæ suæ prudentiæ rationem viderint, nos quod agitur, agamus. Suada à suadendo dicta est: vnde illud Virg. in sexto, Et male suada fames. Imitatione cuius August. libro decimoquarto de Ciuitate, de præuaricatione primorum parentum loquens, Male suada, inquit, versutia in hominis sensum serpere affectans, & reliqua. Inde Cornelius Cethegus propter suauiloquentiam Suadæ medulla dictus est. Cicerō in Bruto, Pitho vocant Græci cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, vt quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. Pitho autem vt Sappho declinatur & Echo & similia. Hæc à Græcis cognomēto Psychagogos quasi flexanima dicta est, animos hominum quoquouerfus ductitans, quasique arbitriū frænos regens & iudiciū.

Ex eadem lege.

Frugi bonæ.

Nequam.

δικέτης
ἐπιεικής

Ad frugē bonam se recipere.

Euadere ad frugē bonā.

Ad frugē bonam redire.

¶ Sed vtrum ita demum tenetur si bonæ frugis seruum pepulit ad delinquendum. Frugi bonæ & bonæ frugis cum dicebant probum officiosumque consummate significabant, quæ apud Gellium frugis bonæ legitur. Sic enim frugi bonæ dicunt vt frugi hominem, vt Piso frugi. Cum autem contrarium huius significare volebant, nequam hominem appellabant, id est prodigum, asotum, libidinosum, improbum, nihil, & scelestum: præsertim cum de seruis loquebantur. Hoc verbo iurisconsulti interdum vtuntur, vt hic & alibi non semel. Apud Plautum in Cas. cum Stalinius de vxore sua excandescere diceret. Nunc in seruo Olympio villicus, Credo pol esse, si quidem tu frugi bonæ es: id est si tu virilis maritus es, media dirupta est, alludens ad hymenem muliebris genitalis. Frugi bonæ seruum græci δικέτιν ὑδνεκῆν appellant, quo verbo consummata probitas significatur, vt alibi diximus. Isocrates in Areopag. ἐν κατωκλίῳ ἢ φαγῶν ἢ τῶν ἐστῆν ἢ δὲ ἐν δικέτης ἐπιεικής ἐτ ὀλιμκοῖ. id est, In caupona esse aut potare nemo ne seruus quidem ausus duntaxat frugi bonæ. de antiquis Atheniensium moribus loquens. Inde ad frugem bonam se recipere dicebant, pro eo quod vulgaris sermo dicit ex nihilo homine fieri hominem de bono, id est frugi. Cicerō pro Cælio, Equidem multos & vidi in hac ciuitate & audiui non modò qui prioribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attingissent: sed qui totam adolescētiam voluptatibus dedissent, emeruisse aliquando & se ad frugem bonam (vt dicitur) recepisse, graueisque homines atq; illustreis fuisse. Dicitur & euadere ad frugem bonam: de eo tamen qui antè nequam non fuerat. Lactan. libro sexto de Pythagorea litera loquens, Si ducem nactus fuerit qui ducat ad meliora titubantem, hoc est philosophiam didicerit aut eloquentiam, aut aliquid honeste artis quo euadat ad bonam frugem, quod sine labore maximo non potest, honestam vitam disputant peracturum. Ad frugem bonam redire. Lamprid. in Heliog. Milites se parsuros dixerunt, si ad frugem bonam rediret.

Ex. I. Liminarchæ de seruis fugitiuis.

Legendum Limenarchæ & hic & in l. Munerum, infra de muneribus & honoribus *Λιμναρχα*. Non enim à limine dicitur, vt Accursio placuit, sed dictio mere græca est non bigena. Raro enim antiqui huiusmodi dictionibus vsi sunt quæ ex latino peregrinoque componuntur, qualis est epitogii compositio, & epirhedii. toga enim latinum est cum præpositione græca, & rheda gallicum. *Λιμνῶν* græce, latine portus dicitur, vnde limenarcha qui locis maritimis præest, vnde traiectus est ad exterarum nationes. Hos autem Aristoteles lib. sexto Politicôn circa finem limenophylacas vocat quasi portuum custodes. Limina vero imperii non eo modo dicuntur quo limen domus, vnde seruus ad limina dictus pro atriensi apud Apuleium in secundo de Asino: & apud Vergilium lib. nono Aeneidos, Fidusq; ad limina custos. Stationarii vero milites (quorum hic fit mentio) milites sunt præsidarii, quos ordinarios appellamus, qui in locis hostium finitimis stationes agitare solent, ad repentinos hostium incursus intenti. Ex his limitanei à limitibus dicti sunt.

Limenarchæ.
Bigena via
tanda.

Λιμνῶν

Limina impe
rii.

Seruus ad li
mina.

Stationarii
milites.

Limitanei.

Ex. l. vlti. Si mensor falsum modum dix.

Et si mensor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. Machinarius mensor ab Vlpiano dicitur ad Decæpedatoris differentiam. Geometræ enim vel geometræ potius, id est terræ diuisores, & agrimēsores, non tantum pertica vtuntur, & decempeða, sed etiam machinula, qua formas quadratas aut trigonas designantes, earumq; latera metientes, arearum spatium facile ex iis colligunt, quomodo nostri hodie vtuntur, partim eorum quadrata machinula vtentes, partim orbiculata. Vtriusq; autem genus arrectas in ambitu pinnulas habet rimula per spicuas, & in meditullio columellam rimulentam ad æquilibrium & ad lineam rimularum pinnularum, ita inter se respondentes, vt lineæ decussatæ à circumscriptione ad cætrum machinulæ contententes, per columellæ rimulas nulla offensione pertineant. per quarum linearum ductus mēsores collimantes, orthogonos exacte deprehendunt. Tota enim machinula normarum anconibus cõserta & apta est, quæ causa linearum respõsus illos efficit. Quam machinam qui viderit, facile hæc verba intelliget, alioqui subobscura. Gnomon hæc machina ab Herodoto vocatur, quod verbum Laurētius latine normam vertit, & recte. Est enim norma latine (quemadmodum græce gnomon) & geometrici & architectonici instrumenti, qua recti anguli deprehenduntur à geometris, & lapides ac structuræ orthogoni, id est rectis angulis exactæ ab architectis & fabricis. Vulgo quadra vocatur, id est squierra, vt canon id quod regula latine dicitur. Lucianus, ὁ πῶτον γῆ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνῶμονα τὸ κατ' ἀρετὴν βίον, Qualé, inquit, oportet canonem & gnomonem esse vitæ secundum virtutem degendæ. Leo Albertus lib. iiii. de Aedificatoria, Normam, inquit, veteres cõficiabant tribus rectis regulis in vnum triángulum coniunctis, quarum vna erat cubitos tris, altera quatuor, tertia cubitos erat quinque longa. Hoc autem inuētum est Pythagoræ, vt auctor est Vitruuius libro nono. vnde Albertus mutuatus est Quintil. lib. xi. de pronuniationis gestu loquens, Sinistrum brachium eousq; alleuandum est, vt quasi normalem illum angulum faciat, super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat. Normalem pro recto posuit, qualem norma efficit. Eadem ratione Censorinus de die Natali normalem lineam vocat, quam

Machinarii.
Geometræ
& geometræ.

Gnomon.
Norma.

Normalis
angulus.

καθετῶν.
Perpendicu-
laris.

Ancones.

Amuffis.
Στάδιμα.
Alba linea.

Tetragonū.

Græci catheton dicunt, quam Albertus perpendentem vocat, id est perpendi-
cularem. Talis enim linea à recto angulo normæ fit, & ipsa rectum angulum
facit, proptereaque ancones dicuntur in norma quasi flexus cubiti quem nor-
malis figura efficit vel describit. Vitruuius lib. iiii. in fine de striatis columnis lo-
quens, Columnarum striæ faciendæ sunt. xxiiii. ita excauatæ vt norma in cauo
striæ cum fuerit coniecta, circumacta anconibus striarum dextram ac sinistram
tangat, acuménq; normæ circūrotundatione tāgendo peruagari possit. Et lib.
octauo de chorobate loquens quo aquæ perlibrantur. Ea, inquit, regula habet
ancones capitibus extremis æquali modo perfectos, inque regulæ capitibus
ad normam coagmentatos, & inter regulam & ancones à cardinibus compa-
cta transuersaria. Ancones Vitruuius appellat conflexum qui rectum angu-
lum describit. Transfertur & ad alia. Vnde Plinius latine cubitum appellat li-
bro tertio de Ancone vrbe Italica loquens vulgo nota. In ipso, inquit, flectētis
se oræ cubito sita. his verbis significans cur Ancon dicatur. Et lib. secundo, Cō-
flexa in cubitos, aut confracta in humeros, sic enim Hermol. emendauit. Vt
enim in parietibus ancones, ita & in promontoriis dicuntur. Vitruuius verò lib.
septimo, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculū, an-
guli ad normam respondentes exigantur. Plinius lib. xxxvi. de reticulato opere
loquens, structuram ad normam & ad libellam fieri, & ad perpendiculum
respondere oportet. ad perpendiculum græce καθετῶν dicitur. Amuffis autem
filum est quod fabri materiarii rubrica oblinūt, aut alio colore, à Græcis
dicitur, vnde prouerbium natum λευκή στάδιμα auctore Suda, latine alba linea di-
citur. Gellius libro vltimo, Hi varia lectitantes in quas res cunq; inciderant,
alba (vt dicitur) linea sine cura discriminis solam copiam sectari conuertebāt.
Hoc autem prouerbium in eos valet qui sine discrimine aliquid faciunt, vt si
in albo pariete alba linea vtatur aliquis. Politianus hoc ita reddit, in albo lapi-
de alba linea vel amuffis alba, Græcorum more qui ἐν λευκῷ λίθῳ λευκή στάδιμα δι-
cunt. Plato in Charmide ab eodem traducto, Quod enim ad formosos attinet,
alba sunt regula carpentarii, omnes enim ferè qui ea ætate sunt, formosi mihi
videtur: id est nullum discrimen facio, nullo delectu formosos omnes iudico.
Amuffis enim alba nullum discrimen in lapide albo etiam ipso facit. Ammo-
nius in prædicamēta Aristotelis, ὅς γὰρ ὁ τέκτων τῆ στάδιμα κέχρηται ὄργανον πρὸς δι-
κρίσιν τῶν δὲ ὀρθῶν ξύλων καὶ τῶν καμπύλων, ὁμοίως καὶ ὁ οἰκοδόμος τῆ καθάρτου διακρίσει
τὰς ὀρθὰς καὶ τὰς μὴ ποῖτὰς τῶν τοίχων. Vt faber, inquit, vtitur amuffi instru-
to ad exigendam materiæ rectitudinem, sic structor vtitur perpendiculo, id est
catheto ad parietes dirigendos. Ex eo autem factum vt gnomon forma geo-
metrica dicatur normæ similis, hoc est parallelo grammū cum suis supplemen-
tis: cuius meminit Euclides in principio libri secundi, quæ forma à Martiano
Capella latine norma vocatur in septimo, de qua Aristoteles in Prædicamen-
tis, τὸ τετράγωνον γνόμων πρὸς τὸ πέντε ἵκνεται μὲν, ἀλλοτριώτερον δὲ ἔστιν ἡγεῖνται, quo
in loco Argyropylos normam pro gnomone recte transtulit. Quadrangulum
(inquit Aristoteles) addito gnomone, id est norma, augetur quidem, non
autem aliud fit quippiam, id est non transit in aliud schema geometricum.
Quod si quis intelligere velit, Euclides adeundus in primo capite, libri se-
cundi. Constat autem tetragonum, id est quadratum duobus gnomonibus,

duæ enim normæ iunctæ absolutum quadratum efficiunt. Sunt & alia signifi-
 cata huius vocabuli, vt gnomon pro vmbilico solis, à quo ars gnomonice di-
 cta quæ solariorum rationem perquirat, vt suprâ diximus, nunc ad rem nõ per-
 tinens. Sensus est autem huius loci, siue mensor machinarius falsum modum
 renunciauerit, vt agrimensor & metator: siue architectus & redemptor, qui ipsi
 non machinula sed decempeda & pertica vtuntur, hoc edicto teneri. Decem-
 peda autem à Græco decapus dicitur, vt tripus à masculino fœmininum fa-
 ctum, vt inquit Priscianus, eodem modo quo à crater fit cratera fœmininum.
 Hac etiam agrimensores & metatores interdum vtuntur. Cícero in Antonia-
 na. xlii. Si vero coloniarum & municipiorum sine vlla dubitatione hostis est,
 quid tandem huius censetis vrbis, quam ille ad expiandas egestates latrocinii
 sui concupiuit, quam iam peritus metator & callidus decempeda sua Saxa di-
 uiserat? Saxa in hoc loco proprium est nomen amici Antonii. Ab hoc Decē-
 pedator dictus qui decempeda metitur. Idem, Cauebat etiam Lucio Antonio
 qui fuerat æquissimus agrippiuaui & publici decempedator. Nostri hodie mē-
 fores & metatores perticis vicensium pedum aut vicensium quinum vtuntur, qua
 etiam antiqui vtiebantur: vnde natum prouerbiū, Vna pertica metiri & tra-
 ctare, vt Plinius octauo Epist. Ex his etiam quos non vna (vt dicitur) pertica,
 sed distincte gradatimq; tractauit, quanto quis melior & probior, tanto mihi
 obligator abiit: id est quos non æqua benignitate prosecutus sum, sed pro
 cuiusque merito, & quorum merita non vna vna (vt vulgo dicimus) mensur-
 sum. Ad metiendas vero structuras redemptores nostri perticis senum pedum
 vtuntur. nos hexapedas fortasse appellare possumus, vt decempedas antiqui
 dixerunt. Est enim græce vt decapus sic hexapus. Mensurarum nomina multa
 apud antiquos leguntur. Stadium pedum sexcentenum. Herodotus centenum
 orgyiarum dicit in secundo vbi de labyrintho loquitur. Αἱ δὲ ἑκατὸν ὄργια δὶ
 καὶ ἑσὶ στάδιον ἑξαπλευρον, ἑξαπόδον μὲν ἐστὶ ὄργυις μετριομύνης καὶ τετραπύχου, τὴν πε-
 πλοῦ μὲν τετραπυλαίωσαν ἔόντων, τὴν δὲ πύχου ἑξαπυλαίωσαν. Iuste, inquit, orgyie centū,
 stadium implēt sex plethrorum, ita vt orgyia senum pedum sit & quaternum
 cubitorum. Cubitū verò senum palmorū & pes quaternū. Plethrū mensura est
 centum pedum (vt inquit Sudas) & sexta pars stadii: Laurentius iugerum ex
 Herodoto vertit. Diaulus mensura est duorum stadiorum. Milium stadio
 rum est septē semis vel etiam octo. Dolichos stadiorum. xii. vnde diaulodro-
 mi & dolichodromi, de quibus alibi diximus. Schœnus mēsurā est Aegyptia
 ca sexaginta stadia capiēns auctore Herodoto, licet Plin. lib. quinto & duode-
 cimo quadraginta stadia dicat, id est quinq; milia, nisi sit error notarū. Para-
 sanga quod verbū est Persicum, teste eodem Herodoto triginta stadia comple-
 ctitur. sic enim inquit in secundo de Aegyptiis loquens, ὅσοι μὲν γὰρ γεωπᾶναι
 ἑσὶν ἀνθρώπων, ὄργυισι μεμετρήκασιν πλὴν χωρίων, ὅσοι δὲ ἄσπον γεωπᾶναι, στάδιοισι. ὅσοι δὲ πάλιν
 ἔχουσι, παρασάγγησι. Διάσταται δὲ ὁ μὲν πρᾶσαγγης τρηκόντα στάδια. ὁ δὲ χοῖνον ἑκαστὸν μέ-
 τρον ἑστὶν Ἀγγύπτιον, ἑξήκοντα στάδια, id est, Quotquot enim inopes soli sunt, ii terram
 suam orgyis metiuntur: qui vero minus inopes soli sunt, stadiis: qui autem
 latifundia habent, parasangis metiuntur. Constat autem parasanga triginta
 stadiis: schœnus autem, quod ipsum verbum est Aegyptiacum, sexaginta.
 Stathmos, id est mansio, milia continet. xxviii. semis. Inde mansiones militares

Decempeda.

Saxa.
Decēpedator

Hexapeda
Mensurarum
nomina.
Stadium
Orgyia.
Cubitum
Plethrum.
Diaulus.

Milium.
Dolichos.
Diaulodromi
Schœnus.

Parasanga.

Stathmos.

Pegasarii
cursores.

Orgyia.

Vlna.

Passus.

Gressus.

Cubitum.

Pes.

Palmus.

Doron.

Antidoron.

Dorodocia.

Sordidi.

Nummarii.

Dorophagi.

Cupedipecta.

Libellus fe-
rentarius.

Visceratores

Visceratio.

Tetradoros.

Pentadoros.

Palmus du-

plex.

Spithama.

Dodrans.

Cubitus.

πῆχυς.

Pes.

quarum mentio fit in Codice Iustiniani. Stathmi diuersoria sunt tabellarioru,
id est ἄνω ἀγελιαφόρων καταλύσεις, hoc est certa quædam spatia quæ cursores vno
actu conficere debent, postas hodie vocant à pegasariis cursoribus imposito
nomine, qui statis locis mansiones suas positas habent. Stathmus autem ma-
xima est mensurarum. Orgyia secundum Herodotum sex pedum est. Theo-
dorus ex Aristotele interdum passum vertit, & Laurentius vbiq; ex Herodo-
ro interdum tres passus. Sudas, ὄργυιά φησι εἶ μετὰ τῆν ἰσθίον χαρῶν μέτρον, Orgyia,
inquit, mensura est quæ inter manus expansas continetur. vulgo brassa dicitur
quasi amplexus. est autem trisyllabum vocabulum, vt harpyia, diphthongum
græcam in penultima habens. Plinius vlnam appellat libro decimosexto, Ar-
boris, inquit, crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat.
Passus à passis manibus dici videtur. alii passum quinque pedum esse putant,
id est duorum gressuum: vt sit gressus, id est βῆμα, cubiti vnus & pedis, hoc est
pedum duorum semis. Cubitum sesquipedale. Pes quatuor palmorum. Pala-
mus quatuor digitorum. Græce palæste dicitur, antiqui Doron vocabant: ideo
(vt inquit Plinius) q; doron, id est donum proprie dicitur, munus quod ma-
nu datur, vnde antidoron remuneratio: quo verbo Vlpianus vsus est in titulo
de petitione hæreditatis. Inde dorodocia corruptio muneribus facta, quam iur-
risconsulti sordium verbo significare solent. Dicitur autem & de corruptente
& de corrupto, vnde dorodocos iudices Demosthenes appellat, quos numma-
rios nonnulli latinorum appellant, id est sordidos. Hesiodus dorophagos ap-
pellat, quasi doniuoros & dona esitantes. Nostro tempore nonnulli visceripeta
& cupedipecta vel etiam cupediuri appellitari possunt, qui nisi ferina aut cu-
pediis incitentur cunctantiores sunt Academicis aut ipso etiam cunctatore Fa-
bio. Nam porrectio libellorum ieiuna, vix vnq; apud eos litem satis instructa
inuenit. Ad sacram igitur anchoram, id est ad libellum (vt inquit Plautus) fe-
rentarium recurrendum est, si litium finem, id est ærumnæ exitum cupis. Hic
autem ex foro cupedinis in forum iudiciale ferendus. Visceratores autem sunt
litigatores quidam qui viscerationem factitare solent, quam Græci creanomia
appellant, id est carnis dilargitionem. Quæ tamen hodie plerunq; honeste fieri
solet, ac citra sordium suspicionem. Vt à donis ad dora redeamus, Vitruuius li-
bro secundo, Doron autem, inquit, Græci appellabant palmum, q; munerum
datio græce doron appellatur, id autem spargitur per manus palmum. ita
quod est quoquo versus quinque palmorum pentadoron: quod quatuor, tetra-
doron dicitur. Hactenus ille. Ab hoc doro tetradori lateres dicti sunt & penta-
dori. Idem, Quæ sunt, inquit, publica opera, pentadoro, quæ priuata tetradoro
struuntur. Palmus autem duplex est, maior & minor. Minor est quem diximus,
id est quaternum digitorum: Maior est duodenum, qui etiam Spithama græ-
co vocabulo dicitur, & latino dodrans, cuius exemplum apud Plinium lib. vii.
Cubitus aut cubitum sesquipede constat, id est digitis. xxiiii. à Græcis pygon
dicitur, vnde pygmei dicti auctore Eustathio. vel vt quidam volunt in secundo
articulo digiti auricularis definit. & xx. digitorum est. Apud Herodotum ab
eo cubito differt qui græce πῆχυς dicitur. Sudas vtrunq; pro eodem acci-
pit. Sunt & alia nomina apud Græcos, sed à Latinis non vsurpata. Pes ses-
decim digitis constat, id est palmis quatuor, & duodecim vnciis, id est pollicibus

cibus, unde in mensura illa nomina ab asse deriuata vsurpantur semis, bes, dodrans, & reliqua, de quibus alibi dicemus latius si locus occurrerit. Verum quoniam & hoc in loco vt in aliis multis in iure architectorum fit mentio, dicendum esse putauit quid sit architectus. parum enim, vt arbitror, vulgo id intelligitur. Accursius certe in .l. vltima. infra de iure immunitatis, architectos tectorum principes esse perhibuit, quasi ex greco & latino dictione coagmentata. Architectus est igitur quem Græci architectona vocant, quasi structor, qui græce tectones dicuntur, principem. Hic ædificiorum rationem comminisci & instituere didicit, & graphide, id est lineamentorum ductu & vmbra-tili pictura eas formas describere, quæ triplici specie dispositionum continentur. Ichnographia, orthographia, scenographia. Ichnographia est quæ vulgo plana forma vocatur. Hæc circini regulæq; modice continet vsus, ex ea enim capiuntur formarum descriptiones in solis arearum: ichnographiaq; dicitur quasi vestigii descriptio, in quo quasi vestigio totum opus insistit. Orthographia est cum iam non planum opus imaq; operis vestigia imaginamur, sed subrectum & frontem attollens, quasi erecti operis aduersiq; descriptio. Hæc est erecta frontis imago, modicæque picta futuri operis figura. Scenographia vel (vt aliis placet) sciographia, est non iam vestigiaria nec frontalis aut aduersaria tantum operis futuri affirmatio, sed etiam lateralis, id est frontis & laterum abscedentium prominentiumq; adumbratio, & ad circini centrum omnium linearum responsus, vt inquit Vitruuius. & propterea sciographia à nonnullis dicitur quasi adumbrata descriptio. Scenographia verò dicitur quasi scenæ imaginaria excitatio, quod ex præfatione libri. vii. Vitruuii intelligi potest: Democritus, inquit, & Anaxagoras scripserunt quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumq; extensionem certo loco centro constituto, ad lineas naturali ratione respondere: vt de incerta re certæ imagines ædificiorum in scenarum picturis redderent speciem, & quæ in directis planisq; frontibus sint figurata, alia abscedentia, alia prominentia esse videantur. Architectura, inquit Vitruuius, est scientia pluribus disciplinis & variis eruditionibus ornata: cuius iudicio approbantur omnia quæ à cæteris artibus perficiuntur opera. Eius duæ sunt partes, fabrica, & ratiocinatio. Fabrica est continuata ac trita vsus meditatio, quæ manibus perficitur. Ratiocinatio est quæ res fabricandas solertia ac ratione proportionis demonstrare atque explicare potest. Architecturam omnium disciplinarum cognitione constare, & (quod maxime quis miratur) legum etiam ac iuris nonnulla peritia. Vitruuius libro primo persuadere contendit. Ne autem mirum videatur nonnullis posse naturam humanam tantum numerum doctrinarum addiscere & memoria complecti, animaduertendum omnes disciplinas inter se coniunctionem rerum & communicationem habere, unde encyclopædia dicta quasi orbiculata disciplinarum series: velut ductus quidam scientiæ ex multis disciplinis cõsertus & aptus, de qua nos alibi diximus. Quod tamen quemadmodum intelligi debeat in architecto qui crassiore Minerua in literis versatur, Vitruuius ipse his verbis docet, Neq; verò debet nec potest architectus esse grammaticus, vt fuit Aristarchus: nec musicus, vt Aristoxenus, sed nec amusus: nec pictor, vt Apelles, sed graphidos non imperitus: nec plastes quemadmodum Myron seu Polydectus, sed rationis plasticæ

Architectus.

Graphis.

Ichnographia.

Orthographia.

Scenographia.

Sciographia.

Architectura.

Fabrica & ratiocinatio.

Encyclopædia.

non ignarus . Nec denuo medicus, vt Hippocrates, sed non ^{ἀνὰ βολήν} . Aniatrologetos dicitur à Vitruuio rationis medicinæ imperitus . In omni autem opere magnifico tres personæ considerantur, dominus, architectus, & structor, qui & officinator dicitur . Idem circa finem libri sexti, Itaque omnium operum probationes tripartito considerantur, fabrili subtilitate, magnificentiâ, & dispositione . Cum magnificenter opus perfectum aspicitur ab omni parte, impensæ laudabuntur: cum subtiliter, officinatoris probabitur exactio: cum vero venustate, proportionibus & symmetriis habuerit auctoritatem, tunc fuerit gloria architecti . Addendum & illud ex eiusdem libro primo, Animaduertere autē debemus ex duabus rebus singulas artes esse compositas, ex opere & eius ratiocinatione . Ex iis autem vnum proprium esse commune cum omnibus doctis, id est ratiocinatio, vt medicis & musicis & de venarum rhythmis, & de pedum motu . At si vulnus mederi, aut ægrum eripere de periculo oportuerit, non accedet musicus, sed id proprium erit medici . Item in organo non medicus, sed musicus modulabitur, & reliqua quæ de cæteris persequitur . Galenus libro nono Therapeu. omnis artis & exercitiationem . Neque enim possumus, inquit, alicuius nobis artis scientiam comparare, nisi & commentationum in vniuersum viam quandam pernouerimus, & per singularum rerum exempla artis meditationem exercuerimus . ^{καὶ ἐπιμέθοδος μὲν ἕνα διὰ τῆν καθόλου λεγ. μὲν ὡν θεωρημάτων, ἀσκησις δὲ διὰ τῆν εὐ μέτρον λαμβάνειν πρᾶξι γνάτων .} Ab architecto qui græce architecton à Plauto dicitur architectonicus deriuatur, id est ad architectum pertinens . & architectonica ars ipsa architecturæ vocatur . Quintilianus libro secundo, Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice: nâque in omnibus, quæ sunt ædificiis vtilia, versatur . Aristoteles in principio statim Ethicôn ad Nicomachum, architectonicas artes vocat, principes quasdam artes quæ suffectas sibi alias artes habent, veluti suggestrices quasdam & ancillantes . Sic enim propemodum inquit, Multarum autem actionū artium & scientiarū multi sunt & fines: medicinæ, sanitas: fabricæ navalis, nauis: imperatoris, victoria: œconomicæ, id est dispensationis domesticæ, diuitiæ . Harum autem & huiusmodi nonnullæ sub vnam quandam facultatem coeunt, vt verbi gratia sub hippicam, id est equitandî artem, artificium frenorum, atque omnis ad equitatum pertinentis instrumenti . Hæc eadem rursus & præterea actio omnis bellica, sub imperatoriam artem . Et itidem aliæ sub alias . In omnibus verò artium architectonicarum fines expetendî magis sunt omnibus iis qui sub ipsos coeunt: quippe cum illa horum gratia consecrari soleamus . ^{ἐν ἀπάσαις δὲ τὰ τῆν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη, πάντων εἰσὶν αἰρετώπερα τῆν ὑφ' αὐτὰ, τὸ πῶς γὰρ χάρις κἀκείνα διακρίνει .} Idem libro sexto de prudentia loquens, ^{ἔιν δ' ἄν τις καὶ ἀρχιτεκτονική . ἔστι δὲ καὶ ἡ φρονήσις, ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις, τὸ μὲν τοι εἶναι, ἔ τ' αὐτὸ αὐταῖς . ὅτι δὲ πρὸς πόλιν, ἡ μὲν ἔστι ἀρχιτεκτονική φρονήσις, νομοθετική, ἡ δὲ ὡς τὰ ἕκαστα, τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα πολιτική .} Quæ verba sic mihi transferri posse videntur, Fuerit autem fortasse & prudentia quædam architectonica . Siquidem ciuili scientia & prudentia cum sint idem habitus,

Omnis artis
due partes.

Architecto-
nicus.

Architecto-
nica quædam
artes.

non tamen eadem sunt essentia. Etenim eius quidem prudentia quae circa civi-
 litatem versatur, Nomothetica, id est legum ferendarum peritia, tanquam archite-
 ctonica prudentia est: at quae in singulis rebus occupata est, nomen est ei com-
 mune politicae, id est civili. Nomotheticen Aristoteles architectonicam pru-
 dentiam politicae prudentiae vocat, quasi principem prudentiam, architecturae
 rationem obtinentem. Architectura enim structoriae praescripta dare solet quae
 sequi debeat, id est descriptionem operis futuri deliniamam. quam graphidem
 antiqui vocant, & latine forma dicitur, vulgus nunc philographum vel philo-
 graphiam vocat vernacula lingua. Idem libro tertio Politicorum, In omni ar-
 te tres homines considerandos esse dicit, opificem, architectonicum, & in arte
 institutum eruditumque. Mouens enim illam questionem, an eiusdem sit mederi,
 & an recte medicina adhibita sit iudicare, & itidem de aliis artibus. Quemad-
 modum igitur, inquit, medicum approbare actiones suas inter medicos tantum
 oportet, sic & alios artifices inter sui similes. Medicus porro est & opifex & ar-
 chitectonicus & tertius ille in arte eruditus. (Sunt enim huiusmodi nonnulli
 & circa omnes propere dixerim artes.) Iudicium vero concedimus nihilominus
 eruditis quae scientibus, & reliqua. *Ἄπαρ οὖν ἰατροῦ δεῖ δίδόναι τὰς ἀθυρίας ἐν ἰατροῖς, ὅτι
 καὶ τὰς ἀλλὰς ἐν τοῖς ὁμοίοις ἰατροῦ δὲ οὐ, τε δὲ κληρονομοῦ καὶ ὁ ἀρχιτεκτονικός, καὶ τρίτος ὁ πεπαι-
 γμένος πρὸς τὰς τέχνας. ἔστι γὰρ τινες ποιῶντες καὶ πρὸς τὰς τέχνας. ἀπὸ δὲ οὐ μὴ
 ἐπὶ τὸ κρίνειν ἔδεν ἡπτόν τοῖς πεπαιδευμένοις ἢ τοῖς ἀδόξοις.* Huius autem vocabuli vsus fre-
 quens est apud auctores. Cicero lib. primo de Finibus in persona Triarii Epicu-
 rei loquens, Sed ut perspiciaſis, inquit, vnde omnis ille natus sit error volu-
 ptatem accusantium, totam rem aperiam: eaque ipsa quae ab illo inuentore veri-
 tatis, & quasi architecto beatae vitae dicta sunt explicabo. Idem in secundo irri-
 dens Epicureos, Cur tandem sapientia tanto opere laudatur? an quae ita callida
 est ut optime possit architectari voluptates? Architectari dixit, id est formam
 & rationem fruendarum voluptatum comminisci & praescribere, quemadmo-
 dum architecti opera maioris sumptus & magnifica ingenti ratiocinatione ar-
 chitectari solent. Et in Bruto, Stoicos verborum architectos appellat. Et de lege
 agraria, Nunc quisnam tam abstrusus vsque nummus videtur quem non archi-
 tecti huiusce legis olfecerint? Et pro Cluentio, An illi qui Fabricii libertum quia
 minister in maleficio fuerat, patronum quia conscius condemnassent, ipsum
 principem atque architectum sceleris absolueret. id est qui omnia in scelere per-
 petrando arbitratus est. Et pro Roscio, Verum ut haec missa faciam quae iam
 facta sunt, ex iis quae nunc maxime fiunt, nonne quis potest intelligere omnium
 architectum & machinatorem unum esse Chysogonum? Apostolus prioris ad
 Corinthios tertio, architectum se vocat in aedificanda ecclesia, quae Christus do-
 minus noster re vera primus eam architectatus est. Propterea dicit idem, κατὰ
 τὴν χάριν τοῦ θεοῦ δοθεῖσάν μοι ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα, ἄλλος δὲ πρὸς κοδόμη, Se-
 cundum gratiam dei datam mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui,
 alius autem superstruit. Proinde & mensor & architectus & structor redemptorve
 & tabellarius, id est logistes qui totius dimensionis rationem subduxit, a tabula
 abaci dictus tabularius, omnes hoc edicto tenentur si fefellerint.

Nomothetica

Graphis

Tres homi-
nes in omni
arte conside-
randi.

Architectus

Architectari

Pauli locus

Ex. l. Si quis. de rebus cred.

Lustrum.

¶ Nam etsi colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat. Lustrum quinquennale spatiū significat, auctore Festo, in quot annos prædia locari olim solebant, ut nūc in ter ternos, id est nouenos. Lustrum enim à luendo dictum est, id est soluendo, ut Varroni placuit: ideo quod quinto quoque anno vectigalia tributaque exigebantur. Plin. iunior, Nam priore lustro quæ post magnas remissiones reliqua creuerunt. Inde plerique nulla iam cura minuendi æris alieni quod desperat posse persolui, rapiunt consumuntque quod natum est, ut qui iam putant se non sibi parcere. Lustrum à Latinis vocatur quod Olympias apud Græcos dicitur, id est quinquenniū, ita tamē ut quadriennio exacto quinto quoque anno ineunte lustrum peractū esse intelligatur. Plinius autē in lib. ii. Omnium quidē si libeat obseruare minimos ambitus, redire eadem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modo, verum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustrī eius semper intercalari anno caniculæ ortu. Intercalarem annum dixit quem bisextilem dicimus.

Olympias.

Intercalaris.

Ex l. vltima. eodem titulo. Labeo ait.

Non ideo.

¶ Cum decem tu dari stipulatus sis, ideo nō posse te decem dari oportere intendere, quia etiā reum locupletiozem dando promissor liberari possit. Hic locum deprauatum esse puto, sicque restituendum, Cum decem tu danda curari stipulatus sis, non ideo posse & reliqua. Non ideo autem pro non continuo, non protinus intelligendum. nam quod Accursius dari curari legit, latinitas non admittit, nec loquendi Iuriscultorum consuetudo. Latini enim ita loqui solent, curabo faciendum & mandauī faciendum & delegauī & conduxī & recepī & talia huiusmodi. Plinius in Epistolis, Is petit ut si sunt istic imagines, excubendas pingendasque delegem. Idem, Petis ut libellos quos studiosissime composuisti, recognoscendos emendandosque curem. Cuius locutionis rationem si quis forte non nouit, adeat Laurentium Vallensem libro primo Elegiarum cap. de Gerundiis.

Ex lege Iusiurandum, de Iureiurando.

Concipere
iusiurandū.

¶ Si de qualitate iuramenti fuerit inter partes dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis est. Et paulum infra, Ideo si quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huiusmodi iurandi terminetur. Hæc verba Accursius neutrobique intellexisse videtur. Concipere iusiurandum quid sit, ex verbis Taciti intelligere possumus libro secundo, Sic enim inquit de delatoribus loquens, Significationis in accusatores dato petit à Cæsare Iunius, ut commentariorum principalem potestatem Senatui faceret, per quos nosceret quem quisque accusandum poposcisset. Consulendum tali super re Princeps respondit. Senatus incohantibus primoribus iusiurandum concepit. quo certatim omnes magistratus ceteri ut sententiam rogabantur, deos testes aduocabant, nihil ope sua factum cuiusque salus lederetur: neque se præmium aut honorem ex calamitate ciuium cepisse, trepidis & verba iurandi per varias artes mutantibus quis flagitii conscientia inerat, id est iis qui delationum conscientia urgebantur, conceptione hoc est formulam iurandi mutantibus, ut solent qui fallaciter iurant. Idem alibi, Auxilia è Gallia hortantibus Prefectis statim à Vitellio desciscunt, vetus

miles cunctabatur, sed adigente Flacco dixit sacramentū, non vultu neq; ani-
 mo satis affirmans. Et cum cætera iurifiurandi verba conciperent, Vespasiani
 nomen hesitantes, aut leui murmure & plerūq; silentio transmittabant. Conci-
 perent, inquit, id est exprimerent, & integram sacramenti formulam pronun-
 ciarent, vt illi qui asseuerantes & præfidenter iurant, conscientia fidutia. Est
 ergo concipere ad certam formulam exprimere. Celsus, Quicquid astringende
 obligationis causa dictum est, id nisi palam verbis exprimitur omissum esse
 intelligendum est. Aut certe secundum promissorem interpretamur, quia sty-
 pulatori liberum fuit verba late concipere. Paulus, Libellorū inscriptionis con-
 ceptio talis est. Inde conceptis verbis iurare, id est dictatis à deferente iusiurā-
 dum, & ex arbitrio adiurantis hoc est adigentis ad iusiurandum, pernotatis.
 Plautus in Pseud. Iurasti te illam nulli vediturum nisi mihi? Bal. fateor. Cal.
 nempe conceptis verbis. Bal. etiam consultis quoq; id est non modò dictatis à
 te verbis, sed etiam cogitatis, animaduersis, præmeditatis. Idem in eadem, Ro-
 gato me. xx. minas si ille hodie illa sit potitus muliere. rogato obsecro, hercle
 gestio promittere. Sim. nullum periculum est (quod sciam) stypulari vt cõ-
 cepisti verba. xx. minas dabim? Bal. dabuntur. Idem in Bacchid. Ego iusiurādū
 conceptis verbis dedi daturum id me hodie mulierī ante vesperum. nunc pater
 ne peierem cura. Est autem verbis conceptis peierare inexplabili periurio sese
 contaminare. Valerius lib. quarto, de Africano loquēs, Centurias recogno-
 scens equitum, postq̄ Licinium sacerdotem citatum processisse animaduertit,
 dixit illum se scire verbis conceptis peierasse. Proinde si quis eum accusare vel-
 let, vsurum testimonio suo. A Græcis, vt arbitror, ἑπαρκῶς ὄρκος dicitur, id est
 alio dictante delatus. Isocrates, ὄρκου ἑπαρκῶν προσδέχσθαι διὰ δύο προφάσεσθε. Pro
 quo tamen legimus sæpe apud oratores, Διαξῆσθαι ὁμνύειν. ad verbum dici potest
 διὰ νομίμων λόγων, καὶ διορισμῶν λόγων, vel νενομισμῶσ. Is autem qui iurifiurādū
 verba cõcipit, & iuraturō dictat, præire verba iurifiurādū dicitur. Plī. in Paneg.
 ad Traianum, de iureiurando Consulari loquens, Nescio iam nescio pulchrius
 ne sit istud q̄ præeunte nullo, an hoc q̄ alio præeunte iurasti. In rostris quoque
 simili religione te legibus subiecisti. Quod verbum vir alioquin doctus perpe-
 ram interpretatus est. Hoc modo Cancellarius hodie præire iusiurādū solet
 iis qui ad magistratus assumuntur & honores publicos, & curia amplissima
 præfectis iurisdictionū. Hoc autem & sacramēto adigere dicitur, quod Græci
 ἑξορκῶν dicunt. Idem, Adigendum te præbes in verba Principibus ignota nisi
 cum iurare cogent alios. Et rursus, Stabant candidati ante Curulem Prin-
 cipis, vt ipse ante Consules steterat: adigebantur in verba in quæ paulo antè
 ipse iurauerat. Cancellarius in verba Principis adigere eos proprie dici potest
 qui in fidem Principis assumuntur, id est feudarios. Idem in Epistolis ad eūdem
 Traianum de quibusdam pseudochristianis loquens, Cum præeunte me deos
 appellarent, & imaginī tuæ (quam propter hoc iusseram cum simulacris nu-
 minū afferri) thure ac vino supplicarent. Præeunte me, inquit, id est verba
 præloquente. Plinius enim Bithyniæ Proconsul nefaria verba concipiebat in
 Principis sui gratiam: quibus meticolosi quidā nec germani Christiani adacti,
 cultum Christo debitum, pœnarum terrore dæmoniorum simulacris & im-
 peratoris imaginī exhiberent. Et rursus in Panegyri. Tu comitiis nostris præsi-

Concipere.

Conceptis
verbis iurā-
re.Peierare cõ-
ceptis ver-
bis.ἑπαρκῶς
ὄρκος.Præire verba
iurifiurandi.Adigere sa-
cramento.
ἑξορκῶν.Adigere in
verba.

dere, tu nobis sanctissimū illud carmen præire dignatus es. Capitol. in Marco Philosopho, de Saliatu loquens, Fuit in eo sacerdotio & præsul & vates & magister, & multos inauguravit atq; exauguravit nemine præcūte, q̄ ipse carmina cūcta edidicisset. Liviū lib. viii. de Decio deuouente se loquēs, Agedum Pontifex populū Romanū præi verba quibus me pro legionibus deuoueam. Præire hodie verba actuarii aut eorum vicarii carnifici solent cum damnati facinorosi ad supplicia trahuntur, sed de scripto id faciunt. Id enim de scripto præire dicitur. Plinius auunculus. lib. xxviii, Vidimus certis precationibus obsecrasse summos magistratus, & ne quid verborum prætereat aut præposterum dicatur, de scripto præire aliquem. A Græcis præire ἐξηγησθαι dicitur. Demosthenes ὡρὶ πρῶτα προσεβίασεν, (si recte meminī) ἰπὺ γράμματ' ὄντων ἡμῶν ἀντὶ ἀπὸ τοῦ νόμου τῶν κήρυκων. id est, Cum enim scribæ officio fungeretur, ipse apud vos (ad iudices loquens) recitanti præconi legis huius verba præibat.

Præire.

Præire de scripto.
ἐξηγησθαι.

προσδοκῆσθαι

Dicitur & προσδοκῆσθαι.

Ex. I. Seruus. de conditione indebiti.

Magis.

¶ Seruus cuiusdam insciente domino magidem commodauit. Magis apud Pollucem in coquinario instrumēto enumeratur. Sic enim inquit lib. secundo,

Mastra.

ἢ δὲ μάστρα καὶ μαγίς ἐκλίτη καὶ σκάφη, Mastra, inquit, & scapha appellatur. Est autem Mastra (vt Gellius inquit) arca panaria, quæ alio nomine κάδοπος à Græcis appellatur. Mastram lingua vernacula hucham appellat,

Massa.
Magma.

in qua & panis & conspersio καὶ τὸ φρῆγμα, reconditur: à verbo græco μάσσειν dicta, quod subigere, conspergere, pinsere, cōmollirēq; significat. Vnde massa dicta triticea vel ordeacea conspersio, quæ græce maza dicitur. & magma apud medicos vnguentorum veluti massula, quasiq; pastilli, quæ Plinius lib. xiiii. vnguentorum sæces interpretatur, id est vnde vnguentum expressum est.

μάγματα.
Magis.

Dioscorides μαγίδας & μάγματα, pro eodem accipit, quasi magis sit magma. Sudas pro parte panis subacti, quasi pro offula. Idē Pol. lib. vii. Magis, inquit, & mastra vas in quo farinæ subiguntur. Et rursus libro decimo, Quæ autem tripodibus imponuntur, & trapezæ, id est mensæ & magides appellantur. Sic

Dulciarii
pistores.

hodie vocitari potest orbiculatum instrumentum quo panifices & dulciarii pistores quos pastillarios dicimus, subigendis farinis opificii sui vtuntur, Rondellum appellant. hoc tamen in loco pro genere lancis eiusdem formæ accipitur, vt ex Plin. lib. xxxiiii. patet his verbis, Cornelius Nepos tradit tympana, seu iuvene, appellata stateras & lances quas antiqui magidas appellauerant. Platellum nostri vocant. Magas verò magadis instrumentum est musicum quædrata tabula constans leuiter conuexa, intentis in ea citharæ fidibus. Dicitur

Magas or
Magadium.

etiam ea pars lyræ in quâ plectrum illiditur, id est vbi percussio fit chordarum manu dextra. Iugum vero dicitur, vbi sinistra manu chordæ premuntur. Vnde Gregorius per metaphoram τὴν ὀδὸν τέτιγι πλὴν ἐπὶ στήθεσιν μαγάδα, Quis est qui citharæ magadem in pectusculo dedit? Lucianus μαγάδιον vocat de Mercurio loquens citharam compingente, πῆχες γὰρ ἑναρμόσις τῆς χελώνης ἢ θυγατρὸς, ἐπιπλάκα καλεῖται μὲν ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑπεθεῖται.

Ex. I. Si vt certo. §. Interdum, in ti. Commodati.

¶ Vel si quis ludo sedens Prætor scenicis cōmodauit. Sic quidem vbiq; legitur, astipulante etiā Accursii glossemate. Perperam vero adhuc lectum esse fatetur.

esse, ut arbitror, demonstrabimus. Prætor hoc in loco pro Imperatore populi
 Ro. accipitur, qui ludos faciebat pro victoria de hostibus habita. Iuuen. Sat. x.
 Quid si vidisset Prætorem in curribus altis Sedentem, & medio sublimem in
 pulvere circi? Et paulo inferius, Et sibi Consul Ne placeat, curru feruus por-
 tatus eodem. Prætorem & Consulem pro eodem posuit. Docuimus alibi ex Prætor.
 Asconio, Prætorem olim dictum esse omnem magistratum cui exercitus pare-
 ret. Vnde Prætoria porta in castris, & Præfectus Prætorio dictus. Idem. Sat. viii.
 Quanti sua funera vendant Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone, Nec
 dubitant celsi Prætoris vendere ludis. Sic igitur legendum haud dubie affir-
 maerim, Vel si quis ludos edens Prætor. Dicimus enim edere ludos, & edere Edere ludos.
 spectacula. Tranq. in Cæs. Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorum,
 ludos etiam regionaliter vrbe tota. Ludi etiam pluraliter dicuntur pro spe- Ludi.
 ctaculis, non ludus. Propter quod ludo sedens, pro ludis præsidens defendi
 omnino non potest. Potest etiam de Prætore Urbano intelligi, ad cuius curam
 pertinebat ludos Apollinæres facere. Cicero Philip. x. de Bruto loquens, Qui
 cum Prætor urbanus esset, vrbe caruit, ius non dixit, cum omne ius populi
 Ro. recuperauisset, qui ne Apollinæres quidem ludos pro sui, populique Ro.
 dignitate apparatus præsens fecit, ne quam viam patefaceret sceleratorum
 hominum audaciæ. Erat autem honorificum in Prætura ludos quæ magnificentis-
 simos facere, quare Prætoris intererat: quippe qui choragium præbendum sce- Poetheti.
 nicis locaret, id est instrumentum scænicum. quemadmodum & Aediles in lu-
 dis quos edebant. Plau. in Persa, Pothen ornamenta ab chorago sumito, præ-
 benda Aediles locauere. Pothen græcum est. Vnde, inquit, sumemus orna-
 menta & alter respondet ridicule, sumito ab chorago, qui omnia suppedita-
 da scænicis redemit & conduxit ab Aedilibus ut moris erat. Choragus autem Choragias.
 à consuetudine Atheniensium dictus est, apud quos choragia redemptura &
 munus huiusmodi dicebatur, quod potentiores plerunque vitronea liberalita-
 te subibant. Vnde illud Isocratis in Panegyri. οὐ γὰρ τῶν κρητῶν. εἰδ' ἐκ τῶν κρη-
 τῶν χορηγίας ἐπιλοφικίων, εἰδ' ἐκ τῶν ποιέτων ἀλαξονδίων τὴν διδασκαλίαν ἐδοκίμαζον, ἀλλ' ἐκ Choragus.
 τοῦ σφαιροπαιδοῦ δικεῖν καὶ τοῦ βίβη τοῦ καδμηορῶν. Est autem choragus ad verbum, dux
 chori & suppeditator instrumenti ludicri & expensarum. Quo verbo Tran-
 quillus in Augusto vsus est. Vitruuius lib. v. Post scenam porticus sunt con-
 struendæ, uti cum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus
 quo se recipiat ex teatro, choragiæque laxamentum habeant ad comparandum. Choragium.
 Choragia pro instrumento ludorum posuit, simul & pro ipsis choragis. ut sit
 choragium locus vnde omnia promittuntur ad ludos necessaria. De choragis mul-
 ta Libanius in argumento orationis Demosthenis quæ κατὰ μέτρα inscribitur.
 Choragia græce χορηγία dicitur. Vnde perissochoregia verbum compositum Perissochoregia.
 in lege posteriore de frumento Alexandrino lib. xi. Cod. Perissochoregiæ nomē
 penitus amputetur, & tessera designetur. Quo in loco (ut comicum verbum
 vsurpen) purus putus ipse est Accursius, id est ipsissimus & sui simillimus.
 Perissochoregius, inquit, officii nomen est, quo qui fungitur iuxta regem est,
 a peri quod est iuxta dictus. Et quia male in officio versatus est, ideo hoc nomē
 officii sublatum est. Diximus alibi quid sint tessera frumentariæ: loco autem
 tesserarum irrepsit aliud nomē perissochoregia, quasi redundans frumētī di-

largitio, quod tanq̄ inuidiosum & liberalitati Principis non conueniens Imperator tollendum curauit iussitq; & antiquum ac legitimum tesserae verbum reponi. Operæ precium est pertinaciam quorundam aestimare, qui portentosi simile esse putant, aliquod in iure dictū eos qui doctores iuris vocantur latuisse, quasi verò non trecenta Iurisconsultorum verba in Pandectis tantum demonstrare possimus, quorum ipsi partim perperam intellexerint, partim intacta præterierint. Nec tamen in iis numero eximia quædam Iurisconsultorum dicta ignorantia antiquitatis ab ipsis deuorata, vt dicitur, id est quæ ipsi aure hebeti exaudita ac non regustata transmiserunt. Quod si nobis aliquando per ocium & valitudinem facere licuerit, iis (vt spero) persuadebimus, qui non magis in recentiorum doctorum verba q̄ in priscorum auctoritatem, & in ipsius deniq; veritatis nomen dignitatēque iurarunt. Sin nobis in hoc scribendi curriculo interfistētibus alius quispiam doctiorum anteuerterit, præclare nobiscum actū esse arbitramur, qui præterq; q̄ huic inccepto impares nos esse sero tandem sensimus, rei etiam inuidiam facilius cum alio perferemus. Quod vero ad eos pertinet qui non modo ignorantia præditi, sed etiam perditī sunt: non magno pere laboro, immo verò certe scio actum me (vt aiunt) agere, vt qui nō ignorem geminum in his opus esse, dedocendiq; quæ male didicerint, & docendi meliora. id quod ætas illa vix admittit, quæ callum multū diuturni iam erroris obduxit. Propter quod (inquit Fabius) Timotheus clarus in arte tibiari duplices (vt ferunt) ab iis quos alius instituisset, solebat exigere mercedes, q̄ si rudes traderentur. Sed rursus illud Apollonii Tyanei in mētem venit, quod memoriæ prodidit Philostratus libro. v. in vita eiusdem Apollonii: Vespasianus, inquit, Apollonium interrogante quo pacto imperium Romanum conseruare posset sceleratissimis imperiis Neronis superiorūmq; Principum infame, ibi tum Apollonius, *Ἀυλητῆς ἔφη τῶν πάντων σοφῶν τὸς ἑαυτῶν μαθητὰς πρὸς τὸς φαυλοτέρους τῶν ἀυλητῶν ἐπεμπε, μαθησομένους πῶς δὲ μὴ ἀυλῆσθαι. ὃ μὲν δὲ πῶς δὲ μὴ ἀρχεῖν μεμασθῆναι ὡς βασιλεῦ πρὸς τὸ τῶν διηρησῶν ἡγεῖσθαι. ὃ δὲ ὅπως δὲ ἀρχεῖν, πρὸς ἀσώμῳ*, Fuit olim, inquit, tibiarum arte quidam præstantissimus, qui discipulos ad se venientes ad vilissimum quæq; tibiicinum audiendum ire iubebat, videlicet vt ab eis discerent quo modo non canere tibiis oporteret. Agedum o Imperator cum tu iam didiceris quo modo imperitandum non est eorum exemplis qui male imperitauerunt, videamus iam quo modo imperandum sit. Fortasse igitur & nos iuuabit malis aliquando auctoribus vsos esse: anteq̄ literæ meliores octingentorum plus minus annorum incuria obrutæ emerferūt. Literarum enim latinarum lucem, quæ patrū memoria affulgere in Italia, cis Alpes nostra cœpit, præ tenebris illis barbaricis visendam auidius intuebimur. Nos igitur pro cuiusvis voti nostri præualeat: id verò fors viderit, quæ arbitrari rerum euenta, non hominum merita expendere solita est. Nos utcūq; cesserit æqui boni faciemus.

Deuorata
verba.

Timotheus
tibiicen.

Tyaneus.

Ex. I. Si necessarius. De pigno. acti.

¶ Si annua bina trima die. xxx. stipulatus fuero. Hæc locutio frequens est apud Iurisconsultos, de qua Laurentius libro quarto Elegā. ita inquit, Annua

bina trima die apud iurisperitos pro tempore biennii, triennii, quadriennii
 ponitur, quod tamen iurisperiti nostri non intelligunt. Haec lo-
 cutio eiusmodi est, ut cum a nemine non percipiatur (quotus enim quisque hec
 verba quid velint non nouit?) a paucis tamen eius ratio satis intelligatur. Hu-
 iusmodi & alia sunt in iure, ut preiudicium, & iustum filium esse, & expensum
 acceptumque ferre, & locare conducereque prebendum faciendumve, vel etiam
 redimere, & obreptitiae preces, & huiusmodi alia, quae si quando in ordinem
 incurrerint dicentur. Dies cum absolute dicitur tempus significat, & tunc fo- Dies.
 minino genere pronunciat. Verg. Multa dies variusque labor mutabilis aui
 Rettulit in melius. Iuuenalis de Priamo loquens, Longa dies igitur quid con-
 talit: id est quid ei longeuitas profuit. Huius autem exemplum insigne est apud
 Ciceronem in Verrem act. prima, Itaque cum ego diem in Siciliam inquiren-
 di postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaiam, biduo breuiorem diem postu-
 laret. Diem inquirendi vocat dilationem inquisitionis faciendae, quam nos in-
 formationem vocamus. Quo in loco Asconius, Dies, inquit, foeminino gene- Dicula.
 re tempus dicitur, & ideo dicula breue tempus & mora. Dies horarum. xii. ma-
 sculini generis est, unde Hodie aduerbium quasi hoc die. Haec tamen Asconius.
 Terentius in Andria, Eho tu impudens non sat habes quod tibi diculam addo
 quantum huic promoueo nuptias. Diculam id est horam inquit Donatus, &
 hypocoristicos, inquit, id est diminutiue tempusculum significat. Ab eo enim
 quod est haec dies sumitur dicula pro mora parui temporis. Plinius libro no-
 no Epist. Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere auocame-
 ta & cicatricem pati possit, quam nihil aequae ac necessitatis ipsa & dies & satie-
 tas doloris inducit. Dies, id est tempus longum quo dolendo satiamur. Quo Locus Plinii
emendandus.
Auocamenti.
 in loco in omnibus exemplaribus aduocamenta corrupte pro auocamenta le-
 gitur, perperam d' interiecta. Sunt enim auocamenta τὰ ἡδέα τῶν ἀπασχολημάτων,
 negotia iucundiora animum a mœrore auocantia id est reuocantia. Cicero ad
 Atticum, Dies autem, inquit, non modo non leuat luctum hunc, sed etiam au-
 get. Nam caeteri dolores mitigantur vetustate, hic non potest. Dies autem pro
 tempore positum apud Esaiam identidem legimus, Et erit in die illa. Augusti-
 nus libro secundo de Ciuitate dei circa principium, Scripturarum, inquit, mo-
 re sanctarum diem poni solere pro tempore, nemo qui illas literas quamlibet
 negligenter legerit, nescit. Quin & sensu anagogico dies vnus pro mille annis Locus Petri
 ponitur, ut idem eodem libro docet in cap. septimo, in posteriore Epistola Petri
 cap. tertio, ἐν δὲ τῷτο μὴ λινθεύετε ὑμᾶς ἀγαπῆτοι, ὅτι μία ἡμέρα πρὸς κυρίῳ ὡς χίλια, ἔτη,
 καὶ χίλια, ἔτη ὡς μία, ἡμέρα. Vnum autem ne lateat vos charissimi, quod vna dies Chiliastra;
 apud dominum, ut mille anni, & mille anni ut vna dies. Vnde Chiliastra dicti
 sunt quidam, quos ipse Augustinus miliarios vocat, in quorum errore se alii
 quando fuisse fatetur. cuius auctor fuisse aut certe assertor Lactantius vide-
 tur, ut ex libro eius septimo diuinarum Institutionum intelligere possumus
 cap. decimoquarto. ad cuius operis imitationem Augustinus opus illud egre-
 gium & operosum de Ciuitate dei instituisse videtur, atque adeo ad eius pra-
 scripta pleraque affirmasse. sed tanquam ex commentario sumeret, copiosius
 omnia executus est, videlicet maiore Christianorum dogmatum cognitione
 fretus, permultum tamen ab eo adiutus, ut is antea non nihil a Tertullia-
 P

no & ab Eusebio fortasse & Cypriano. Neque verò mirū est diem pro tēpore pō-
 ni, cum & horæ pro diebus ponātur. Cicero in Verrē act. secunda, Menses mihi
 tres cum eripuissetis ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus
 huius anni me vobis remissurū putastis, vt cū horis nostris nos essemus vsū, tu
 binis ludis interpositis quadragesimo post die responderes. Horas suas vor-
 cat (inquit Asconius) xx. dies qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi,
 totidemque defensori. Idem, Hic tu fortasse eris diligens, ne quam ego ho-
 ram de meis legitimis horis remittam. Horis (inquit idem Asconius) mire di-
 xit cum sint dies. vt ostenderet nimiam diligētiam. Legitimi autem hodie dies
 dici debēt quas dilaciones ordinarias vocant. Annua igitur bima trima die sty-
 pulari est, anno biennio triennio soluendum stipulari.

Horæ.

Legitimi
 dies.

Ex. l. Solutum. §. Solutam, eodem titulo.

Non enim credibile est hoc conuenisse, vt ad vniuersam pētionem insulæ fri-
 uola mea teneantur. Friuola (inquit Festus) vasa sunt proprie fictilia quassa.
 Vnde verba friuola dicta quæ minus sunt fide subnixā. Plin. lib. vii. de genera-
 tione hominis loquens, Miseret atq; etiam pudet æstimantē q̄ sit friuola ani-
 malium superbissimi origo, cum plerunq; abortus fiat odor à lucernarum ex-
 tinctu. Friuolam pro fragili & infirma dixit, & veluti friabili, nam & friuolū à
 verbo frio dictum non immerito existimatur, id est contero comminuo. Hic au-
 tem friuola pro supellectili tenui & vili accipiūtur, qualis eorum esse solet, qui
 in cenaculis habitant: quo modo & Satyricus vsus est Satyr. quinta, Et ne te
 teneam Romanorum omnia regum Friuola. Quibus verbis paupertatem re-
 gum Romanorum significauit, quos etiam Samiolis vasis vsos esse constat.
 Idem in tertia, Vivendum est illic vbi nulla incendia, nulli Nocte metus, iam
 poscit aquam, iam friuola trassert. Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant.
 A græcis γρυτοπία dicuntur, id est τὰ κτὶ πλὴν δικίαν σκευάζια, λεπτά. vnde & Gryto-
 polæ ab eis dicuntur qui huiusmodi supellectilia venditant, quos latine Friuola-
 rios appellare possumus. Nonnulli Friuolarios dicunt, vt Albeolos pro Al-
 ueolis. Nostrate vulgus quinquallierios eos appellat.

Friuola.

γρυτοπία
 Grytopole.
 Friuolarii.

Ex. l. vltima eiusdem tituli.

Respondi secundum ea quæ proponerentur, ob id quòd eo nomine intertri-
 turæ accidisset non teneri. Intertritura & intertrimentum damnum rei detri-
 tritæ significat. Varro libro primo de lingua latina, Detritum, inquit, à
 detritu dicitur, quòd ea quæ trita sunt minoris precii sunt. Ab eadem mente,
 intertrimentum, ab eo quòd duo quæ inter se trita sunt etiam diminuta sunt,
 à quo etiam intertrigo dicta. Hactenus Varro. Liuius libro secundo de bello
 Maced. Carthaginenses eo anno argentum in stipendium aduexerunt: id quia
 probum non esse Questores renunciauerunt, experientibusq; pars quarta de-
 cocta erat: pecunia Romæ mutua sumpta intertrimentum argenti suppleuerunt.
 Intertrimentum Liuius pro euanida argenti parte accepit, quæ in exco-
 ctione deperit, Dechetum aurifices appellant. Vtus est & alibi eodem modo
 eadem decade. Cicero in Prætura Urbana de æde Castoris loquens, quā P. Lu-
 nius sarram tectam tradere debebat, L. (inquit) Rabonio ædem Castoris tra-
 di oportebat. Is casu pupilli Iunū tutor erat testamento patris, cum eo sine

Intertrimen-
 tū & inter-
 tritura.

vilo intertrimento conuenerat iam quemadmodum traderetur. Quo tamen in
 loco in impressis libris nutrimento mendose legitur. Asconius autem, Detri-
 mentum, inquit, vnius partis esse potest. Intertrimentum vero dantis & ac-
 cipientis. secundum quod Cicero intertrimentum pro communi conficiendi
 alicuius negocii iactura posuit, quam vulgus perditam vtrinque appellat. In-
 tertrigo malum est quoddam cum scemina equitatu aliaue simili de causa at-
 teruntur adurunturque, a Græcis παρατριμμα, dicitur. Dioscorides autem pa-
 ratrimma, id est intertriginem vocat cum pes pedem vel vngula vngulam te-
 rit, vt in genere veterinario contingit. Columel. libro octauo, Subluuies & in-
 tertrigo pice liquida vel alumine & sulphure atque aceto mixtis litæ eruetur.
 Hodie in equis & mulis intertalliare vocamus, cum scilicet vitioso ingressu
 calces maxime posteriores, aut etiam suffragines atteruntur. Verum quando-
 doquidem in mentionem incidimus intertrimenti & intertrituræ, quæ damnū
 rei detritæ significant, vt intertrimentum auri & argenti excocti, addendum
 & aliud non absimile. Versuram enim facere honesta locutione apud Roma-
 nos dicebatur quod nos nunc dicimus pecuniam ad interesse mutuari, vel ad
 perditam finantiæ. Cic. ad Atticum libro quinto, Salaminii cum Romæ ver-
 suram facere vellent, non poterant, q̄ lex Gabinia vetabat. Et paulo post, Fit
 gratia Bruti Senatuscōsultum, vt neve Salaminiiis, neve qui eis dedissent frau-
 di esset, pecuniam numerauerunt, & postea venit in mentem sceneratoribus ni-
 hil se iuuare illud Senatusconsultum, q̄ ex syngrapha ius dici lex vetaret. Idem
 in Verr. actione tertia, Inspiciebamus Syraculis a Carpinatio confectas tabu-
 las societatis, quæ significabant multis nominibus eos homines versuram a
 Carpinatio fecisse qui pecuniam Verri dedissent, id est multis de causis pecu-
 niam sceneratoriam sumpsisse. In vulgatis exemplaribus vsuram corrupte le-
 gitur. Hinc natum prouerbiū apud Lactantium libro secundo Institutio-
 num, Cum igitur, inquit, ortum rerum tribuis naturæ ac detrahis deo, in
 eodem hestitans luto versuram soluis. Quod ex Terentii Phormione sumptum
 est, cuius hæc verba sunt, In eodem luto hæsitas, versuram solues Geta, præ-
 sens quod fuerat malum in diem abiit, plagæ crescunt nisi prospicis. id est de-
 bitas tandem pœnas dabis etiam cum scenore: simili conditione atque ii solēt
 qui vt syngrapham vnam dissoluant, & vna cautione se liberēt, pecuniam mu-
 tuam maiori scenore iterum accipiunt. in dies enim deteriorem conditionem
 suam faciunt, quod frugi homines non solent. Huiusmodi commentis mul-
 tos quotidie videmus fortunis omnibus euerti, qui dum tueri in publico fidē
 suam volunt, ære alieno vsque adeo se obruunt, quoad ad extremum fide la-
 befactata cum iam versuram facere non possunt, aut foro cedere, aut solum
 etiam vertere cogatur. Labefactatam autem fidem nunc appello quod nos
 creditum perditum dicimus. Tranquil. Rediit certe nihilo opulentior, vt qui
 prope labefactata fide omnia prædia fratri obligaret. id est cum iam versuram
 facere non posset a sceneratoribus. Tueri autem fidem suam est seruare illæ-
 sam famam locupletis debitoris. Cic. ad Atticum libro vndecimo, Literas tuas
 accepi pridie nonas Februarii, eoque ipso die ex testamento creui hæreditatem.
 Ex multis illis & miserrimis curis est vna enata, si (vt scribis) ista hæreditas fi-
 dem & famam meam tueri potest. Idem, Ego in cistophoro in Asia habeo ad

Intertrigo.

παρατριμμα

Versuram
facere.Versuram
soluere.Labefactata
fides.Tueri fidem
suam.

Fidem suam liberare.

Fidem alicuius sequi.

Fide sua esse iubere.

Fide aliena sumere.

Affidui.
Affiduus.

Classicus.

τιμωματα.
Classici.

Infra clas.

Classici testes.

Classici auctores.

Proletarii.

sestertium bis & vicies. Huius pecuniae permutatione fidem nostram facile tuebere. Et fidem suam liberare pro eo dicebant quod nunc negociatores & coactores tenere promissum dicunt, & non deesse promisso. Idem pro Flacco, Pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclia petiit. Ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus & fidem suam liberat. Vlpian. in. l. Si vero. infra Mandati. Si autem sub maioribus usuris foenus accepit, ut fidem suam liberaret, non dubito debere eum mandati iudicio & usuras consequi. Est & illa locutio in iure frequens, fidem alicuius sequi, pro eo quod est eligere aliquem cum quo rem habere aut negocium esse nobis velimus. Sic enim dici solet de iis quos aut locupletes, aut probos debitores esse credimus. Vfus est Vlpianus in lege prima supra de rebus cred. Est etiam exemplum in. l. secunda Cod. de bonis auct. iudic. possid. Est & illa locutio fide sua esse iubere, id est sponsores se constituere & appromissorem, & periculum in se recipere. Cuius exemplum eiusdem in lege. Vbi autem, de verb. oblig. Paulus. Si filius ita stipulatus fuerit, quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes? Inde etiam alia locutio, fide alicuius sumere, id est non sua sed aliena cautione. Cic. pro eodem Flacco, Nam hunc Hermippum hominem eruditum cui debeat esse notissimus percussit. eius enim fide sumpsit a Fufiis. Securus Hermippus Tenuum proficiscitur, cum iste sele pecuniam quam huius fide sumpserat a discipulis suis, diceret Fufiis per solutum. Affidui autem fidei iussores dicebantur locupletes, quam Burgesiacam cautionem nunc dicimus. Gellius libro decimo quinto. Affiduus in. xii. tabulis & pro locuplete & facile munus faciente dictus, ab assibus id est aere dando cum id tempora reipublicae postulareret, aut a muneris pro familiari copia faciendi assiduitate. Cicero in Topicis, Ex verbi vi argumentum sumitur hoc modo. Cum lex Aelia sancta assiduo assiduum vindicem esse iubet, locupletem iubet locupletem. Locuples enim assiduus ut ait Aelius, appellatus est ab asse dando. Idem Gellius libro decimo octavo, Ite ergo nunc, & quando forte erit ocium quaerite an quadrigam & arenas dixerit e cohorte illa antiquiore vel oratorum aliquis vel poetarum, id est classicus assiduusque aliquis scriptor non proletarius. Assiduum hic Gellius pro locuplete & probatissimo auctore posuit, cuius sit tanta in literis auctoritas, ut fidem eius sequi debeamus quasi idonei sponsoris alicuius verbi. Classicus eiusdem pene significationis est. Diximus alibi ex Livio Populum Romanum in classes ex censu distributum fuisse. Quomodo & apud Graecos τιμωματα dicebantur, ut ex Aristotele docuimus. Ab hoc igitur more classici dicebantur non omnes qui in classibus erant, sed primae tantum classis homines qui centum & viginti quinque milibus aëris ampliusve censu erant. Apud Graecos πρώτων τιμωματα, dicitur, id est primus census. Infra classem autem appellantur qui in secunda & sequentibus classibus erant, id est qui minore summa censu erant. Meminit Gellius in septimo. Propterea (ut inquit Festus) classici testes dicebantur qui signandis testamentis adhibebantur, hoc est primae classis homines quasi primae auctoritatis, & idonei veritatis sponsores. Ita metaphoricè Gellius auctores classicos appellat, quasi testes idoneos Latinae puritatis, & primae notae scriptores, quales sunt Cicero, Quintilianus, Livius, Caesar, Plinius, Vergilius, Oratius, Catullus. Contra Proletarii capite censu dicti sunt. Gellius tamen libro decimo

mo quinto, qui in plebe, inquit, Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque
 amplius quam mille & quingenta æris in censum deferebant, Proletarii appellati
 sunt. Qui vero nullo aut perquam paruo ære censebantur, capite censi vocabantur. *Capite censi.*
 Extremus autem census capite censorum æris fuit. ccclxxv. Proletariorum ta-
 men ordo honestior aliquanto & re & nomine quam capite censorum fuit. Nam
 & asperis reipublicæ temporibus cum iuuentutis inopia esset in militiam tumul-
 tuariam legebantur, armæque iis sumptu publico præbebantur, & non capi-
 tis censione, sed prosperiore vocabulo à munere officioque prolis edendæ appel-
 lati sunt, quæ cum re familiari parua minus possent rempublicæ iuuare, sobolis ta-
 men gignendæ copia ciuitatem frequentarent. à Græcis τὸ δηλοῦν τίμημα, dicitur,
 id est mercenariorum census vel opificum. In lege autem Aelia sancta ita
 cauebatur, Assiduo vindex assiduus esto. Proletario civi quiuis volet vindex
 esto. Hodie igitur classicos testes & assiduos dicere possumus omni exceptio-
 ne maiores, & irrefutabiles, quales in testamentis signandis adhibebantur. Con-
 trā vero proletarios & capite censos, tenues & ex pullata turba sumptos, hoc
 est leues & (ut vulgus loquitur) diobolares (quo modo & antiqui diobola- *Diobolares.*
 res meretrices dixerunt auctore Festo.) quos ipsos inopia ipsa refellit, quos
 famas magis quam fama commouere creditur. Vnde illud Iuuenalis, Iures licet &
 Samothracum, Et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper Creditur, atque *Συρφετῶνα*
 deos diis ignoscentibus ipsis. Propterea Græci huiusmodi plebeculam *Συρφετῶνα*
 appellant, & *Συρφετῶνα ὄχλον ἢ ἀγυρῶνα*, id est quisquilias & quasi dicas turbam
 quisquiliolam, à leuitate inditis vocabulis. Cicero ad Atticum de iudicio Clo-
 dianio loquens, Elapsum scito esse de manibus vno hoc iudicio statum illum
 reipublicæ. si iudicium est, triginta homines Populi Romani leuissimos ac nequis-
 simos nummulis acceptis ius & fas omne delere: & quod omnes non modo
 homines verum etiam pecudes factum esse sciant, id Caluum & Plancum &
 Spongiam, & cæteras huiusmodi quisquilias statuere non esse factum. Ut ad
 versuram reuertamur, Versuram facere vel soluere (ut inquit Donatus) est cre- *versuram fa-*
 ditorem mutare, & scenus scenore dissoluere, quasi nudato Petro Paulum te- *cere.*
 gere, vulgo dicunt, & ita dicam nomen nomine expungere. Cui non absi-
 mile est illud græcum ἔλω τὴν ἕλον ἐκ κερδῶν, id est clauo clauum elidere: quod etiā
 de iis dicitur qui flagitium flagitio tegere & obliterare contendunt, quod græ-
 ce dicitur ἀμαρτήματα ἀμαρτήματα σπύσσει δὲ ἐλάσαι, quod Terent. his verbis transtu-
 lit, Malitia alia aliam trudit. Ad verbum dici potest, culpam culpa exigere, sce-
 lus scelere expungere. Hoc tamen prouerbiū Aristoteles aliter in Politicis
 interpretatur. Quos autem huiusmodi versuras facere diximus, de iis prouer- *Echinus*
 biū lepidissimum apud antiquos Græcos fuit ἐχίνου τὸν τόκον ἀναβάλλει vel ἀνα- *parturiens*
βιάσεται, Echinus parturiens cunctatur, Echinus partum procrastinat, Echinus *cunctatur.*
 parturiens diem de die ducit. Echini enim terrestres, id est erinacei existiman-
 tur propter aculeos catulorum suorum partum morari solere, ac deinde acu-
 leatoribus factis catulis ægerrime eniti. Hoc igitur prouerbiū in eos vsur-
 pari solet, qui in perniciem suam morarum causas innectunt, cuiusmodi sunt
 illi versuram facientes, qui dum fidem suam labefactari ad tempus aliquod no-
 lunt, ad extremum fortunis omnibus euertuntur. Cæterum creui hæreditatē, *Creui hære-*
 quo in superiore exemplo Cicero ad Atticum vsus est verbo antiquo iuris, adiu- *ditatem.*

Creuit.

hæreditatem significat, vt antea dictum est. Creuit (inquit Festus) modo hæreditatem adii, modo maior ætate vel censu factus sum, modo dimicauit, modo diuisi. quæ omnia à duobus verbis cresco & cerno trahuntur. Idem Cicero ad Dolabellam, A te autem Peto, vt me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere, meq; aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiari. q̄q̄ mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omnis meas (si modo sint aliquæ meæ) laudes ad te transtulerim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. Peto à te, inquit, o Dolabella, vt sinas me hac fama frui reu à te præclare gestarum, quasi particeps fuerim tuorum consiliorum, id quod omnes falso existimant. Alibi idem à cresco dixit, Galeonis hæreditate creuit

Collybus.

id est locupletior & maiore censu factus sum. Porro Collybus id detrimentum pecuniæ est quod in ratiociniis emptionem auri appellant, & vulgo cambium dicitur, cum pecunia ad exterarum nationes exportanda est, & apud nummularios aliis speciebus commutanda. Vt si argentea moneta aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in vna prouincia, alio quo genere permutanda sint ratio receptoque & promulgato in ea prouincia. Id enim quod ex summa apud nummularium decedit & veluti deperit, Collybus verbo græco appellatur. Cicer. in Verr. actione quarta, Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant. primum pro spectatione & collybo. deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnes iudices non rerum certarum sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. Nam collybus esse qui potest cum vtantur omnes vno genere nummorum. Collybum appellat pecuniæ permutationem & nummorum quasi intertrimentum. Tranq. in Aug. Manibus, inquit, collybo decoloratis Nerulonenſis mensarius. Quo in loco pro contrectatione pecuniæ ponitur qua nummularii liuentes manus habere solent. Collybus inquit Pollux ἀργυρίῳ ἀλλάγη, id est pecuniæ permutatio. Ab hoc Collybista dicti nummularii. Spectatio autem in exemplo Ciceronis probatio est pecuniæ. Spectatores autem sunt quos Græci argyrognomonas appellant. Hæc ex dicto uerticulo. & vt Græci dicunt, ἐκ ἀργύρου dicta sunt. Sed fidem nostram liberare volumus. Circa principium enim opusculi nostri polliciti sumus, vt quisq; locus nos commonefecerit huiusmodi verborum iuris antiqui, aut etiam ad mores nostros pertinentium, ita nos esse dicturos quid de iis compertum habeamus, atq; etiam fortasse quicquid de iis ab antiquis auctoribus seruari hodie potest, qui quidem ipsi in manus hominum venerint.

Collybista.
Spectatio.
Spectatores.

Ex. l. pri. §. Nauem, de exercitatoria act.

Schedia.

¶ Siue linedria sit. Legendū puto siue schedia sit. Schedia græce ratis est latine, id est nauigium temere factum & inconditum, vt trabes connexæ & sine fabrica compactæ quæ nauigii vicem præbent: id est, Sudas inquit, τῶν περὶ τὴν ναῦν. Ponitur & pro ponte & pro loco fluminis quoquo modo iuncto eodem auctore. Herodotus certe pontem quo Darius Bosphorum iunxit schediam vocat. Festus, Schedia, inquit, genus nauigii inconditū, id est trabibus tantū inter se nexis factū: vnde mala poemata schedia appellantur. Schedion

Schedion.

dicitur à Græcis extemporaneum, id est quicquid inelaboratum, quicquid temere factum est, nec satis confectum, quod ἀπεχέδιασμένον dicitur. A rate Ratiarius dicitur, ut nauicularius, non opifex sed negociator, ut. l. Qui ratiario, supra proximo titulo.

Ex eadem lege. §. Igitur.

¶ Sed si ut certis mercibus eam locet puta legumini, cannape. Legendū canabī. Canabis hærba est ex cuius cortice funes intorquetur. Plinius lib. decimo nono, Deinde vtilissima funibus canabis feritur à fauonio. Et paulo post, Ipsa canabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. Canabis in Gallia & telis texendis & funibus faciendis accommodata est, à lino tenuitate differens & candore. Quod autem sequitur, Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) emphatæ sunt: melius in quibusdam embatæ legitur. Est autem vulgare verbum aut nauticum quod ad hanc significationem attinet, alioquin tamen græcum ἐμβάται verbū in hoc significato apud scriptores nec græcos nec latinos repertum, à verbo ἐμβαίω deductum quod conscendo nauem significat. Quæ si epibatæ legatur, sensus non alius erit. Epibatæ enim milites classiarīi dicuntur, hoc est milites in nauibus merentes, quo verbo nonnulli Latinorum vsi sunt. sed apud Græcos epibatæ pro vectoribus accipiuntur, id est ἀντὶ τῶν ὀχθυλίων. Naues igitur epibatæ ἐπιβάται quasi scanfles castrensi aut etiam nauali verbo dici possunt, quæ vectoribus traiciendis aptæ sunt. ἐπιβαίω enim conscendo nauem significat. Actuariæ naues à Latinis dicuntur, id est quæ remis aguntur non modo velis.

Ex. l. sec. ad leg. Rhodiam. de iactu. §. pri.

¶ Aut si quid exarmauerit. Hoc verbum Accursius incite interpretatur. Exarmare ea forma dicitur qua exalcicare, hoc est armis dispoliare, ut Cæsar locutus est. A græcis ἀφοπλίω dicitur. Exarmare nauem est nauem armamentis suis spoliare, ut malo, rostro, antenna, carchesio, clauo, pede, anchora & reliquis. Exarmare feras, est dentes, ungues, vel alia noxia membra adimere, vel etiam tuta mina quæ Græci ἀμωτήρια, appellant, quibus vim propulsare nata sunt. Lampridius in Heliog. Habuit & leones & leopardos exarmatos in deliciis, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam & tertiam mensam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis quæ exarmati essent, ad pauorem & ridiculum excitandum. Exarmare accusationem Plin. libro tertio Epist. metaphoricòs dixit pro debilitare & infirmare his verbis, E testibus quidam siue iratus quæ euocatus esset inuitus, siue subornatus ab aliquo reorum, ut accusationem exarmaret. Norbanum Licinianum Legatum & inquisitorem, reum postulauit tanquam in causa Castæ præuaricaretur. Huius verbi vsus multiplex esse potest si quis vim eius intellexerit. Præterea in eodem titulo vrinatores Accursius male interpretatus est. Sūt enim vrinatores qui à Græcis ὑψυδοὶ κολυμβηταὶ dicuntur, id est natatores subaquatiles. Latine eos quidam ab vrna dici volunt cum in aquam mergitur. Homerus κυβισήτας vocat à verbo κυβισῶ, quod in caput ferri deuoluique significat. Huiusmodi est enim habitus vrinantium cum gurgites subeunt. Et vrinari in caput mergi est, quo verbo Plinius sæpe utitur. Columella libro nono de anseribus loquens, inurinare dixit, neutra voce. Cybisteteres

etiam à Græcis quasi vrinatores dicti sunt saltatores quidam, qui in caput conuolui manibus pedibusque adductis didicerunt. Quod genus saltationis aut exercitii cybistema dicitur à Luciano in capite de Gymnasiis. Factitari id hodie à petauristis videmus, cum corpore in spiram contracto in caput prouoluntur. Trinabola lingua populari dicitur. A cubo id est tessera verbum id deductum, qui cum in alueolū iacitur hoc modo conuoluitur. Inter vrinatores sunt purpurarii, quos Græci porphyreis appellant: Laurentius ex Herodoto purpuratores transtulit. Et spongiatores, id est spongiarum piscatores, *σπογγιαῖοι* à Græcis dicuntur. Et conchyliarii, id est *κογχυλιβοται*. Plautus conchytyas appellat, qui conchylia conquirunt in mari. In Codice Iustiniani murileguli dicitur quasi muricarii, à muricibus legendis. Vrinatorem dudum vidimus sacerdotē ranæ modo in caput se mergentem, diuaricatis sursum cruribus pectus eunte, ac per riparum caua gurgitumque pisces latitantes perscrutatem referentemque.

Ex eodem titulo. I. Qui leuandæ.

C Volutius Metianus ex lege Rhodia libro Epitomatorum. In vetusto exemplari Epitomarum emendate legitur. Epitome genere fœminino opus concisum dicitur, & latine breuiarium. Tranquillus in Augusto, Fecit & breuiarium totius imperii, quantum militum sub signis vbique esset, quantum pecuniarum in ærario & fiscis & vectigaliorum residuis. Sic Plin. Vt pariter, inquit, totius culturæ breuiarium quoddam peragatur. Pro eo accepit quod vulgo botderellum dicimus. Breuis etiam & breue dicitur in. l. vlti. de conueniendis fisci debitoribus, C. libro decimo, Inter chartulas confiscati breuis quidam asseratur inuentus qui nomina debitorum contineret. Lamprid. de Alexand. Milites suos sic vbique sciuit vt in cubiculo haberet breues & numerum & tempora militantium. Flauius in Aurel. Breue, inquit, nominum conscripsit. Diximus alibi quid sit Breuiarium Principis hodie, quod & breue & breuis dici potest. Inualuit autem peruersa consuetudo, vt Epitoma neutro genere dicatur, vnde Epitomata libros Flori inscribunt. Id autem nec analogia nec vsu nec auctoritate doctorum defendi potest: errore verò eorum inductum est qui epitoma vt epithema & anathema, & similia dici putauerunt. Quod autem sequitur, Deprecatio Eudæmonis, ex Græco traductum est: cui errori similis est eorum qui diacones & diaconibus dicunt, quasi diacon in recto vt Dracon & Solon dicatur.

Ex. l. secunda, eiusdem tit. in principio.

C Amissarum mercium domini si merces vehendas locauerint, ex locato cum magistro nauis agere debet. Hoc verbum (inquit Accursius) promiscue accipitur. Horum verborum locare & conducere frequens est vsus hic & in titulo lo mādati. Propterea vt eorū vsus intelligatur, sciendū est præter notam eorum significationē esse & aliā elegantem tum apud Iurisconsultos, tum apud alios scriptores vsitatam. Quæ enim locator sit plerumque qui precium accipit, & conductor qui dat, vt sit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquam viceversa euenit, vt locator precium det, conductor accipiat. Cicero in Verrem Actione secunda, Quum L. Octauius, C. Aurelius Consules ædes sacras locauissent, nec potuissent omnia sartatecta exigere, & reliqua. Idem, Locatur opus id quod mea pecunia reficiatur. Et rursus, Hoc tu. D. milibus locauisti, atque in

Purpurarii.
Spongiatores.
Cochyliarii.
Conchyta.
Vrinator in signis.

Epitome.
Breuiarium.

Breuis & breue.

Epitoma.

Diaconi.

Locare.
Conducere.

Locator.
Conductor.

illis columnis dico esse quæ à tuo redemptore commotæ non sint. Et iterum, Qui redemerit satisfidet damni infecti. Iulianus, Si quis vitulos pascendos, vel faciendum quid poliendum ve conduxit, culpam eum præstare debere. Ulpianus, Siquis seruum docendum conduxerit eumq; peregre duxerit. &c. Conducere igitur de eo dicitur qui precium accipit, quod & redimere dicitur. Unde redemptor huiusmodi conductor dicitur, qui & manceps à Cicerone & Traquillo dicitur. Cicero lib. secundo de Divinatione, Magis enim id munere deduxerant faciendam. Idem in Prætura urbana, Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse videt. Idem in secunda actione in eundem, Etenim qua stultitia ipse fuisset siquam diem qui istum eripiendum redemerunt, in cautione viderent, cum ita caueret, si post Calendas Ianuarias in consilium iretur, in eam diem cum potuissem vitare incidissem. Redemerunt, inquit, id est qui susceperunt procurationem corrumpendorum iudicium, & conduxerunt corrumpendum iudicium. Labeo in. l. vltima huius tituli, locare & conducere pro eodem accepit. Laurentius Vallensis promiscuam huius verbi loci significationem esse dixit de gerundiis loquens libro primo Elegantiarum. Locare enim sepulturam faciendam, inquit, tam significat dare alicui faciendam, qm se ad faciendam eam locare. Cuius dicti nec rationem iniui: nec exemplum vllum memini præterq hoc Labeonis vel Pauli. ubi & ego errorem esse censeo, & pro locasset legendum locassetes secunda persona. Quod enim nos locare opus dicimus vel locare fundum, hoc Græci μιδοῦν dicunt, & ἄρμιδοῦν, id est dare faciendum mercede constituta. Demosthenes παρ ὧν ἐβλήθησι τάλαντων, τάλαντα μιδοῦσι τὰς τριηραρχίας, id est, A quibus isti cum talentum exegerunt, talento naues præbendas locant. quasi dicat, nihil suæ pecuniæ impendunt. Idem, ἐμιδοῦσι πασίωρ μὲν τράπισσιν τῶν, id est, Mensam huic Pasion locavit: certa scilicet pecunia non data vel promissa, sed accipienda. Qui autem cōducit, Phormio, scilicet ἐμιδώσῃ, id est cōduxit à Pasione. Sic μιδοῦμαι ποτῆρον, conduco opus faciendum, vt redemptores operum solent. Idem, ἢ ὁ πόρων τριαιωντο, ἢ ἐπιδοῦμιδοῦντο ἐκθροῖσαι, Aut poma legenda redimerent aut messem demetendā conducere. Idem in Timocratem, τὰ τέλη ὀνημελίης καὶ μιδοῦματα, μιδοῦντες pro publicanis & mancipibus dixit. Conductores etiam ἐργολαβοῦντες dicuntur. Quo verbo etiam metaphorice vocantur apud oratores homines fortes iudiciorum corruptores, & sycophantæ: quos Cicero sequestres emissarios, & interpretes iudiciorum corrumpendorum vocat.

Conducere:
Redimere
Redemptor
Manceps:

Locare:

μιδοῦν &
ἄρμιδοῦν

μιδοῦμαι

ἐργολαβοῦντες

Ex. l. Quicumq; de institoria actione.

Idem ait, Si libitinarius quem Græce vocat, seruum pollicitorem habuerit. Lego, Si libitinarius que Græci τὰφία, vocant, seruum pollinctorem habuerit. Pollincere est mortuū curare, à quo pollinctor dictus huiusmodi curator. Plautus in prologo Pœnuli, Eorū alter viuit, alter est mortuus. Propterea apud vos dico cōfidentius, quia mihi pollinctor dixit qui eum pollinerat. Et in Sticho, Hodie pollinctura est. Ezechielis. xxxix. Vt sepeliant eum pollinctores in valle multitudinis Gog. Pollucere autē est Herculi sacrificiū facere: quod quia laute fieri solebat, ideo pollucibiliter à Plauto in Mustel. pro laute & splendide ponitur, Pergæcamini, parasitos pascite, opsonate pollucibiliter. Et pollucere

τὰφία
Pollincere:
Pollinctor:

Pollucere
Pollucibiliter:

Pollucibilis
cœna.

Polluctor.

Plinii locus.

Polluctum
Pollinctum.

Epulum funebre.
ἑπισημιαστικόν.

Herculanea
pars.

Libitinarii.
Libitina.

Necrophori.

cibilis cœna à Macrobio pro opipara & splendida usurpatur. Pollucere enim verbum est ad sacra pertinens, vt ex Marco Catone apparet his verbis, Ioui dâ palî culignam vini quantamuis polluceto. Et rursus, Cum pollucere oportebit sic facito. Polluctores igitur à pollinctoribus differunt, in quo Hermolaus Barbarus vir præstantis doctrinæ falsus est, vt videtur, qui duo hæc verba confundit in emendationibus Plinianis. Quare apud Plinium libro tricesimo secundo, pollincere & pollinctum contra fidem antiquorum exemplarium legitur: in quibus sic legimus, Numa constituit vt pisces qui scamosi non essent, ni pollucerent patrimonia, commentus vt conuiuia publica & priuata cœnæque ad puluinaria facilius compararentur, ni qui ad polluctum emerent, precio minus parcerent, eaque præmercerentur. Polluctum vt ex verbis Plinianis apparet cœna est pollucibilis & opipara. Pollinctum verò cœna feralis, quæ gentili more in rogum delata cum corpore cremabatur. Persius, Sed cœnam funeris hæres Negliget, iratus q̄ rem curtaueris. Plautus in Stichô, Hæc venisse iam opus est quantum potest, vt decimam partem Herculi polluceam. Idem in Ruden. Spectatores vos ad cœnam vocẽ ni daturus nihil sim, neq̄ sit quicquid pollucti domi. id est si nobis esset cœna tam laute apparata q̄ esse solet eorum qui votiuum epulum faciunt, hoc est polluctum, ad cœnam vos vocassem. Epulum autem funebre dicitur quod in funere potentiorum fiebat, quale hodie quoq̄ factitari videmus. A Græcis ἑπισημιαστικόν dicitur, quam circumportationem à Cicerone vocatam existimo in secundo de Legibus. Moris autem fuit apud antiquos vt decimam partem bonorum suorum Herculi vouerent, quæ pars Herculanea dicebatur. Plautus in Trinũ. Nam iam de hoc obsonio dimini modò quinq̄ numos, mihi detraxi partem Herculaneam. Et in illo exemplo superiori, Vt decimam partem Herculi polluceam. Et pollucere patrimonium in illo exemplo Pliniano, pro decimare, hoc est decimam partem votiuo epulo in Herculis honorem impendere. De huiusmodi decima (quod minime Accuratius suspicaretur) intelligendum illud Vlpiani dictum in l. secunda de pollicitationibus, Si decimam quis bonorum vouit, decima non prius esse in bonis desinit, q̄ fuerit separata. Plautus in Mustel. de homine maxime prodigo, Is vel Herculis, inquit, conterere quæstum potest: id est decimas quæ Herculi vouentur. Pollucere hodie patrimonia dici possunt, qui decimam facultatũ suarum in erogationes pias vouerunt, quod nonnullos superstites nos factitasse optima fide scimus. Multæ sunt huiusmodi voces antiquæ, quarum vsus multiplex hodie esse potest, si quis vetustatem interpolare solertia quadam & in vsu nouo strum instaurare didicerit. Libitinarii à libitina dicti sunt, vt inquit Varro, in cuius æde (vt Acron auctor est) constituti erant qui efferenda corpora conducebant, & funebribus necessaria præbenda. Tranq̄ in Nerone, Triginta funerum milia in rationem libitinæ venerunt. Lúius, Pestilentia in agris forisq̄ & conciliabulis, & in vrbe tanta, vt vix libitina sufficeret. id est operẽ libitinariorum. Oratius, Autumnusque grauis libitinæ quæstus acerbæ. Ii igitur ad quos funera pertinebant (qui & funus facere, & parentare, & iusta facere persolueretque dicuntur) libitinariis funera accuranda locabant, illique præbenda omnia conducebant. In qua re administranda seruorum opera utebantur pollinctorum, qui à Græcis νεκροφοροι dicuntur, quasi defunctiferi, quorum apud

pellatione vespillones, sandapilariiq; continentur. Huiusmodi sunt apud nos hodie vulturii illi codonophori, id est tintinabula gestantes, quos anteambulo nes atratos latine appellare possumus, & ferales præcones, ex quorum grege sunt funerum indiçtores, quorum omnium vota sunt eadem quæ orci. Hos di ris omnibus ad morientium vestibula vltro aduolare videmus, vt in prouer bium venerint horum apud nos vota, vt apud antiquos libitinariorum. Quorû tamen improbitas sacerdotali iam avaritiâ vincitur, aliis super alia quotannis capturarum nominibus excogitatis.

Vespillones.
Sandapilarii.
Codonopho
ri.
Anteambulo
nes atrati.
Ferales præ
cones.

In eadem lege. §. sequenti.

¶ Si pecuniâ accepta præsentî vt per dies singulos partem ei præstaret, contur bauerit. Hoc verbum nõ esse intellectum ab Accursio minime mirandum est, cum à nullo enarratorum recte interpretatum videam. Cicero pro Plancio, Verum fac me multis debere, & in his Plancio: vtrum igitur me conturbare oportet: an cæteris cum cuiusque dies venerit, hoc nomen debitoris quo vrget nunc competitor dissoluere: Idem ad Quintum Fratrem, locum autem Cæsa ris de sua egestate ne sis aspernatus. ad quem ego rescripti nihil esse quod post hac artis nostræ fidutiâ conturbaret. Conturbare decoquere & pecuniam suâ dissipare significat. & proprie de seruis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt, vt in. l. Quidam, infra de in rem verso. Plena autem locutio est conturbare rationes, vt in Eunuchò Teret. Ita conturbasti mihi rationes omnes. Vel conturbare fortunas, vt Cicero ad Cælium in octauo Epistol. Sic intelligi debet conturbabit Atlas apud Martialem in nono Epigrammaton, Gradis in æthereo licet auctio fiat olympo, Coganturque dei vendere quicquid habent: Conturbabit Atlas, & non erit vnciâ tota Decidat tecum qua pater ipse deum: id est cælum totum tibi decoquet. Sic in decimo, Hic preciosa famēs, contur batorq; macellus. Sic conturbatorem macellum dixit, vt in septimo conturba torem aprum, Noster te non capit ignis Conturbator aper, vilis esurio. Qui enim ex macello viuebant Romæ, & cupediis mensas & apro onerabant: ad extremum patrimonia vorabant, & decoctores vel inopes certe fiebant. Iuena lis, Sic Pedito conturbat, Matho deficit. Quem locum nullus enarratorum (nisi fallor) intellexit. est enim verbum iuris antiquum, quo Vlpianus & Alphenus tanquam noto sunt vsi.

Conturbare.

Conturbare
rationes.

Conturbare
fortunas.

Iuuen. locus.

Ex. l. illud. §. Si cuius dolo de trib. act.

¶ Sed re comparata si non tribuat dolo nõ caret. Lego comperta pro depræ hensa, explorata, rescita.

Ex. l. pri. ad Senatufc. Mace. in principio.

¶ Qui pecuniam ne quid amplius diceretur in certis nominibus crederet. Ac cursus hunc locum incerte interpretatus est. Nomen interdum pro causa ponitur. Tranq. in Galb. Nam cum in verba eius absentis iurantibus donatiuum grandius subito Præpositi pronunciaissent, neq; rem ratam habuit, & subinde iactauit se legere militem non emere, atq; eo quidem nomine omnes qui vbicq; erant exacerbauit. Cicero in Verrem Actione tertia, Inspiciebamus Syraculis à Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabant multis no

Nomen.

minibus eos homines versuram à Carpinatio fecisse qui pecuniam Verri dedissent. Nomina Cicero appellare solet causas & negocia & personas quibus in conficiendis rationibus expensæ pecuniæ feruntur. Idem in frumentaria, Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione, & collybo, deinde pro nescio quo Ceratio. Idem in secunda actione, His nominibus solis Gneo Dolabellæ ad sestertium tricies litem esse æstimatam. id est (vt inquit Asconius) his titulis & capitibus criminum. articulos vulgo nunc dicimus. Arrianus iuriscòsultus, Exauكتورatus, inquit, eo nomine non vtique infamis erit. Sensus est igitur huius loci, Macedonem incertis nominibus in creditum ire instituisse, ne manifestus aliquando fraudis ac scelerum fieret. Non enim credendi causas & negocia in quæ pecuniam mutuam dabat in cautionibus ascribi volebat, vt interdum fit cum turpi de causa mutuati, certa quadam de causa mutuum nos accepisse cauemus. De significatione huius vocabuli satis multa diximus in titulo de officio Proconsulis. Nomen igitur hic Accursius male pro cautione intellexit, quæ sæpe ita accipiatur. vt apud eundem Ciceronem, Cum pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse, prædia vendidisse diceretur. Et apud Columellam libro primo, Nam vel optima nomina non appellando fieri mala scenerator Alphius dixisse seuerissime fertur, id est non interpellando.

Ex. I. Quod si seruis. §. pri. de in rem verso.

CSed si pecunia accepta domum dominicam exornauit tectoriis. Et paulo post, Pati debet dominus creditorem hoc auferre sine domus suæ videlicet iniuria.

Expolitionū
genera.
Albarium
opus.
Tectorium.

Mirari forsitan quis possit, quomodo tectorium sine domus noxa possit auferri. Quod vt intelligamus sciendum est perfectorum operum expolitionem tribus rebus contineri, ruderatione, quo nomine & statuminatio & nucleus comprehenditur: albario opere, & tectorio, sub quo & marmoratum & arenatum opus & trullissatio intelliguntur. Quorum omnium explicationem Vitruuius libro septimo de Architectura profecutus est. Tectorium autem super trullissationem fiebat: tribus interdum inductis coriis ex arenato, totidemque super inductis ex marmorato deinceps extenuationibus, adeo numeris omnibus exactum, vt longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendicularum, anguli ad normam respondentes exigerentur. Ita enim demum emendata tectoriorum in picturis erat species. Ita nulla nec eminentia, nec lacuna in opere intruere videbatur, nec humorem tectorium remittebat. Pigmentis vero madente adhuc tectorio inductis, totum rursus baculis prouolutis subigebatur frictionibusque leuigabatur, vsque eo vt speculorum modo rerum imagines redderet. Vitruuius, Quæ autem, inquit, tectoria fundata arenati & marmorati soliditate sunt, cum sint politionibus crebris subacta, non modo fiunt nitentia, sed etiam imagines expressas aspicientibus ex eo opere remittunt. Arenatum autem est apud Vitruuium Varronem & Plinium, quod fit ex calce & arena. Marmoratum quod ex calce & marmore tuso triplici varietate comminuto, prout trium coriorum exigebat usus. Varro lib. primo de re Rustica, Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Idem, Ideoque in iis cameras marmorato & parietes pauimenta

Arenatum.
Marmoratum.

taq̄ laudabiliter faciunt. Et rursus, Vbi libraueris de glarea & calce, arenatū primo corio facito. Plinius libro trigésimosexto, Tectorium nisi ter arenato & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Arenatum hodie mortarium vocamus, cum mortarium latine sit locus vbi arenatum rutro subigitur. Vitruuius de tectorio loquens, Cum ab arena præter trullificationem non minus tribus coriis fuerit deformatum, tunc è marmore grandi directiones sunt subigendæ, dum ita materies temperetur vt cum subigatur non hæreat ad rutrum, sed purum ferrum è mortario liberetur. Idem, Grecorum verò tectores non his rationibus solum vtendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato calce & arena ibi confusa, decuria hominum inducta ligneis vectibus pinsant materiam, & ad certamen subacta tunc vtuntur. Tectorium continet arenatum & marmoratum quæ supra trullificationem fieri solita sunt, & omnino hodie obsoleuit. Albariū verò ex pura calce fit, & hodie est in vsu. Trullificatio ex gypso fit frequens hodie vt & arenatio. Trulla enim instrumentum est quod vernaculæ linguæ allusione satis intelligitur. Eo enim linendis muris & arenato gypsatoque inducendis vtuntur. Tectoriū verò opus adeò olim durecebat in crustas, vt in abacorum vsu & speculorum facile eximeretur, quod ex Vitruuio intelligere possumus lib. vii. his verbis, Itaque veteribus parietibus nonnulli crustas excidentes pro abacis vtuntur, ipsaque tectoria abacorum & speculorum diuisionibus circa se prominentes habent expressiones. Abacus nūc tabula est calculatoria qua logistæ, quos Algoristas dicimus, numeros subinde deletiles ducunt. Abacus autem in opere intestino genus id scrinii est super quod in tricliniis argentea vascula exponi solent, Dresorium lingua vulgari dictum. Cicero in Verrem actione quinta, Diocles est Pamphili gener Popilius cognomine, ab hoc iste abaci vasa omnia, vt exposita fuerunt abstulit. Iuuenalis Satyra sexta de tectorio tanq̄ exemptili dixit, Tandem aperit vultum & tectoria prima reponit, Incipit agnosci. Per tectorium fucamentum muliebri significans, quod ponitur deponiturq̄ pro earum arbitrio ad splendorem & nitorem malarum. Eadem ratione (vt arbitror) dictum illud est à Persio Saty. quinta, Dignoscere cautus Quid solidum crepet, & pietta tectoria linguæ. Tectorium à Græcis κωνίαμα, dicitur, & κωνιάτης tector. In actis Apostolorum cap. xxiii. τοῖχοι κωνιαμίδες, paries albario opere vel tectorio illitus dicitur, τὸν πρὸς σε μέλλει ὁ θεὸς τοῖχε κωνιαμίδες. Et Matth. xxiii. τὰ φοι κωνιαμίδες, Sepulchra albario illita. Lib. x. Cod. in titulo de excusat. artificū, Albinii quos Græci coniatas appellant.

Mortarium.

Albarium.

Trullificatio.

Trulla.

Tectorii in a duratio.

Abacus logistarum.

Abacus in tricliniis.

Tectorium.

κωνίαμα.

Agoranomi.

Ex. I. Ideo. de compenf.

¶ Ideo condemnatus q̄ arctiorē annonā edulitatis tēpore præbuit, frumentaria pecuniæ debitor nō videbitur. Accursius edulitatem famē interpretatur: ego verò ædilitatis lego. Ad Ædiles enim cognitio mensurarū & annonæ pertinebat: qui propterea græce agoranomī dicuntur, id est foro venaliū legē imponētes & macello ius dicentes. Hæc cognitio ad procuratores regios delata est: quorū ianua pistoris & huiusmodi hominibus quibus ius dicere solēt, nō tā patere vulgo creditur q̄ hiare. Certe vt illi se uere aut comiter cū circūforaneis hominib⁹ agūt, ita nos vt bene aut male uescamur faciāt. De Ædilibus ita

in duodecim tabulis cautum est, Suntque Ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumque solenniū, ollisque ad honoris amplioris gradū is primus ascensus esto.

Ex. I. prima. §. pri. in titulo Depositū.

Tumultus.

Militia genera tria.
Sacramentū.

Euocatio.

Tumultus insignia.

Tumultuarium.
ἄνολοξέδιον
παραλύχον.

Cum tamen deponere tumultus vel incendiū vel cæterarum causarum gratia intelligendum est qui nullam aliam causam deponendi habuit quæ imminens ex causis supradictis periculū. Tumultus hoc in loco quomodo intelligendus sit ab Accursio & sequacibus eius iuris peritis parū animaduersum esse puto. Seruius grammaticus in octauum Aneidos, Tria, inquit, genera olim militiæ fuerunt. sacramentum quæ legitima erat militiæ cum singuli milites iurabant. tumultus, id est bellum Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculū vicinitate erat timor multus: & quoniam singulos interrogare non vacabat, qui conuenerant simul iurabant, & dicebatur ista militiæ coniuratio. Qui enim ducturus erat exercitum ibat ad Capitolium, & exinde proferēs duo vexilla, vnū roseum quod pedites euocabat, & vnū cæruleum quod erat equitum (Nam cæruleus color est maris, à cuius deo constat equū inuētum) dicebat, Qui rempublicam uale saluam esse, me sequatur. Erat & euocatio cū ad diuersa loca diuersi cogebantur exercitus. Hactenus Seruius. Verg. Extemplo turbati animi, simul omni tumultu Coniurat trepido Latium. Cicero in Antoniana octaua, Potest enim bellū esse sine tumultu, tumultus sine bello esse non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tāta ut maior timor oriatur: unde etiā nomē ductū est tumultus. Itaque maiores nostri tumultū Italicum quæ erat domesticus, tumultū Gallicum quæ erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem esse tumultum quæ bellum hinc intelligi licet, quæ bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Hactenus Cicero. Lilius libro octauo ab Vrbe cond. Nondum perfunctos cura Priuernatis belli tumultus Gallici fama atrox inuasit, haud ferme vnquam neglecta Patribus. Et paulo post, Mamerianus, inquit, cui Gallicum bellum euenerat, scribere exercitum iussus sine ulla vacationis uenia. quin opificum quoque vulgus & sellularii minime militiæ idoneum genus exciti dicuntur. Idem libro septimo, Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab vrbe profectus est. Insignia autem omnia tumultus Cicero vno in loco expressit Antoniana quinta, his verbis, Rem sine mora administrandam & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere, delectū haberi sublatis vacationibus in vrbe & in Italia. Idem in octaua, Delectus tota Italia decreti sublatis vacationibus, saga cras sumentur. Ex prædictis satis apparet omnia in tumultu præpropere administrari publice priuatimque solita, cum bellum vrgens & quasi muris imminens solennes actus non admittit. Indèque factum ut tumultuarium pro præpropere & subitaneo & rapide facto aut quæsito accipiatur. Græce ἄνολοξέδιον dicitur & παραλύχον, & tumultuaria manus δὲ πρὸς ὑχόντες. Idem Lilius libro primo de bello Maced. Duabus legionibus subitariis tumultus eius causa scriptis, additisque ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo, Caium Appium Præfectum sociorum hac tumultuaria manu per Umbriam agrū Boiorum inuadere iussit. Tumultuaria

rium & subitarium pro eodem posuit. Quod verbum si Accursius intellexisset, melius verba Iuliani enarrasset in. l. Navis, supra de institoria actione. Ibi que tumultuariis armamentis comparatis ad praesens Hostiam nauigauit. Vbi tumultuaria Iulianus pro subitanis & ex tempore conquisitis, non iustis & plane fabricatis eleganter accepit. Proinde in huiusmodi tumultu fraudem admittere peccatale erat, non in quolibet. Nobis autem iustum tumultum esse dixerim, vel olim potius fuisse (Nunc enim omnia nobis cum illis conveniunt) Britannorum, id est Anglorum classis appulsum ad littora nostra, aut Germanorum ad Burgundiam aut Campaniam incursionem, & si quod eiusmodi bellum est, cuius tumultuosi nuncii esse trepidique soleant. Sic enim vocabantur, Tranquillus in Nerone, Cœnæ quoque tempore interpellatus tumultuosioribus literis, haec tenus excanduit vt malum iis qui descissent minaretur. Et tumultuari verbum eodem ferme pertinebat. Idem in Galb. Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit. Quo modo & à Grecis *θορυβῆν* usurpatur. Demosth. *ὡς πρὸς πρῶτα πρὸς βίας, καὶ μὴ μετὰ ταῦτα ὁσάντις πρὸς πρῶτον ἢ πρὸς μείζονος ἀκρόντες δ' ἀναμύρι φιλίππια καὶ ξένους, ἰθορυβῆν.* *θορυβῆν*, id est tumultuari dixit pro in tumultu esse, & quasi tumultum decernere: id ferme quod lingua vernacula dicitur. *ἐπιχειροῦν* aut etiam mutinari, quod verbum à mutiando, id est inussum deductum est. Populus enim multa in huiusmodi consternatione summissim dicere solet quæ aperte non audet. Plutarch. in Cæsare *ἐπιχειροῦν* pro tumultum decernere dixit. In tumultu, vt ex verbis illis Ciceronis & Liuii apparet iustitium indicebatur, id est iudicialia fora claudi ac filere iura iubebatur, vacationes non valebāt: vt hodie in Gallia cum bannum & retrobannum edicitur, & id verbum adicitur priuilegiati & non priuilegiati. Nos euocationem fortasse & subeuocationem latine dicere possumus sublati vacationibus edictam. Euocare enim verbum ad vocationem bellicam accommodatum est, vt ex verbis Seruii grammatici supra vidimus. Cic. pro Rabirio, De te ipso in quâ Labiene quero cū ad arma ex Senatuscōs. Consules euocassent, cū armatus Aemilius in comitio stetisset, & reliqua. Euocatorū etiam meminerūt Cæsar & Tranq. sed nihil nunc ad rem. In tumultu etiā sagatus populus Ro. erat. Est enim sagum vestis index belli, vt toga pacis. quam tamen Consulares non gestabant, id quod ostendit Cic. in Anton. viii. Equidem Patres conscripti quæ hodie vti togati esse solent, cum est in sagis ciuitas, statui tamen vobis cæterisque civibus in tanta atrocitate temporis tantæque perturbatione populi Rom. non differre vestitu. Non enim ita nos gerimus hoc bello Consulares, vt equo animo populus Rom. visurus sit nostri honoris insignia. Sagati etiamnum erant ad bella exeuntes, vt paludati Consules & reliqui exercituum duces, qui Imperatores etiam vocabantur. Sagum autem militare ac bellicum gestamentum fuisse, cum ex Nonio tum ex Tranquilli verbis in Augusto intelligimus. Consulatum (inquit). xx. ætatis anno inuasit ad motis hostiliter ad urbem legionibus, missisque qui sibi nomine exercitus deposcerent. Cum quidem cunctante Senatu Cornel. Conturio princeps legationis reiecto sagulo ostendens gladii capulum, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet si non feceritis vos. Capitol. in Mar. Philosopho, Per Brundisiū veniens in Italiam togati & ipse sumpsit, & milites togatos esse iussit: nec vnquam fuerunt sagati sub

Tumultus in
stus Gallis.

Tumultuaria

θορυβῆν.

ἐπιχειροῦν
ταραχῶν

Euocatio
Subeuocatio
Euocare.

Sagum.

Paludamen-
tum, a quo
paludatus.

eo milites. Est alioqui sagum vestis stragulae genus non dissimilis cilicio. Tra-
quil. in Othone, Ferebatur & vagari noctibus solitus, & inualidum quoniam ob-
uiorum vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iac-
tare. Plinius libro. xvi. de visco loquens, Sacerdos candida veste cultus arbor-
rem scandit, falce demetit, candido id excipitur sago. Vtitur & Hierony. Exod.
xxvi. Caeterum quod Tranq. in sublime sago iactare dixit, vulgo bernare di-
cunt, id est sago excutere sursum versus. A sago sagaria negociatio dicitur in l.
Cum duobus, infra pro socio. Quod verbum Accursius mire interpretatur. De
paludamento quae chlamys est imperatoria, vt diximus, id est eorum qui exer-
citus educebant, Valerius libro primo de Crasso loquens qui apud Parthos
occubuit, Pullum, inquit, ei traditum est paludamentum, cum in praelium exe-
tibus album aut purpureum dari soleret. Plinius in Panegyri. Gestus Consula-
tus non hoc vrbs ocio & intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes, vt illi
solebant quibus erat moris paludamento mutare praetextam: id est pro pre-
texta quae consulare gestamen erat in vrbe, paludamentum quod gestamen
est bellicum & castrense sumere. Tranq. in Vitel. Urbem quoque ad classicum
introiit paludatus, ferroque succinctus inter signa atque vexilla sagulatis comiti-
bus. Iuuenalis. Cumque paludatis ducibus praesente marito Ipsa loqui. Paluda-
mentum hodie cottam armorum vocamus.

Ex. l. Si hominem. s. Quoties, eodem tit.

Foro cedere.

Argentarii in
foro taber-
nas habentes.

Quoties foro cedunt numularii solet primo loco ratio haberi depositariorum.
de foro cedunt (inquit Accursius) id est litigare nolunt, sed bonis cedunt: quasi
ro igitur cedere dicebantur argentarii, cum tabernis, id est mensis suis cedentes
quae in foro Romano erant, alio habitatum migrabant. Argentarii enim Romae
tabernas in foro publico conductas habebant. Plaut. in Afinaria, Quatriduum
hoc vnu modo foro operam assiduam dedi, dum reperiam qui quaerit argen-
tum in foenus. Terent. in Phor. Sed transi fodes ad forum, atque illud mihi argen-
Perfa, Mirum quin tibi crederem, vt ipse mihi faceres quod partim faciunt argen-
tarii, vbi quid credideris, citius extemplo a foro fugiunt quam ex porta ludis
ambulans, sub veteribus ibi sunt qui dant quique accipiunt foenore pone aedem
Castoris, ibi sunt subito quibus credas male. In aede autem Castoris quae in foro
erat Romano solebant pecuniae mercatorum foeneratorumque deponi. Vnde illud
Iuuenalis Satyr. xiiii. Quanto capitis discrimine constant Incrementa domus,
aerata multus in arca Numus, & ad vigilam ponendi Castora numi. Quae morem
Venetiis hodie quoque seruari aiunt. Herodianus lib. pri. in templo Pacis diuites
pecunias suas deponere solitos esse ait. indeque crebra in iure mentio pecuniarum
in eade sacra deponendarum. De huiusmodi tabernis intellexit idem Vlpianus
in l. Qui tabernas argentarias, infra de contrahenda emptione: quo in loco
Accursius nihil prorsus intellexit. Id autem ex Vitruvio libro quinto intelligi
potest, vbi de foris aedificandis loquitur: Italiae vero urbibus, inquit, non eadem
ratione est faciendum, ideoque a maioribus consuetudo tradita est gladiatoria mu-

nera in foro dari. Igitur circū spectacula speciosiora intercolumnia distribuuntur, circūq; in portibus argētariæ tabernæ, menianāq; in superioribus coaxationibus collocetur, quæ ad vsum & vectigalia publica recte erūt disposita. In de circūforaneū æs Ciceroni pro sceneratio. Sic enim inquit ad Atticū, Tusculanum & Pompeianum me valde delectant, nisi q; me ipsum illū vindicem eris alieni, ære non Corinthio sed hoc circumforaneo obruerunt. Cedere foro vulgus facere bācquam ruptam dicit, hoc est negociationem mensariam abrumperē. Quod & solū vertere dicitur. Iuuenalis Satyr. xi. Hi plerunq; gradus, con ducta pecunia Romæ, Et coram dominis consumitur: inde vbi paulum Nescio quid superest, & pallet scenorīs auctor, Qui vertere solū, Baias & ad ostia currunt, Cedere nanq; foro iam non est deterius q̄ Aesquilias à feruenti migrare suburra. Vertere solū est aliō migrare, hoc est regionē mutare, siue exiliū causa, siue ob æs alienum. Cicero in Anto. v. Sunt item lecti iudices qui forte excusabuntur: habent enim legitimam excusationem exiliū causa solum vertisse, nec esse postea restitutos. Idem pro domo sua, Qui erant, inquit, rerum capitalium damnati, non prius ciuitatem amittebant q̄ erant in eam recepti, quo vertendū id est mutandi solī causa venerant. Antiqui enim vertendo solo legum pœnas euitare poterant, vt ex Liuiō nonnullis in locis, & ex Cicerone intelligere possumus in oratione pro Cecinna de ademptione ciuitatis loquente, Exilium enim, inquit, nō supplicium est sed perfugium portusq; supplicii. nam qui volūt pœnam aliquam subterfugere & calamitatem, eō solum vertunt. hoc est sedem & locum mutant. Itaq; nulla in lege nostra reperietur nec apud cæteras ciuitates maleficium vllum exilio esse mulctatum. Sed cum homines vincula, necesse, ignominiasq; vitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram in exilium. Qui si in ciuitate legis vim subire vellent, nō prius ciuitatem q̄ vitam amitterent. quia nolunt, non adimitur iis ciuitas, sed ab iis relinquitur atq; deponitur. Hactenus Cic. Liuius libro sexto de bello Maced. de Fuluiō perduellionis reo loquēs, Igitur prius q̄ dies comitorum aderat, C. Fuluius exulatum Tarquinios abiit: id ei iustum exilium esse plebs sciuit, id est plebescito decreuit. Adde quod idem Cicero in orat. in Vatiniū dixit, domi sese cōtinere exiliū loco Romæ habitum esse. Cūq; inquit, non maiestate imperii, non iure legum, sed ianua præsidio & parietum custodiis Cōsulis vita tegetur, quæro miseris ne viatorem qui Marcum Bibulum domo vi extraheret: vt quod est in priuatis semper obseruatum, id de Tribuno plebis Cōsulis domus exilium esse nō posset. Cedere igitur foro & solū vertere dici proprie potest de argentariis, qui & nummularii dicuntur & mensarii mēsulariiq; & græcis verbis trapezitæ & collybistæ. qui & ipsi rursus duorum sunt generum. Nam minutuli illi nummularii, id est campsores vulgo dicti, quos græci argyrognomas vocant, quasi pecuniæ spectatores, & collybistas & ἀργυρομοίβους: publicam causam habere non videntur, nec rationem accepti expensique facere, vt argētarii illi & mēsularii, qui non tam pecuniarum permutationem q̄ maiorem negociationē exercent. quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, scenerato interdū, interdum gratuito. Hos Demosth. τραπεζίτας vocat. Et ἀφορμὴ dicitur pecunia quæ apud eos deponabatur, vt in oratione ὑπὲρ φορμίων. Rome autem argentarii etiam auctiōibus interueniebant: cuius exemplum est in l. Filia. ff. de so

Aes circumforaneum.

Cedere foro.

Vertere solū.

De exilio.

Domi sese cōtinere exiliū loco.

Argentarii:

Mensarii.

Mensularii.

Argyrognomas.

Collybistæ.

Aphormæ.

Argyropro-
ae.

Decoquere.
Decoctores.
Aforti.
Nequam.
Afortia.

lutionibus: & pecunias ibi à licitantibus stipulantes, auctonantibus representabant. Cicero pro Cecinna, Ebutio negocium datur: adest ad tabulam, licetur Ebutius: deterrentur emptores multi, partim gratia Cecinnae, partim precio fundus addicitur Ebutio: pecuniam argentario promittit Ebutius. Quintil. in. xi. Et forsitan in hoc sunt adiuti qui auctione dimissa, quod cuique vendidissent tabulis argenteorum tabulis reddiderunt: quod prestitisse Horresium dicitur de arte memoriae loquens. Hos ego inuenio Ἀργυροπράτας vocatos in Pandectis graecis, vel ἀργυροπράτας, fortasse ab exigendis venditarum rerum preciiis. Merito igitur huiusmodi argentarii publicam causam habere dicuntur à Gaio in titulo de edendo. Horum nunc instar ferè sunt apud nos qui vinarii venditores pecuarii que dicuntur & cetarii piscarii que, operam negociatoribus praebentes identidem commeantibus, ne in foro diu sedere cogantur: & à singulis emptoribus precia expectare. Qui foro cedunt Ἀνασκιάζου πῶν τραπεζῶν dicuntur apud Demosth. πρὸς Ἀπατῆριον. & Ἀνασκιάζου. Idem alibi, ἠδ' ἕως δ' ἂν ἔγωγε τοῦτοῦτο ἡμῶν ἐὶ ὀργιζέσθε τοῖς ἀνεσκηθασμένοις τῶν τραπεζῶν. Dicuntur & μεριμνέουσι, quod significat solum vertere, & Ἀνασκιάζου τῶν τραπεζῶν. Decoquere vero dicitur qui priuatam causam habet: id est χειροκωπῆρ. Et decoctores dicti sunt id genus ferme hominum qui Aforti dicuntur verbo graeco, id est luxu & ganeae studio perditii, & latine nequam verbo significantissimo: eorumque vitium afortia & nequitia, quam Gellius luxum & popinationem interpretatur. De quibus Cicero in secundo de Finibus bonorum & malorum loquens ita inquit, Nolim enim mihi fingere afortos ut soletis, qui in mesam vomant, & de conuiuibus auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitant: qui solem (ut aiunt) nec occidentem viderint nec orientem, qui consumptis patrimoniis egeant. Nemo nostrum istius generis afortos iucunde putat viuere. De huiusmodi quodam aforto iocus est ille oratorius apud Ciceronem relatus in secundo dialogo de Oratore, Gallus olim testis in Pisonem, cum innumerabilem Magio Praefecto pecuniam dixisset datam, atque Scaurus tenuitatem Magii redargueret, Erras, inquit, Scaure, ego enim non Magium conseruasse dico, sed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. Decoquere igitur est vorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certe fidem suam per inopiam non liberare. Plinius lib. xxxiii. Non erat apud antiquos numerus ultra centum milia. Itaque & hodie multiplicatur, ut decies centena milia aut saepius dicantur. Foenus hoc fecit numusque percussus. & sic quoque aes alienum etiam appellatur, vel potius etiam tantum. Postea diuites cognominati, dummodo notum sit eum qui primus accepit hoc nomen, decoxisse creditoribus suis: de Crasso loquens qui diues cognomine dictus est, cuius meminit Valerius lib. vi. cap. ii. Decoctores in Francia paucis annis permultos vidimus, qui obliguritis ebibitisque aut in aleam deperditis, aut in venerem profusis, aut in cultum fastumque effusissimum absumptis non modo patrimoniis, sed etiam publicis priuatorumque pecuniis, partim ad aras asyloque confugerunt, partim solum venterunt, partim etiam in carcerem migrauerunt. Decoctoribus Romae certus locus in spectaculis assignatus erat, ut insignes omnibus essent, etiam si infortunio aliquo non nequitia decoxissent. Cic. in Anto. ii. Tenes ne memoria praetextatum te decoxisse: patris inquit ista culpa est, concedo. etenim pietatis est plena defensio. Illud tamen audaciae tuae quod sedisti in. xiiii. ordinibus cum esset lege

Roscia decoctoribus certus locus constitutus. quis fortunæ viciō nō suo deco-
 xissent. Spartianus de cōstitutionibus Adriani Principis loquens, Decoctores,
 inquit, bonorum suorum si suæ auctoritatis essent, catamidiari in amphithea- *Catamidiari*
 tro & dimitti iussit, id est deridēdos omnibus per theatrum præberi. A verbo
 græco catamidio quod deridere & ludibriō habere significat: vt id propemo- *Polygamorū*
 dum ludibrii genus esse suspicer, quo polygami afficiuntur, id est qui multis *pœnæ.*
 vxoribus abutuntur, cum mithellati in scalario suggestu lasciuiētis plebeculæ
 scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur. Mithrare id
 appellat. Cui non dissimile est illud quod traducere latine dicitur, & græce *Traducere.*
 παραδιδωμι. Matthei primo, μη θέλωρ αυ πτω παραδιδωμι, εββλιθη λάθρα & κλυ- *παραδιδω*
 ρου αυτω. Ioseph autem vir ipse iustus nolens eam traducere, voluit occulte di- *ματιζωδης*
 mittere. Liuius libro secundo ab Vrbe cond. de Volscis loquēs publico cōsilio
 ac voce præconis à spectaculis exactis, Vos, inquit, omnibus ciuibus, peregrin- *Traductio*
 nis populis spectaculo abeuntes fuisse. vestras coniuges, vestros liberos tradu-
 ctos per ora hominū. Huiusmodi traductio hodie Chariuarium vocatur in
 quibusdam vrbibus. Tranq. in Vesp. Inter aduersa temporum & delatores mā-
 datorēsq; erant ex licentia veteri. hos assidue in foro flagellis ac fustibus cæ- *Decoquere.*
 los ac nouissime traductos per amphitheatri arenam, partim subiici in seruos
 ac venire imperauit, partim in asperrima insularum aduehi. Verum decoque-
 re verbum & ad alia transfertur. Columel. in principio libri. xii. Nam quis in-
 terdum emendatum sit perperam factum vel imprudentia vel negligentia: res
 tamen ipsa iam domino decoxit. Nec mox in tantum exuberat vt iacturam ca-
 pitis amissi restituat & quæstum refarciat. Decoxit, id est frugum sceturā quasi
 scenus debitum non reddidit. Hæc autem significatio ex eo tracta est q; deco-
 quere paulatim diminuere significat & coquendo absumere. Liuius, Eo anno
 Carthaginenses in stipendium argentum aduexerunt, id quia probum non esse
 Questores renunciauerunt, experiētibusq; pars quarta decocta erat, mutua pe-
 cunia sumpta intertrimētum argenti suppleuerūt. Quintil. in. ii. Materiam esse
 primum volo vel abundantiosem, atq; vltra q̄ oporteat fusam, multum deinde
 decoquent anni. id est diminuent, limabūt, atterent, & quasi exugēt. Vnde deco-
 quere mustum vel aliud ad tertias & ad quartas Columellæ lib. xiii. & Plinio
 sepe. Argētum decoctum Cicero in Pisonem pro pecunia in luxum & ganeam
 absumpsa posuit his verbis scōmaticè & mordaciter in Pisonem dictis, Ita em̄
 sunt rationes perscriptæ scite & literate, vt scriba ad ærarium qui eas rettulit,
 perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans, commurmu-
 ratus sit. Ratio quidem hercle apparet, argētum decoctum cœchetæ, id est reli-
 qua non comparēt, non extant. Verba autem sunt Plauti ex Trinummo, à Ci- *Locus Cicea*
 cerone per Parodian, id est (vt Fabius inquit) per cantici ac sermonis similitu- *ronis restia*
 dinem, in orationem suam trāslata, quæ tamen in omnibus Ciceronis exempla *tutus.*
 ribus deprauatissime leguntur. His enim verbis describitur habitus hominis
 profusi de reliquiis rationum suarum anxii. Cedere autē foro eodem modo di- *Cedere pa-*
 ctū est quo cedere patria. Iuuenalis, Cedamus patria, id est migremus Roma- *tria, vrbe.*
 sic cedere vrbe, cedere vita. Cic. ad Octauium, Cedam vrbe, quam per me cōser-
 uatam vt esset libera, in seruitute videre non potero. Cedam vita, quæ q̄q̄ solici-
 ta est, tamen si profutura est reipub. bona spe posteritatis me consolatur: qua

Cedere vita.
Cedere legibus.

Cedere fortuna, oneri
et c.
ἰσχυροῦ

sublata non dubitanter occidam. Atq; ita cedam vt fortuna iudicio meo, non animus mihi defuisse videatur. Cedam vita honeste dictum pro eo quod est vltro ad mortem accedam, mortem mihi consciscam. Sic cedere legibus, pro Milone, Si ille Milo Clodii morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fore virum quin cum suo periculo salutem Populi Ro. attulisset, cederet equo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam: vobis haec fruenda relinqueret quae ipsa seruasset. Cederet legibus, id est quis commendabili facinore edito exitium tamen sibi conscisceret, ne leges violare velle videretur, si in vrbe maneret.

Cedere fortunae, id est succumbere. cedere oneri vel etiam honori, vt apud Virgil. per datiuum dicta, aliam significationem habent. Cedere graece ἰσχυροῦ dicitur ἰσχυροῦ γὰρ, ἰσχυροῦ, ἰσχυροῦ, ἰσχυροῦ, ἰσχυροῦ, ἰσχυροῦ, ἰσχυροῦ, secundum varios significatus.

Ex lege Publica. §. vltimo.

Item cistophinati decem. Sunt qui legant cistophori, quod nummi genus est apud Liuium lib. septimo de bello Maced. quod non probo. nominatiuus enim cistophori ad verbum debetis referri non potest. Hic locus igitur vix emendari potest, nisi inspectis archetypis Florentinis. Sunt autem & alia nomina loca huiusmodi, quae non tam doctrinae sunt quam fortunae. vt quisque enim aut in antiquissimum aliquod exemplar forte incidit, aut etiam maiore aliquo facto archetypos legerit, facile haec emendabit, si tamen locus ille incolumis extiterit: sunt enim in iis multa loca in quibus literae vetustate exoleuerunt, vt animaduertisse mihi videor cum eas inspicerem. Cistophori Cicero ad Atticum libro vndecimo meminit his verbis, Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertium bis & vicies. Huius pecuniae permutatione fidem nostram facile tueberet.

Summa excurrentis.

Quod autem sequitur, Ex ratione patris vestri decem & quod excurrit: huc sensum habet, decem aureos & aliquot denarios vel sestertios. Summa enim excurrentis, latine dicitur, quam lingua vulgaris ruptam appellat: vt cum dicunt solidos fractos, id est brisatos. Augustinus lib. xii. de Ciuitate, Quapropter quod nos modo quaerimus post quinque milia & quod excurrit annorum, posteri post annorum sexcenties milies eadem curiositate requirere. Idem libro decimosexto, Vt ergo istum numerum minorem credamus esse veriorē, de mille sexcentis quinquaginta sex annis ducenti quadraginta detrahuntur: numquid credibile est per mille quadringentos (& quod excurrit) annos qui restant vsque ad diluuium progeniem Cain generationibus vacare potuisse. In priore exemplo excurrentem summam vocat minorem milenaria, id est sexcentos plus minus annos, qui tum vltra quinque millia a constitutione mundi numerabantur cum illum librum scriberet. Mortuus est enim Augustinus anno mundi supra quinquies millesimum circiter sexcentesimo tricesimo. In posteriore exemplo excurrentis id appellat quod vltra centenarium progreditur, id est sedecim, vt cum dicimus centum quadraginta, aut quamcumque summam infra centum, quae in ordinem centenarium incurrere non potest.

Excurrere.

Excurrere enim id dicitur quod ordinem aut modum, id est mensuram numerumve egreditur. Cicero in Orat. perfecto, de numeris oratoriis loquens, Mutila, inquit, quaedam sentit auris quasi decurtata, quibus tanquam debito fraudetur, ostenditur. productiora alia & quasi immoderatus excurrētia, quae magis etiam asper-

nantur aures. Excurrētia appellat verba quæ ultra rhythmum legitimum ad-
 ducuntur. Inde excursio oratoria, quæ & excursus dicitur. A Græcis ἐξέκβασις.
 Cuius meminit Quintil. in quarto de Narratione loquens. Quadrans autem
 summa dicitur & solida in qua nihil excurrit. Cicero in Præt. urbana, Expensa
 Chryfogono seruo sester. sexcenta milia, & accepta pupillo Malleolo rettulit.
 quo modo ex decies sester. sexcenta sunt facta. quo modo dicta eodem modo
 quadrarint, ut illa de Gn. Carbonis pecunia reliqua sester. sexcenta facta sunt.
 quo modo expensa Chryfogono lata sunt. cur id nomen infimum in lituræque
 sit, vos existimabitis. Fraudē Cicero in orationibus Verris arguit ex eo q̄ ac-
 cepti & expensi eadem erat quantitas, ita ut expensi pagina quadraret cum
 accepti. Quadrarint (inquit Pædianus) id est solida facta sint, ut neque plus
 quicq̄ neq̄ minus inueniatur in summa. Vbi enim ratio sine fraude est, difficile
 est sexcenta quadrare & solidare vel solida fieri in expenso & accepto, quin aut
 plus aut minus reperiatur. Hoc Græci ἀπάρτιζαν dicunt quasi adæquare & ex
 æquo implere, & ἀπὸ ἀλογία, dicitur ἀποκρίσμιδος καὶ πλήρης ἀριθμὸς, id est summa
 quadrans & rotunda, cum summa alteram summam æquat.

Excursio
 oratoria.
 ἐξέκβασις
 Quadrans
 summa.

ἀπάρτιζαν
 ἀπὸ ἀλογία

Ex. I. Si quis mihi mandati.

Ⓞpheristerium & hypocausta. Spheristerium legendum esse vno ac simplici
 verbo nemo hac ætate ignorat, q̄q̄ Accursius solers etymologicus aliter existi-
 mauit. Locum autem in balneis fuisse sphæristerium exēplis apparebit, quibus
 huius verbi Vitruuius non meminerit. Tranq̄ in Vespas. Valetudine prosperrī
 ma vsus est, quibus ad tuendam eam nihil amplius q̄ fauces cæteraq̄ membra si-
 bimet ad numerum in sphæristerio defricaret, inediāmq̄ vnus diei per singu-
 los menses interponeret. Plinius ad Apollinarem, Apodyterio, inquit, supposi-
 tum est sphæristerium, quod plura genera exercitationis plurēsq̄ circulos ca-
 pit. Idem libro tertio, Vbi hora balinei nunciata est, est autē hyeme nona, æsta
 te octaua, in sole si caret vento, ambulat nudus, deinde mouetur pila vehemen-
 ter & diu. Nam hoc quoq̄ genere exercitationis pugnat cum senectute. Lam-
 prid. in Alexād. pro loco ad pilarem vsus accommodato accipere videtur his
 verbis, Post lectionem operam palæstræ aut sphæristerio, aut cursui aut lucta-
 minibus mollioribus dabat. Sphærizo græce pila ludo significat, auctoribus
 Suda & Polluce. A quo Sphæristæ dicuntur sphæricularis ludī studiosi, & Sphæ-
 ristici eius ludī periti. Hypocaustū autem seu hypocaustis (vtrōq̄ enim verbo
 idem significatur) locus est in balneis, quod succensum vel subustum latine in-
 terpretari possumus. Huius autem os præfurnium vocatur. Ab hoc hypocau-
 sto cellæ caldarix & tepidariæ calorem teporēmq̄ concipiebāt, promiscuo vsu
 ex odem hypocausto ad virilia muliebriq̄ caldaria tepidariq̄, ut Vitruuius
 docet. Hypocausto superposita erant ahena tria, vnum frigidarium, aliud te-
 pidarium, & tertium caldarium, ita collocata ut ex tepidario in caldariū quan-
 tum aquæ exiret, tantum ex frigidario in tepidarium influeret. Hypocaustis
 Gallia vtitur, sed publicis pleriq̄ & sui generis, id est non similibus antiquo-
 rum: Germania etiam priuatis passim, ut ferunt.

Spheristeriū

Sphæristæ.

Sphæristici.
 Hypocaustū.
 Præfurnium.
 Cella caldar-
 iæ &c.

Ahena tria,

Ex lege tertia, Pro socio.

ⓄQuæritur quæ sit iusta hæreditas, vtrum quæ iure legitimo obuenerit, an

Iustus.

etiam quæ ex testamento. Hæc dictio iustus apud iuriconsultos frequens, non satis (vt arbitror) intelligitur. Caius de arrogatione loquens, Is qui adoptat, inquit, rogatur an velit eum quem adoptaturus sit, iustū sibi filium esse. Iustum intelligo non verum, vt aliqui censent, sed omnibus partibus (vt ita dicam) filiationis veri filii vicem obtinentem, naturalis & legitimi filii loco cedentem. In. l. in vniuersis, qui dare tutores vel curatores possint. Cod. Minor ante impetratam veniam ætatis non habet iustam personam litem instituendi. Iustam pro idonea & plena intelligo. Iustum vadem (inquit Festus) idoneum sponsorem vocabāt. Sic iustum prælium. Liuius, Deinde eos qui in montibus erant leuibus præliis fatigauit, postremo coactos in acie descendere iusto prælio deuicit. Iusto pro pleno intelligo, id est quod vere & proprie prælii nomine censerī possit. Sic iustum exilium. Idem libro sexto secundi bel. Punicī de Fuluiō perduellionis reo loquēs, Priusq̄ dies comitiōrū aderat, Caius Fuluius exulātū Tarquinios abiit, id ei iustū exiliū esse sciuit plebs, id est plebs decreuit spontaneum exilium Fuluiō plenum & verum esse, aut pro pleno ac legitimo cedere, quod formale nunc appellant. Simile est ac si dicamus fideicommissarium non esse iustum hæredem, id est plenum vel plane hæredem. Iustum enim est

ἀκριβές.

omnibus numeris plenum, quod Græci ἀκριβές dicunt. Galenus idēdem vtitur, ἀκριβές ἐγυσίπτελας, id est iustum plenumq; erysipelas, & huiusmodi alia appellando lib. xiiii. Therapeut. Iusta magnitudo hominis dicitur non tam mediocris q̄ plena & congrua, quæ scilicet minor est enormi, nihilo tamen defecta. A Græcis ἰκνέμενον μέγεθος dicitur. quod Theodorus ex Theophrasto de bita magnitudinē transtulit. Dicitur & ἐνδεχόμενον. Idē Theophrastus ἰκνέμενον καὶ ῥῶν pro iusto tempore dixit. Aristoteles in principio quarti Politicorum, de gymnastica loquens, τὸ ἰκνέμενον ἔστι, καὶ τὸ ἰκνέμενον ὑπερβαίνον, pro iusta habitudine, & pro iusta scientia dixit. Hanc autem iustam habitudinē Plantus athleticam appellat, hoc est plenam duntaxat in eo qui gymnasticam exercet. alio qui illa habitudo plenior est iusta, vt Quintil. ait, & nos alibi diximus. Sic iustam palæstræ scientiam apud Aristotelem intelligere oportet omnibus numeris palæstricis perfectā, qualis olim erat in pentathlis, qui quinque certamina obibant. Leonardus exactam transtulit, sed significantius iustam dicere potuit.

Iusta habitudo.

Dicitur etiam iustum græce ἰπάρχορ, & ad verbum δίκαιορ. Herodotus in secundo, Αἱ δὲ ἑκατὸν ὄργυια δίκαια ἔσι σάδιον ἑξάπλευρον, Cētum autem iusti passus stadiū sunt sex iugerū. Columella lib. ii. Iusta enim fieri nequeunt cum induruit ager, id est plenę operæ, & iornatæ integræ, vt vulgus loquitur. Idem lib. iii. Iugerū vineæ quinque operis ablaqueatur, quinque foditur, tribus occatur. Iugerum valētis & iam constitutæ vineę quatuor operis putatur, sex alligatur, arbutto eiusmodi nihil potest apte finiri: quoniam inæqualitas arborum non patitur operis iusta comprehendī. Sic in sexto, Iusta cibariōrum conficere. Et in decimo de Apibus, Iustis operum peractis recipiunt se, nec remeāt ad aquam. Plinius lib. xxxiii. Miscent æra falsę monete, alii è pondere subtrahūt, cum sit iustū. lxxxiiii. è libris signari. Iustum vbiq; positum est pro pleno, hoc est, nec redūdanti nec defectuoso. Tranq. in Claudio, Gladiatoriā munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Annūersarium in castris prætorianis sine venatione apparatusque iustum atque legitimū in septis. Ibidem extraordinarium & breue dierūque

ἰπάρχορ.

paucorum. iustum & legitimum munus dixit pro eo qui ex formula munerū datur, id est in quo nihil deerat prorsus nec rerum, nec dierum nec apparatus. *γινόμενον*, id à Demosthene dicitur identidem & *δικαιον*. & *δὲ δικαίαν* & *δὲ γινόμενον* χάριτι παρ' ἡμῶν κομιθεῖς, id est iustam ac legitimam gratiam. Et *γινόμενον* νόμισμα, legitimam vsuram vocant. & *γινόμενον ἀργύριον ἀπὸ οὐδαί*, probos & legitimos nummos reddere, id est *δίκαιον*. Iusti dies alia & noua quadam ratione dicti sunt (vt videtur) in lege. xii. tabul. his verbis, Aeris confessis rebūque iure iudicatis triginta dies iusti sunt: post deinde manus iniectio esto. De his Gellius lib. xix. ita inquit, Confessis igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa quam dissoluerent: eosq; dies Decemuiri iustos appellauerant, velut quoddam iustitium, id est iuris inter eos quasi interstitutionem quandam & cessationem, quibus diebus nihil cū iis iure agi posset. Iustos igitur dies dicere possumus qui de rigore (vt dicimus) dantur, & quibus pauciores dari non possunt. Iusti etiam dies dicebantur triginta dies cum exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum, vt auctor est Festus. Macrobius libro primo Satur. Præliares, inquit, dies ab iustis non separauerim. Siquidem iusti sunt triginta dies cōtinui quibus exercitui imperato vexillum ruffi coloris in arce positum est. Præliares autem omnes quibus fas est res repetere, vel hostem laceßere. Iustos dies hodie quadraginta dies dicere possumus qui legitimis hæredibus dantur ad constituendum an hæredes esse velint, & si qui sunt eiusmodi dies quibus cum aliquo iustitium sit. quo verbo (id est iustitio) significare possumus id genus rescripti principalis quod statum vocamus, quasi litis sistendæ gratiam, quæ militibus extra regnum merentibus ad aliquot menses indulgeri solet. Status enim à sistendo dicitur, vt status dies dicitur dies constitutus, quem nunc præfixum vocant. Festus, Status, inquit, dies dicebatur iudicii causa cōstitutus. Iustitium autem iuris statio est quasi inhibitiō. quod verbum olim licet publicam iuris cessationem significaret, quo tempore lege agi non poterat, nec tria verba Prætori dicere licebat, do, dico, addico: potest tamen & priuam iuris cessationem moribus nostris significare. Antiqui indicere iustitium dicebant. Lilius lib. x. ab Vrbe condita, His nunciis Senatus conterritus, iustitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iussit. Iustitium autem remitti dicebatur cum pristinam facultatem tractandarum litium publice restituebant. Idem eodem libro, Itaque & supplicationes ob rem bene gestam Consulis nomine decernunt, iustitium remittunt, quod fuerat dies decem & octo. supplicatioq; perlata fuit. Supplicationes erant quas processiones dicimus. Cessum hodie tollere dicunt, pro sacrorum cessatione remittere. Indicere enim & remittere interdicitū dici debet. Hoc autē fortasse sacrificitiū dici potest, vt interstitiū & iustitiū. Verumenimvero in proposito iusta hereditas dicitur, id est vere & plane hereditas quæ iure legitimo obuenit, id est cognationis nomine, ἢ *κατὰ γένος* ἢ *κατὰ νόμον*. Hic enim titulus hæredis plenissimus est, & omnibus partibus iuris nixus. Hæres (inquit Festus) apud antiquos pro domino putabatur. Hæredium paruum prædiū. Varro lib. pri. de re Rust. Quantum autem ad antiquos nostros ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo primum diuisa dicebantur iustitium: quæ q; hæredem sequerentur, hæredium appellauerunt. Plinius libro

γινόμενον

Iusti dies.

Iustitium.

Status.
Dies status.
Iustitium.

Indicere iustitium.
Remittere iustitium.

Supplicatio
nes.
Remittere
cessationem
sacrorum.
Sacrificitiū
Iusta hereditas.
Hæres.
Hæredium.

vndeicesimo, In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa,
 semper in significatione ea hortus: in horti vero heredium. Columella in præ-
 fatione, Quintus Cincinnatus obsessi Consulis & exercitus liberator ab ara-
 tro vocatus ad Dictaturam venit: ac rursus fascibus depositis, quos festinan-
 tius victor reddiderat quam sumperat Imperator, ad eosdem iuuenos & quatuor
 iugerum auitum hærediolum rediit, id est ἐξ τῆς χωρίδιου ἢ πατρῶου. Hæres igitur
 proprie, id est dominus honorum defuncti dicitur: cui legitimo iure, id est con-
 gnationis id obuenit, quasi debitum sit id bonum, non aduentitium. vnde hæ-
 redium dictum quod huiusmodi heredem sequeretur. nos hodie proprium voca-
 mus, quod illi heredium auitum vocabant. Quomodo autem iustum pro vero,
 ita & verum pro iusto vicissim accipitur. Cicero ad equites Romanos, Nam
 neque maius est defendere vnum quam populum, neque verius a singulis quam ab omni-
 bus repetere officii præmium & frui. Verius pro iustius & æquius dixit. Idem
 pro Murena, Atenim agit mecum austere & stoice Cato, negat verum esse alii
 ci benevolentiam cibo, negat iudicium hominum in magistratibus mandatis
 corrumpi voluptatibus oportere. Verum, inquit, id est iustum par & æquum.
 & in Sallustium, Quem honorem ita gessit, ut nihil venale non in eo habuerit
 cuius aliquis emptor fuerit: ita egit, ut nihil non æquum atque verum duxerit
 quod ei facere collibuisse. Et pro domo sua, Sed quid ad te qui neges esse ve-
 rum quam quenquam vlli rei extra ordinem præfici? Vbi perperam in plerisque libris
 pro verum iuris legitur. Virgilius lib. xii. Aeneid. Parcite iam Rutuli & tela in-
 hibete Latini, Quæcûque est fortuna, mea est, me verius vnum Pro vobis fecidus
 luere & decernere ferro. Vtitur & Lilius & iurisconsulti interdum. Sic intelli-
 gitur fortasse illud Prouerbiorum. xx. Misericordia & veritas custodiunt regem.
 Veritas enim pro iustitia ponitur. Græce tamen sic legitur, ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια
 φύλακὴ βασιλέως, Misericordia & veritas custodia regi. ut ad verbum de veriloquio
 intelligamus. Cicero pro Deiotaro, Quæ mihi ad spem obtinende veritatis gra-
 uissima sunt: ad motum animi & ad omnem impetum dicendi leuiores. Veritatem pro
 iustitia posuit: hoc est πρὸς τὴν ἐλευθέρω τὴν τυχεύουσαν τῆν δικάωσαν. Iustum autem est Græcis
 non pro vero, sed pro digno ponitur, ut δίκαιον ἐγκωμίων τυχεύουσαν, ἀντὶ τῆς ἀξίας. Cicero
 pro domo sua. Sed quid ad te, qui negas verum esse quem reipublicæ ex-
 tra ordinem præfici: id est dignum & par esse. Qui enim iusti sunt, hos dignum
 & par est rerum publicarum administrationi & honoribus præfici. Et vice versa
 qui digni sunt honoribus, eos quoque ceteris præferri iustum est. Sed plerumque alia
 ter fieri moribus nostris receptum est. Sic est enim ratio nostra comparata qua-
 tenus ad ius distributiuum attinet, ut in eo iure dicendo reddedoque, fortuna, id est
 cæca rerum humanarum arbitra, longe primas partes haud dubie obtineat, utque
 in eius sententiam plerique eorum qui in consilium mittuntur pedibus ire soleant,
 atque in diuersissimam partem ab dignitate transire. Ita fit ut ex dignitatis soli-
 tariæ ac destitutæ sententia vix decima quoque res decernatur. quippe que in iis
 decretis paucissima puncta plerumque ferre soleat, in quibus numerantur sententiarum
 non ponderantur. Adde quod qui Principi a memoria adsunt, quorum auribus &
 oculis & iudicio Princeps omnia ferme concedidit, ut (ut Apendius ille fami-
 geratus citharistes) plurima sibi intus, id est in interiore illo ac sanctiore consi-
 lio canit. studiis enim suis sepius, aut etiam commodis quam reipublice consulere cogit.

Verum.

Veritas.

Δίκαιον.

Digressio in
mores præ-
sentes inue-
hens.Apendius ci-
tharistes.

duntur. Huc accedit q̄ quantumuis quidā innotuerint & claritate nominis & integritate fame, haud vnq̄ ferme sola virtutis commēdatione apud aulā penitus insinuantur. Principes enim nostri acres interdum oculos habere dicuntur & acutos, aures plerunq̄ hebetiores. Mitto q̄ nonnulli quasi admissiois officio prefecti, ad aulicos aditus stationes agunt dracontea vigilātia, vt nemo nisi amicus aut ab eis excussus, atq̄ etiā eorū pace, id est nisi fide data auctoratus, penitus admittatur, vt mirum non sit obnoxie interdum gestos magistratus a viris etiā grauioribus. Proinde nisi suffragatorem aut paraueris, aut nactus sis, qui viam tibi ad aulā interiorem muniat, nā ille arduus magis accessus q̄ dexter ascensus est literæ pythagoricæ. Quare non cuiusuis est Corinthū adire (vt dicitur) sed quorum meritis fortuna subscribens suffragatores cōciliauit. Iam verò moribus aulicis cōstitutum esse vsitatūmq̄ nouimus, vt ne absentiu nomina recipiantur in mandandis magistratibus. Atqui molestiores aut ambitus ignari, petitores profiteri se non solent. Mitto nunc quosdā beatos quibus dormientibus omnia superi conficiunt, aut etiā qui in crepundiis non in toga magni fiūt. Honores igitur aut ab iis teneri necesse est, qui opibus & necessitudinibus preualēt, aut ab iis certe prostitutæ frontis petitoribus qui ambiendo, efflagitando, sese venditando, aulicos obtundere atq̄ etiā enecare sustinent. Sic enim affolet interdū, faciuntq̄ homines cynomyia procaciores (Sic enim muscam caninam vocant) vt quod impetrare non possunt, extorqueant: quod exorare aut emereri nequeunt, eblandiantur & extundant. Restat vt homines ingenui animi, & ex sese magis q̄ ex fortuna pendentes, quibusq̄ omnis spes in sese est, si nullū huiusmodi nacti sunt qui apud Principē eis adesse optima fide velit, vt ipsi sibi deesse ac dignitati suæ nolint, integrāq̄ (vt ita dicam) personā aliqua indignitate delibare. Præstat enim egregiis viris in secessu latere, aut in vita priuata cōsenescere, q̄ turpiter & obnoxie in pretexta innotescere. Magnū est autem solatium hoc modo præteritis obsoletia videre in hominibus indignis honorū insignia. Maius & illud ex dicto Catonis senioris, qui *Catonis dicitur* inquit, malo homines de me percunctari quānam ob causam Catoni quoque statua posita non est. Auctor Plutarchus his verbis, *ἢ ἴ μὲν ὁ ἐφεκ, βόλομαι μάλλον ἢ ἴ μὲν ὁ ἐφεκ, βόλομαι μάλλον*. Sunt & literarum auocamēta, quæ homines aula ac republica aut interdictos aut reiectos, summa cum tranquillitate secū ipsos (vt dicitur) viuere, quasiq̄ apud se esse hortantur: id quod iis non licet qui vel in aula vel in magistratibus vitā agunt. & plerunq̄ vitā in aula comitatu. Quādo enim ipsis secū loqui aut cōmentari secū licet. Vt cunq̄ scelices eos esse ceseo, quibus in huiusmodi tēpestare in portu nauigātibus, id est a gubernaculis reipublicæ aut deiectis, aut inhibitis, spectare imperitorū temerariūq̄ naufragia, ac securis esse licet. Nec ideo tamē cōpressas (vt aiūt) manus tenere libet, sed (quod vnū possunt) exaudibili vel voce vel stilo testari publicā se vicem dolere, ac meliorem fortunā vectoribus, mentē vero optare æquiorē rectoribus. Quibusdā etiā fortasse paulo vehementioris animi fuit nonnunq̄ fuit Achilleū (quod aiunt) voti cōpotes se videre, quod votū Furus Camillus Liuiano elogio nobilis Imperator, concepisse aut etiā nuncupasse dicitur, olim exilio indignissimo solū vertere coactus, moxq̄ vrbe à Gal-

lis capra, summo reipublicæ tempore publico decreto honorificentissime reuocatus velut vnicum accisarum rerum Romanarum subsidium. Precatus est enim à diis immortalibus (inquit Liuius) vt si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui ingratae ciuitati facerent. quod idem Achilli ante bello Troiano contigerat, vt prouerbio græco & Homeri carmine testatum est. Nunc tamen omnes sperant fuisse hunc verius quam esse statum reipublicæ nostræ. Affulsere enim haud ita multis mensibus aulica ex arce crebri venturi ignes, prænuncii (vt speramus) iam iam aduentantis atque adeo ineuntis seculi. Quæ si nos expectatio (quod ominari vereor) quoquo modo destituerit, præcisa nimirum spes erit in posterum rerum vnquam constitutarum. Decretoria certe vtramque in partem hæc tempestas in multorum annorum conditionem erit. Vsq; adeo multa paucis annis præsentissimo numero administrata cernere nobis licuit. Quippe (vt alia nunc mittam) alienissimo reipublicæ tempore duorum Principum nostrorum altero ex conferentibus hostibus diuina manu recepto, hoc deinde in aduersa valetudine conclamato, moxque contra omnis æui medicorum placita incolumem sese mirante, quæ duo aut ostenta aut miracula inclinationem quandam temporum significasse mihi videntur: proximis retrorsus principatibus quantum ipsi vidisse aut meminisse possumus, aut etiam audisse, summa votorum fuit vt ne ad extremum afflictas res nostras accisæque adeo videremus nequitia publica, atque etiam ne de focis arisque dimicandum nobis esset. Tanta malorum illas (vt aiunt) impendere nobis quasi Tantalo saxum videbatur. Huius principatus ea est ratio (quò nequitia summa in frugalitatem vertit) vt nisi ad tranquillitatem redditam, ad res nostras ex afflictis excitatas, ex accis redintegratas, sartasque & tectas ex semirutis redditas, constitutæ etiam reipublicæ gloria accesserit, præsumptæ indicis haud obscuris magnæ cuiusdam spei nostris hominibus constare ratio non videatur: sicque tanquam debito, aut certe promisso non contemnenda ex parte fraudari existimentur. Obliviscuntur enim homines qui dudum nihil nisi extremum quodque deprecabantur, nunc se de lucro viuere vt dicitur. Nisi maxima quæque labes reipub. abstergeatur, nisi si quicquid maxime dolet percuretur, hoc statu rerum non acquiescent. Prægestit igitur animus noster videre (id quod iam fieri cœpit) cum honores & magistratus ab iis hominibus gerentur: quibus non magistratus dati, sed crediti ac commissi videri possint. Cum maiores magistratus iis demum viris madabuntur, qui in minoribus imperiis continentia & integritate famæ pignora multa magnaque dederint prudentiæ & innocentia in posterum. Vtrique cum constet in hac nostra reipub. huiusmodi cautione in primis opus esse, in qua cum petuos magistratus, tum vero causæ dicendæ immunes esse receptum est. Lamachus dux quidam Græcorum increpitans ordinum ductori erratum quoddam bellicum, cum errorem ille deprecans non vltra se admissurum id confitebaret: Perinde vero, inquit, quasi in bello iterum peccandi locus sit. Sic apud nos in magistratibus collocandis vix est emendabilis error. Peruelim autem in primis videre cum iis homines iuri dicundo sedebunt, aut certe præsidebunt, qui nec de iustis orari se, nec de iniustis exorari sustineant, quod verbis Plutarchi nos alibi diximus, μή δὲ ὑπὲρ τῆν δικαίωυ ἀντιθέωυ, μή δὲ ὑπὲρ τῆν ἀδίκωυ ἐκλιθέωυ.

De magistratibus.

Lamachus.

Moribus enim bonis conuenit (vt opinor) vt qui honores publicos gerunt, meminerint se non magis singulorum ciuium magistros, quam legum atque vniuersitatis ministros esse debere. Quarum legum omnes ideo serui sumus; vt liberi esse possimus. Ciuitatis autem ministros orari non oportere, aut etiam obsecrari libello, ea vt munera obeant, ea negocia suscipiant quæ actus sui ipsi esse nouerunt. Nunc vero utilitatis causa paucorum receptum est, quæ quisque muneris sui esse nouit, ea vt beneficii sui faciat: quæ necessitatis esse leges iusserunt & constitutiones, ea vt arbitrii esse existimentur. Ex quo fit vt si eas operas quas debent præstiterint, benignitati acceptæ referantur conuuentia publica. Atqui ingenui animi officium est, cum is nihil promereatur, gratiam quoque inire nullam velle. Sed locus hic spinosus est fortasse, atq; id periculum est ne incautiùs incedens, aculeum quendam molestum poenitentia referam. Et melius viderint eius ordinis ductores ad quem ea res pertinet, quid sui muneris sit, quòq; modo omnia sibi officia constare posthac in rem publicam possint. Enimvero constituendæ reipublicæ summa in eo ferme vertitur, si is hominibus primi imperii magistratus concedentur, qui publica vice commoueri soleant, quod rarissimum genus est: quique citra aras tantum (vt dicitur) obsequiosi esse didicerint. Multi enim dum gratiosi apud omnes ordines esse cupiunt, nihil pensi habere putantur quin per fas nefasq; ab omnibus gratiam ineant: plerunque etiam falsam, quod illiberale magis est. Sed hoc nimirum est illud, cum multi sint gradus honorum, vnusquisque autem ambitiosorum genesim se summam habere sibi persuaserit, aucupanda omnium gratia, colligenda comitatus fama, auram quandam popularitatis excituros se sperant, qua vel ad summum honorum apicem tractim aut persulcatis, per varias rerum inclinationes tolli possint. Ita nulla cura vectorum rectorum clauum sibi publicorum imperiorum moderantur, nec tam officii quam commodi rationem habendam putant. Qui mores eousque inoleuerunt infelicitate præteritorum temporum, vt huiusmodi popularitas prudentia summa vocitetur. Nota sunt vocabula huiusmodi artificii, Dissimulatores appellant. Connuentes & obaudientes in loco, aut etiam obsurdoscentes. Cunctatores & (vt pythagoricorum verbo loquar) Echemythos, quod significat sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se, vnicam linguam in causis etiam publicis meminerint. quod tamen ipsum ne ex philosophiæ præceptis ac non philotimiam potius manare videatur. Echemythos cum dicunt, non tacendorum tenaces, sed dicendorum atque etiam vociferandorum intellegi volunt. En præclaram huius professionis Echemythiam, multo certe pythagorica vtiliorem. Sed sit hæc sane prudentia quando ita magnis viris visum est, dummodo hoc constet vtiliore ista quam honestiore prudentia neruos omnes imperiorum succisos esse, feruorem omnem charitatis publicæ priuatæque extinctum, omnes spiritus magnitudinis animi fractos, omnia publica iura prodita, magistratuum denique maiestatem imminutam ac prostitutam esse. Nisi vero existimamus charitatem illam publicam (quem zelum appellamus) in huiusmodi animis cum illa echemythia incuriæ filia versari insideretq; posse, perinde quasi ira eos non sit fortitudinis (vt sapientissimi viri dixerunt) quæ in dignitate rerum in animis eorum hominum accenditur, qui nihil humani alie

Connuentes
Cunctatores;
Echemythi.
Echemythia.

Theomachi.

Pseudocato-
nes.

num à se putant, id est qui publicam omniumque vicem non dolere cum opus est non possunt. Verum isti cum omnes animi vires in ambitionem effuderunt, cum recto & honesto salutem multam dixerunt, cum omnes rationes ad utile rettulerunt: secundo flumine nauigandum esse dicitant, atque etiam obsecundante vento, id est in partes fortunatorum subinde transeundum. O pietatem singularem, nec minus prudentia illa commendabilem. Neque enim in tanta vercordiam prolapsuros se aiunt, ut gigantum exemplo Theomachiam meditentur. Theomachos autem antiqui appellarunt qui etiam contra deos bellum suscepisse memorantur à poetis non sine allegoria. Atqui apud nos dii maiori sermone dicuntur, qui immodicam potentiam aut in repub. aut in aula maioribus fati adepti, supra priuatum fastigium se coli inciuili insolentia sustinent: nec ii vnus tantum ordinis, sunt enim maiorum minorumque gentium. minoribus hi hostiis, maioribus illi coluntur: vtrique tamen diuinos primum honores hac ætate adepti: non enim sunt deorum pronepotes. Huiusmodi igitur humanos Ioues (ut comico verbo loquar) aucupes quidam gratiæ, ambitione perditissimi, colendos suscipientes, omni ope placare, atque omnibus (quod dicitur) vngulis contendunt, vel humano (si ita res ferat) sanguine litare is parati. Sanguinem nunc appello non caput sed fortunas hominis. Vili sunt enim qui claris facinoribus improbitatis editis, tanquam obsides perpetuæ deuotionis dedisse magnis diis illis existimarentur. Ex quo tandem factum, ut dum deuotissimus quisque maxime placere numinibus suis cupit, resp. studiis huiusmodi priuatis foedissime distraheretur, atque hos tamen pro tanta pietate (ut cernere est etiam hodie) utilitatem velis remisque (quod aiunt) consecretantes: prosequitur surgens à puppi ventus eunteis, vsque adeo presentissima numina coluisse eos constat. Contra autem qui antiquissimam curam honestatis habent, & in omni vento fauoris destitutos ad scopulos etiam offensionum impingere, & in vadis incommoditatum adhærescere sæpe videmus. quod quid est aliud quam fortunæ triumpantis, virtutis triumpatæ explosæque spectaculum bonis omnibus lamentabile: Eorum porro honestiores & qui famæ suæ consulunt, in occulto id faciunt. Quidam vero vili sunt tam aperte sese venditantes, qualique Regibus suis (ut dicitur) palam supparasitantes, nec sese nec magistratuū insignia respicientes, ut plus exemplo quam peccato nocerent. Super omnes tamen perniciosissimi omni æuo fuerunt pseudocatonones quidam, qui vel Rosciū illū histrionū decus hypocrisis, id est arte mimica, superare etiam possint, quos præcordia charitatis populus esse credit: quorum omnia dicta factaque multis simulationū inuolucris obteguntur. Sinuosissimos enim metis recessus habentes, fronte insuper omnia animi sensa obtedunt, oculis & vultu quicquid commodum est emetiuntur, apud populum quidem qui hebetioribus oculis introspicere per faciem vultuosam non potest, aut tectorio histrionico omnia assimulant. Hi sunt qui ex insidiis vulnifice feriunt, iaculis etiam venenatis reipublicæ vitalia consauciantes. Horum nec ictus inopinati prouideri, nec vulnera cæca sanari possunt. Hi sunt denique qui ad prima subsellia non euadere sed erepere, atque arduum quodque inceptum, non corona aut operibus expugnare, sed cuniculis arteque sinonia solent: vulpina pelle peruicentes id quod Herculi leonino tergore amicto etiam desperandum esset. Proinde magna operæ præcia facere mererique videbuntur aures & oculi

Principis, si ut iam fieri coeptum est (tametsi vna aut altera hirundo ver non fa-
cit, ut dicitur, ut Aristoteles inquit, *μία χελιδὼν ἔαρ ἐπιεί.* ab huiusmodi personarum
torum hominum imposturis cauerint, qui (ut est vicinia quædam virtutum ac
victiorum) aut seueritatem superciliosa fronte, aut charitatem immodica comi-
tate, aut clementiam ambitiosa placabilitate, aut quoduis aliud præstantis ani-
mi ornamentum exquisito lenocinio ementiri didicerunt.

Ex. I. Cum duobus. §. Si in coeunda, eodem tit.

Aut agrum pollicitatori damus. Legendum puto agrum colendum licita-
tori damus, id est colono partiaro plurimo omnium licitanti. Sic enim fieri so-
let, ut hæc mendam ex compendio scribendi inoleuisse credam, duabus dictio-
nibus in vnam errore coagmentatis, hoc modo, agrum col. licitatori. Fuisse au-
tem morem per notas scribendi in iure ciuili, satis ex Valerio Probo constat. Ac-
cursus autem facile deceptus est propter verbum pollicitus est, quod præce-
dit. Pactum est (inquit Vlpianus) duorum consensus atq; cõuentio. Pollicita-
tio verò offerentis solius promissum. quo modo accipitur per totum titulum
de pollicitationibus. Plinius ad Traianum in libris integris, Huic teatro ex
priuatorum pollicitationibus multa debetur, ut basilicæ circa, ut porticus su-
pra caueam. De iis vero quæ in contractibus promittuntur pollicitatione dici,
vel promissorem pollicitatorem vocari nullibi lectum est, licet polliceri ver-
bum ad omnia promiscuum sit. Adde q; cum dixerit veluti si pecus pascendum,
debit subiungi agrum colendum. Nos tamen æstimandum relinquimus, ne
in re nõ comperta periclitemur. Verum ex eo quod sequitur, Preciũ enim ope-
ræ artis est valementum, vel velamentum potius: sensus mea quidem sententia
elici vix potest, qui quidem congruus sit eloquentiæ Vlpianæ, nisi quis hunc
sensem esse putarit, operæ precium enim artis est velamentum, pro eo quod est Operæprea
cium.
magni æstimandum est & magni pendendum. Liviũ in præfatione operis, Fa-
cturus ne operæ precium sim si à primordio vrbs res Populi Rom. perscripse-
ro, nec satis scio: nec si sciam dicere ausim. Operæ precium dixit pro re in primis
censenda & magni facienda. Idem alibi, Ibi dies aliquot frustra absumpti: &
quia vix operæ precium erat, abscessere. id est vix tanti fuisset vrbs capta ut tem-
pus tandiu tereretur. Et alibi, Fraus fidem in paruis sibi præstruit, ut cum ope-
ræ precium sit cum mercede magna fallat: id est ut vulgo dicimus, cum res
hoc valeat, cum bonus ictus fieri possit: quod etiam latine dici potest, cum tan-
ti esse coeperit. Et rufus, Quales igitur experiundo cognouerit, perinde eorum
operæ precium faciat: id est tanti eorum operam atque industriam æstimet.
Idem, Tempus est opulenta vos ac ditia stipendia facere, & magna operæpre-
cia mereri, id est magna præmia militiæ. Cicero pro Roscio, Si nihil in ista pu-
gna Roscii quod operæ precium esset fecerunt, quam ob causam à Chryfogono
tantis præmiis donabantur: id est nihil quod valeret ut vulgus loquitur. In
exemplis autem supradictis varios in vsus hoc verbũ accipitur. A Grecis *πρόσργα*
& *πρόση* dicitur, id est *τὸ εἰς πρόσημιον πάντες ἄλλοι ἔργον*, id est quod omni operi,
omni rei preuertendum est. Synesius, *ὅτι καλῶς οἶσι οὐ πρόσργα ἀ πρῆσαν ἐς τὸ εὐλό-*
πατος, Quoniam operæ precium quoddam facturus tibi videris ad patriæ
charitatem pertinens, Aristoteles, *ἀς ἔδδῃ πρόσργα ὄντι*, id est tanq̄ nullum sit

Velamentum opere precium, tanq̄ infructuosum sit. Dicitur autem opere precium & precium operæ, vt verisimile & simile veri, & per tmesin precium enim operæ, qua figurat & pretextum. Curtius libro sexto, Nec aut commercio lingue, aut supplicum velamentis inhiberi crudelitas potest. De sacerdotum infulis & insignibus loquens. Tacitus, Mox velamenta & infulas pro muris ostentant. Oratores ad Romanos cum infulis & velamentis miserunt, id est *ὅπρ τῶν ἐπιπέδων ἢ σέλας μασιπ ἐπιπέδων*. Velamenta dixit geltamina sacra quibus obuiam euntes victi victorum acerbiter mitigare solent vrbibus expugnatis. Iuuen. Clari velamentum honoris Sufficiunt tunicæ summis Aedilibus albæ. Si legas valementum, occurrat non esse dictionem latinam, vt arbitror, nec Vlpiano conuenientem. Proinde neutra lectio (vt existimo) omne feret punctum: sed Accursius nos admonuit hunc locum citra præuaricationis crimen præteriri silentio non posse, qui multum in eo æstuasse videtur post Azonem.

Ex. I. Si fratres. §. Item si communem, eodem tit.

Concratitius Si vicini semipedes inter se contulerint, vt ibi congratitium parietem inter se ædificarent. Concratitius paries quid sit ne ipse quidem Papinianus huius legis auctor vnq̄ nouit. Concratitium autem vnus literæ immutatione legendum esse ex Vitruuio apparebit. Vt enim ille refert, cum iam aucto mirum in modum Romano populo necesse esse cœpisset in cœnaculis habitari (Nam antea cum per vrbis laxitatem licebat vnus tantum contignationis erant ædificia) ad altitudines ædificiorum deuentum est & ædium frequentiam. Huiusmodi ædificiis cum lateritii parietes accommodati non essent, ad alterius generis structuras necessario transitum, id est lapideas, cæmentitias, testaceas, tandemq; inopia rerum angustiaq; cogente ad cratitias deuentum est. Verba autem eius ex secundo Architecturæ libro ascripsimus, Leges, inquit, publicæ non patiuntur maiores crassitudines q̄ sesquipedales constitui loco communis. Cæteri autem parietes ne spatia angustiora fierent, eadem crassitudine collocantur. Lateritii verò nisi diplinthii aut triplinthii fuerint sesquipedali crassitudine, non possunt plusquam vnâ sustinere contignationem. In ea autem maiestate vrbis & ciuium infinita frequentia innumerabiles habitationes opus est explicare. Ergo cum recipere non posset area planata tantam multitudinem ad habitandum in vrbe, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa cogit deuenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ, contignationibus crebris coaxatæ, cœnaculorum ad summas utilitates perficiunt despectationes. Et paulo post, Cratitii verò parietes velim quidem ne inuenti essent: quantum enim celeritate & loci laxamento profunt, tanto maiori & communi sunt calamitati, quòd ad incendia vt faces sunt parati. Itaq; satius esse videtur impensa testaceorum esse in sumptu, quam compendio cratitiorum esse in periculo. Etiamque in tectoriis operibus rimas faciunt arrectariorum & transversariorum dispositione. Et rursum in septimo, Sin autem in cratitiis tectoria erunt facienda, quibus necesse est arrectariis & transversariis rimas fieri, id vt non fiat, hæc erit ratio. Concratitius igitur paries in proposito, paries est cratitius inter duos communes

nis. Verum enim uero ut verba Vitruuiana intelligantur quæ à multis fortasse
 non percipiuntur, aliquid ad explicationem eorum uerborum addendum est:
 utique postea quæ nos ita huius operis rationem instituisse non semel testati su-
 mus, ut quæcunq; aut res aut uerba ab antiquitate repetenda in ordinem dice-
 dorum incurrerent, ea ut omnia pro ingenii aut memoriæ facultatula attinge-
 remus, ac si qua præterea in ipso scribendi feruore succurrerent quæ ad ea per-
 tinere viderentur: non enim uetustatis promptuarium memoriæ nostram exi-
 stimari volumus. In quibus tamen sæpenumero stilum inhibere soleo, ueritus
 ne scribendi libidini nimium indulgere uidear, aut quasi ieiunam materiam na-
 ctus sim, extra rem quam nunc agimus, absurda scribendi diuertacula quære-
 re. Verum interdum rerum quædam turba aut dici aut perstringi se debere ad-
 monentium, ex portu me quasi quidam æstus in altum (ut dicitur) refert. Ibiq;
 me reputantem quæ multa à multis cognitu digna, pleraq; non admodum abstru-
 sa ignorantem, libido quædam incessit vel ea persequendi quæ stomachum mo-
 dere fortasse fastidiosius poterunt. Sed quid facerem: publica uice moueor, pu-
 det me nostræ sortis, apud quos solos lingua latina exoleuit. Ille igitur affe-
 ctus quem zelum uulgo dicimus, qui publicam uicem dolere æque ac priua-
 tam officiosum hominem cogit, sinus interdum nostros implens per altum ue-
 lificari nos perpulit. In quo tamen deliciis nostratium seruiuisse mihi uideor.
 Noui enim noui tandem quorundam eorum stomachum usque eo delica-
 tum, ut nisi repetantur omnia sapius, & multipliciter retractentur quasi quæ
 subigantur, ut mansos (ut dicitur) cibos & colliquefactos tanquam infantibus in
 osculum ingeras, concoquere uix possint, ac mox etiam reiciant. Huiusmodi
 delicias hominum libellis quibusdam à Græco uersis expertus sum. In eis enim
 mines qui omnia una (ut aiunt) pertica metiuntur, quò minus ob libellum
 unum unus & alter criticulorum censoria nota ex numero me scriptorum in
 perpetuum expungerent, qui nec Plinio ipsi, nec Quintiliano, nec Tacito, nec
 reliquis eiusdem ætatis parcerent, si hac ætate scripsissent. Eorum nunc seueri-
 tate reueritus, auctore Aristophane usus sum, indoctius dicere institui, ut aper-
 tius atq; explanatius dicerem: quod ille ita græce faciendum admonuit, *ἄμα
 ἄμα* (ἄμα ἄμα) (ἄμα ἄμα). Faciendum igitur mihi putauit, ut quoad eius fieri
 posset, ad intelligentiam omnium descenderem, nisi forte sicubi per rerum ma-
 iestatem hoc mihi non licuit. Lateritii igitur parietes Vitruuius dicuntur qui
 ex crudo latere fiebant, cuiusmodi parietum ruinas Romæ dudum uidimus
 filicis duritia. Lateres autem ex terra albida fiebant & cretosa, siue etiam ru-
 brica aut masculo sabulone, diuq; eos siccescere sinebant, ut docet Vitruui-
 us, itaque utiliores erunt (ut inquit) si ante biennium fuerint ducti: nam an-
 te non possunt penitus siccescere. Testacea autem structura ex latere cocto
 fit: quem Curtius laterculum coctilem appellat, qualis hodie Gallia etiam uti-
 tur ad infumibula & farcturas ædificiorum inter pilas lapideas, & inter eas
 educationes aut lapideas aut materiarias quæ ossa ædificiorum ab architectis
 appellantur. Diplinthii & triplinthii parietes dicuntur à duplici & triplici
 ordine laterum, qui græce Plinthii uocantur. Cæmēta sunt quæ à lapide qua-
 drato cæsoq; differunt, ut alibi diximus. Vitruuius libro secundo, Incerta ve-

Lateritii pā-
rietes.

Later & tea
sta.

Testaceus:
Laterculus
coctilis.

Diplinthii
parietes.
Cæmēta:

- Imbricatum.** rō cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata, non speciosam sed fir-
 miorem q̄ reticulata præstant structuram. Imbricata appellat inter se hæren-
 tia imbricum modo. Sunt autem imbrices tegulæ conuolutæ quales Lugdu-
 ni visuntur. Liuius, Cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto. Accur-
 sius aliter censuit in lege, Qui domum, infra Locati. His parietes villatici fiūt,
Farctura. & ea structura quæ incerta vocatur & venustate caret. Fiunt & iis farcturæ
 quibus aut interstitia pilarum aut caua operum implentur. Vitruuius, Sed no-
 stri celeritati studentes erecta collocantes frontibus seruiunt, & in medio far-
 ciunt farctis separatim cum materia cæmentis. Itaq; tres suscitantur in ea stru-
 ctura crustæ, duæ frontium & vna media farcturæ. Græci non ita, sed plana col-
 locantes coriis alternis in crassitudinem instruentes, non media farciunt, sed è
 suis frontatis perpetuam & in vnam crassitudinem parietum cōsolidant. Præ-
 terea interponunt singulos perpetua crassitudine vtraq; parte frontatos, quos
 diatoros appellant, qui maxime religando confirmant parietum soliditatē. Ha-
Coria. ctenus Vitruuius. Coria sunt in architectura singuli ductus structuræ, qui vno
 tenore ducuntur, aut in altitudinem, aut in crassitudinem, assidētias nostri ar-
Frontati la- tifices vocant, id est assietas. Lapidēs vtraq; parte frontati, sunt qui vtraq; par-
pides. te parietis faciem certam ostendūt, ex quibus fiunt quæ vulgo catenæ & cru-
 ra dicuntur, quibus totius operis firmitas constat, quæ eam rationem in ædifi-
 cio habent quam ossa in homine. græce Diatori dicuntur quasi perpetua solidi-
 tate vtrinq; extantes, vel vt in quibusdam exemplaribus legitur diatoni, id est
 ab vna parietis parte ad aliam pertinentes pertedentēsq;. Artifices ob hoc per-
Contignatio. pennas appellant, quasi perpetuo lapide constantes, id est solido. Contigna-
Plana area. tiones vulgo estagia dicuntur: quarum supremæ aut etiam superiores cœnacu-
Tristegon. la dicuntur. Στέγαι græce dicuntur, vnde τριπέγρον in Actis Apostolorū pro turri-
 tiæ contignationis cœnaculo. Et πύργος δεκάστεγος apud Strabonem, pro turri
 decem contignationum. Plana autem area dicitur quæ plano pede instituitur
 & ad planam terram, vt lingua nostra dicam. Quæ sic dicitur ad differentiā
Hypogæa. hypogeorum, contignationum, concamerationum, palationum. Hypogeo-
 rum appellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias,
Concamera- promptuarias. Concamerationes sunt quæ arcuato opere constāt. Vitruuius
tiones. libro sexto, Aedificia quæ plano pede instituuntur, si fundamenta eorum facta
 fuerint, ita vt in prioribus libris de muro & theatris à nobis est expositum, ad
 vetustatem hæc erunt sine dubitatione firma: Sin autem hypogæa concamera-
Palatio. tionēsque instituentur, fundationes eorum fieri debent crassiores quàm quæ in
 superioribus ædificiis structuræ sunt futuræ. Palatio id fundamenti genus est
 quod in aquis, aut in viginosis, aut congestitiis locis fieri videmus, à palis qui
 in terram depāguntur dictum vocabulum. Idem libro secūdo de alno loquēs,
 Itaq; quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis infra fun-
 damenta ædificiorum palationibus crebre fixa, recipiens in se quod minus ha-
Fistucatio. bet in corpore liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, & sustinet im-
 mania pondera structuræ. quæ verba mēdose vulgo legūtur. Palatio quæ vul-
 go pilotium dicitur, fistucatio etiam appellatur, à fistuca machina vulgo nota,
Fistuca. qua etiam pauiores vtuntur vtrinq; ansata. hac enim pali magna vi in terram
 adiguntur. Est & alia fistuca magnæ molis qua trabalis materies in terrā pau-

gitur, aut in alveum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere suo remissa al-
 liditur, cuiusmodi Parisiis sæpe visitur. De hoc genere intelligendum illud Cæ-
 saris in quarto de bel. Gal. Hæc cum machinationibus immissa in flumen de-
 fixerat, fistucisq; adegerat. De secundo illud Vitruvianum in septimo, Si plano
 pede erit ruderandum, quærat solum si sit perpetuo solidum, & ita exæque-
 tur & inducatur cum statumine rudus: Sin autem omnis aut ex parte conge-
 stius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Utitur & Plin-
 ius libro tricesimosexto. Quidam festucam & festucare legunt per e. Leo Al-
 bertus qui de ædificatoria scripsit, non fistucam sed figisticam legit apud Cæ-
 sarē. Coaxatio autem opus est axibus constans. Axes enim transuersis tignis
 impositi contignationum sola fulciunt. ex eo autem opere intertignia constāt,
 quod genus apud nos non est v̄s̄itatum, sed alibi fortasse dicitur. Verum hu-
 iusmodi paries quem Papinianus concratitium appellat, latine proprie inter-
 gerinus appellatur, qui à vicinis constructus veluti intergerit, id est communi-
 ter gerendo est. Vulgus medianum appellat, cum medianus latine aliter acci-
 piatur, vt antea diximus. Plinius libro tricesimoquinto de ædificiis Græcorū
 lateritiis loquens, Romæ, inquit, non fiunt talia ædificia, quia sesquipedalis pa-
 rietes non plus q̄ vn̄am contignationem tolerat. cautumq; est ne communis cras-
 sior fiat, nec intergerinorum ratio patitur. Festus, Intergerini parietes dicuntur
 qui inter confines struuntur, & quasi intergerunt. Cratitius vero dicitur ab asse-
 ribus qui arrecti transuersiq; in modum cratis texuntur, quos Vitruuius ar-
 rectarios transuersariosq; appellat.

Festuca.

Coaxatio.

Intergeri-
nus.

Arrectarii
& transuersarii.

Ex. l. Actione. §. Morte. eodem titulo.

Item dolus & culpa in eo quod ex antegesto pendet tam ab hærede q̄ hære-
 di præstandum est. Si præstandum legas, dolum & culpam quoq; necesse est
 vt legas constructione græca. Vergilius lib. vndecimo Æneid. Alia arma La-
 tini Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendū est. Quod Seruius adno-
 tauit. Si dolus & culpa legatur præstanda sunt, legendum erit schemate tam
 Latinis q̄ Græcis v̄s̄itato. Liuius, Magna res in principio statim belli Chalcis
 & Euripus adempta regi forent. Idem, Formiis portam murumque de cælo ta-
 cta nunciabatur.

Ex. l. pri. De contrahenda emptione.

Sabinus Homero teste vitur. Locus est ex septimo Iliados circa finem,

νῆες δ' ἐκ Λήμνου πρὸς ἄσσω δινὸν ἄγασαι,
 εὐθὺς δ' ἐκ δινῶν καρκινομένων Ἀχαιοί,
 ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἰδωνί σιδήρῳ,
 ἄλλοι δ' ἔπιπτε, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόιασιν,
 ἄλλοι δ' ἀνδραποδοῦσι.

Affuit ex Lemno ratibus tunc copia vini,
 Cælarie insignes redimunt hinc vina Pelasgi.
 Pars dedit æs nitidum, ferrum pars altera, bubus
 Tergora diripiens hic protalit, ille agit ipsos
 Ad naues tauros, hic bello corpora capta.

Plinius libro tricesimotertio, Vtinā posset è vita in totū abdicari Aurū sacra
 fames, vt celeberrimi auctores dixere, proscissum cōuiciis ab optimis quibusq;

R

& ad perniciē vitæ repertū. Quantum feliciore ævo cū res ipsæ permutabātur inter se, sicut Troianis tēporibus factitatū Homero credi conuenit. Ita enim vt opinor cōmercīa victus gratia inuēta. Alios coriis boum, alios ferro captiuūq; rebus emptitasse tradit. Quæ & ipse miratus aurū, æstimationes rerū ita fecit, vt cētum boum arma aurea permutasse Glaucū diceret cum Diomedis armis nouem boum. Ex qua consuetudine multa legū antiquarū pecore etiam constat Romæ. Hactenus Plinius. Locus autem cātatissimæ illius permutatiōis cuius meminit Plin. apud Homerum legitur lib. sexto Iliad. his verbis,

ἔνθ' αὖτε γλαυκῶ κρονίδης φρένας δ' ἔλετο ζεύς,

ὃς πρὸς τῷ δ' ἄδ' ἴω Διομίδεα τὸ χεῖ' ἄμα βε.

κρύσεια χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἔννεαβοίων.

Iuppiter eripuit mire hic præcordia Glaucō,
Qui cum Tydide demens crepitantia mutat
Arma, subæratīs arma visenda corusco.

Est autem huiusmodi historia. Diomedes Græcus, & Glaucus Troianus cum in medio pugnae feruore inter se obuīam facti essent, vterque magna sui fiducia fretus, in eōq; iam essent vt manu conferturī viderentur, inuicem (vt fit) scilicet tantes alter alterius genus & patriam amicitiam, tandem hospitiumq; autum agnouerūt. quo facto cum pugnare nollent, atq; ideo diuersi abire cœpissent, ibi Diomedes Glaucum ita alloqui cœpit,

τὸ χεῖρα δ' ἀλλήλοισι παμείφορμω, ὄφρα κελ' οἶδε

γνώσῃ ὅτι ξῖνοι πατριώοι δὲ χόμει' εἶναι.

Heus tu (inquit) quin arma inuicem commutamus, vt omnibus his innotescat paternum autumq; hospitium nobiscum intercedere. Quo dicto cōfessim ex equis defilientibus illis & mutuis complexibus accepta, dataq; fide, in tantā amentiam Glaucus Ioue mentem eripiente prolapsus est, vt arma aurea ac centum bobus æstimata, æreis armis nouemq; bobus estimatis continuo commutaret. Huius autem permutatiōis meminit Iustinianus in proœmio Pandectarum his verbis, Quia vestris tēporibus talis legum inuēta est permutatiō, qualem & apud Homerum patrem. omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter se faciunt dissimilia permutantes,

κρύσεια, χαλκείων ἑκατόμβοι' ἔννεαβοίων.

Id est, aurea æris centenaria nouenariis. sic enim græce in Pandectis archetypis legitur. Quo in loco operæ precium est legere Accursiū hominis nugatoris atq; diuinaculi fanaticū deliramētū, cuius inscitia locus ille pulcherrimus iam diu obsoleuit. Gellius libro secundo de græcarū & latinarū comœdiarū cōparatione loquēs, Sed enim (inquit) postq; in manus Menander venit, à principio statim diū boni quantū stupere atq; frigere quantumq; mutare à Menandro Cicerilius visus est. Diomedis hercle arma & Glauci nō dispari magis precio æstimata sunt. Ad hoc alludēs Cic. ad Att. lib. sexto ita inquit, Habes ad omnia, nō vt postulasti κρύσεια χαλκείων, sed paria paribus respondimus. Pomponius enim Atticus vt conicere licet, scripserat his verbis aut huiusmodi Ciceroni, Vide vt proepistola ista quā ad te scripsi: nō magnopere cōmemorāda, aliā scribas mihi: sed tam bonā tam venustā vt videar ego æreas literas aureis permutasse. Propterea Cicero respondet, ad omnia se ita respondisse vt paria cū Attico

Permutatio
Diomedis &
Glauci.

fecisse se putaret, non meliora scripsisse. Plutarchus in Theseo, Nummum præterea statuit, bouemque in eo incidit, vel ob Marathonium taurum, vel ob Minois ducem, vel quod ad agriculturam ciues prouocare vellet. Ab eo (inquit) nummo dicitur hecatombæon quod est centum bouum, & decabæon decem bouum nomen traxisse. Pollux etiam libro nono auctor est bouem genus nummi fuisse Atheniensibus, à bouis forma sic dictum quæ in eo sculpta erat, ex quo Homerum hecatombæon enneabæonque dixisse. Quod igitur in institutionibus Iustiniani eodem in titulo dicitur, Proculum aliis Homericis versibus nixum opinionis eius auctorem fuisse quæ venditionem à permutatione distingueret, de iis versibus intelligi puto cuius hic extremus Chrysea chalceis, hecatombæa enneabæis. Bos enim quod verbum est græcū, nummum aliquādo significat, vnde proverbium natum *βῶς ἐπὶ γλώττης*, id est, bos super linguam, quod de iis dicebatur auctore Suda qui loqui libere non audebant multæ metu deterriti, quam luere eos oportebat qui paulo licentius loquerentur. Apud Pollucem legitur *βῶς ἐπὶ γλώσῃ βέλκηκερ*, id est bos lingue infidet, de iis (inquit) dictum qui precio silentium venale habuissent. Eodem pertinet illud quod in Demosthenem Athenis exclamatum est. Demosthenes enim pecunia à Milesiis corruptus cum postridie à concione flagitaretur vt in eos orationem haberet, excusauit synanchen, cum in concionem obuoluta ceruice prodisset. Vnus autem ex turba suspicatus id quod erat, exclamauit non synanchen eum pati, sed argyranchen, quasi dicas argentāginam: quibus verbis significauit silentium Demosthenis pecunia à Milesiis redemptum. Synanche latine angina dicitur. morbus est fauces præcludens ac strangulans, vnde nomen vtraque lingua accepit. Ab ignaris medicis non synancha sed squinantia dicitur, simili errore atque epilepsia pro epilepsia, & sciatica pro ischiade vel ischiaco dolore, qui & ischiadicus dicitur, & scotonia pro scotomate, id est vertigine, & huiusmodi alia permulta, quæ iam tamen apud nos nisi ab ignarissimis non ignorantur, propter linguæ Græcæ cognitionem quam artis professores apud nos assecuti sunt. Verum quod in principio huius legis dicitur, Eaque materia forma publica percussæ vsum dominiumque non tam ex substantia præbet quam ex qualitate, hoc quo modo intelligi debeat ex Aristotele apparebit libro quinto Ethicorum. de iure enim commerciaro loquens quod ipse allacticon appellat, in hanc prope modum sententiam inquit, Enimvero omnia quæ in commercium cadunt, comparabilia quodammodo esse oportet. quam ob causam numisma in vsum venit, fitque quodammodo medium: omnia enim metitur, & exuperatiam & defectum: vt (verbi gratia) quot tandem calcei æquare aut domum aut cibaria possint. Proinde vt est structor ad futorem, totidem calcei sunt ad domum aut ad cibaria. Alioquin nec commercium nec communitio erit. Commercium porro non erit nisi æqua quadantenus hæc sint. Vnum itaque esse oportet quo hæc omnia metiri possimus. Id autem est reapse quidem indigentia, quæ continet omnia. Quippe si nulla re homines indigeant, aut si non eodem modo, aut iam commercium non erit, aut certe non idem. Idcirco veluti succidaneum quiddam pro indigentia subiit hominum instituto, numus, indeque nomen habet à nomine, id est lege dictus: lege siquidem non natura numus est. Ideoque in nobis situm est an mutare numum an abrogare velimus. *Διὸ πάντα συμβλητὰ δ' ἄ πως εἶ*

Bos.

Synanche.
Medicine
vocalula reposita.

NUMUS.

ναὶ ὡς ἐστὶν ἀλλαγὴ· ἐφ' ᾧ δὲ νόμισμα, ἐκλήθη, καὶ γίνεταί πως μέσορ. πάντα γὰρ μετα. Et paulo inferiorius, Δεῖ ἄρα ἐνὶ ἅνι πάντα μεταφράς. ποπο Δ' ἐστὶ τῆ μὲν ἀληθεία ἢ χρεῖα, ἢ πάντα τα, σωέχεια. ἔ γὰρ μηδὲν δέοιτο ἢ μὴ ὁποῖως, ἢ ἐκ ἑσῶ ἀλλαγῆ, ἢ ἐχ ἢ αὐτῆ. ὡρ δ' ὑπάλλαγμα, φθὶ χρεῖας τὸ νόμισμα, γέρονε ἢ σωθῆκω. καὶ διὰ ποπο τῆνομα, ἐχ νόμισμα, ὡ δὲ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ. Hic locus poscere videtur omnino ut videamus quantum valeat auctoritas poetica. Accursius igitur in eodem Institutionū loco. Nota argumentum (inquit) quod auctoritates philosophorum & poetarum sunt in causis allegandae, quae interdum redarguantur ut hic. Hoc dictum Accursianum quod ad poetas attinet falsum videtur, (non enim redarguitur illic dictum Homeri, sed iurisperiti unus dictum alia Homeri auctoritate reprehenditur. Sed hoc mox video) Quod vero ad philosophos pertinet etiam inscitissimum. siquidem iuris scientia, ut alibi diximus, pars est civilis scientiae, quae rursus ipsa pars est moralis scientiae. Porro moralis scientia tertia pars est philosophiae, etiam cum philosophia angustissimis finibus circumscribitur. Latius enim patet philosophia quam pedissequis suis comitata orbem illum doctrinarum complectitur qui encyclopaedia dicitur, ut alibi vidimus. Sed hoc Accursio inauditum, qui nullam partem philosophiae praeter hanc iuris attigit. Nunc ad poetas veniendum. Quintilianus igitur libro. xii. Imprimis vero (inquit) abundare debet orator exemplorum copia tum veterum tum etiam novorum, adeo ut non ea modo quae conscripta sunt historiis aut sermonibus velut per manus tradita, quaeque quotidie aguntur, debeat nosse, verum ne ea quidem quae sunt a clarioribus poetis ficta negligere. Nam ea quidem propria, aut testimoniorum aut etiam iudiciorum obtinent locum. Sed haec quoque aut vetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis praceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quam plurima. Vnde etiam senibus auctoritas maior est quod plura nosse & vidisse credunt, quod Homerus frequentissime testatur. Idem libro quinto de auctoritate loquens, Nam illa septem praepcepta sapientum nonne quasdam vitae leges eximiamus? Si causam veneficii dicat adultera, non Marci Catonis iudicio damnata videatur, qui nullam adulteram non eandem esse veneficam dixit. Iam sententias quidem poetarum non orationes modo sunt refertae, sed libri etiam philosophorum. qui quanquam inferiora omnia praepceptis suis ac literis credunt, repetere tamen auctoritatem a plurimis versibus non fastidierunt. Neque est ignobile exemplum, Megareos ab Atheniensibus cum de Salamine contenderet victos Homeri versu, qui tamen ipse non in omni editione reperitur, significans Ajaxem naues suas Atheniensibus iunxisse. Hactenus Quintilianus. Interpres vero Demosthenis in ea oratione quae de falsa legatione inscribitur, id est περὶ ψευδοπροσβέτας. Contendentibus (inquit) Atheniensibus cum Megareis de Salamine insula, Solon Atheniensis Homericis versibus causam suam iudicibus approbasse dicitur, versum commentitium Homericis versibus intercalando. Cum enim Homerus dixisset, Ἄϊας δ' ἐκ Γελαμίνῳ ἄγερ δύο καὶ δέκα νῆας, id est ut Lappus ex Plutarcho vertit, Bis senis Salamine Ajax cum navibus ibat, addidit Solon hunc versum,

Auctoritas poetica quantum valeat.

Philosophia. Encyclopaedia.

Homeri auctoritas.

Σπίσε δ' ἄγωρ ἢ Ἀθωαίων ἱσαντο φάλαγγες.
 Cecropidum quo castra loco posuere phalanges.
 Hoc modo docuit Salamina omni memoria Atheniensium fuisse. sicq; disceat

pratoribus Lacedæmoniis Salamina Megareis abiudicata. Auctore etiam Plu-
 tarcho, qui eius historiarum in Solone meminit. Et est quisquam qui post tanta te-
 limonia, poetarum auctoritatem in iudiciis nihil ad rem pertinere contendat
 vel Accursio iudice? Quid? num in dubium forte venit vtra prævalere debeat
 auctoritas, Quintiliani? qui in foro & senatu Romano, id est in iuriconsulto-
 rum seminario Consularis etiã versatus est: an Accursii hominis vt minime ma-
 li, ita qui nec poetas vnquam nec oratores legerit, ne latinos quidem vllos au-
 ctiores præter hos iuriconsultos, quorum elegãtiam ac doctrinam permultis
 luculentisq; vestigiis ignorantie suæ impressit. quæ sagacissime persecuta iu-
 ris peritorum cohors quingenaria, iisdem erroribus aliis atq; aliis ætatibus sub-
 scribens, trecentis circiter annis ad extremum indignitatis perduxisse rem vi-
 detur. Faciunt sane quidam iuris studiosorum improbitate sua, vt dum omnia
 vite instituta præ sua sorte despiciunt, aliorum silentium rumpant & stilum etiã
 ultra modum lacestant. Itaque inuitus facio vt identidem in istos humanitatis
 obrectatores infesto stilo me conuertam. Non enim alioquin id mognopere
 mea refert qui nec poeticam nec oratoriã profiteri, nec vllam omnino huma-
 nitatis partem aut velim aut possim. Verum vtriusq; studio delectari me non
 inficior, quo nomine sæpe male me ab nonnullis audisse commemini. Agedum
 videamus de Homero quid proceres scriptorum censuerint, vt stomachum tan-
 tisper hisce hominibus moueamus. Iuuat etiam paucis in illos destomachari,
 qui patientia nostra iritati in literarum delicias petulantissime debacchati sunt:
 sic se quam maximum dolorem nobis inurere existimantes. Iamprimum igitur
 Cice. in quinto Tuscul. Traditum est (inquit) Homerum cæcum fuisse, at eius
 picturam non poesim videmus, quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ spe-
 cies formæ, quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus animorum, qui
 ferarum non ita expictus est, vt quæ ipse non viderit, nos vt videremus effe-
 rit: Plutarchus in eo libro quem de Homero composuit, qui liber nondum la-
 tinus ex professo factus est, licet Politianus vir ille quidem excellentis doctrinæ,
 sed animi non satis ingenui, ex eo libro rerum summas ad verbum transcribens,
 quasque flores præcerpens, non erubuit id opus pro suo edere, in quo nullam
 præterquam transcribendi ac vertendi operam nauauerat. In eo igitur libro
 Plutarchus ad hunc prope modum inquit, Duas autem Homerus poesim reli-
 quit, Iliadem & Odyssæam, ab Aristarcho grammatico in numerum librorum
 diuisas, vtranq; secundum alphabeti Græci numerum & ordinem. In Iliade bel-
 lum Iliacum scripsit, & res ad Ilium gestas à Græcis Barbarisq; propter Hel-
 ne raptum: in primis tamen consecutus edita in eo bello ab Achille strenuita-
 tis ac fortitudinis exempla. Odyssæa Vlyssis reditum in patriam complexus est
 variis meandris errorum implicitum, vimq; etiam mentis atque consilii præ-
 stantissimi solertiam, quibus Vlysses eorum difficultates superauit: inimi-
 cosq; homines sibi suisq; struentes insidias, ex sententia animi sui ad extremum
 vltus est. Proinde (inquit) Homerus vniuerso opere ambas hominis partes
 complexus est. Quippe qui in Iliade vim fortitudinemque corporis persecutus,
 animi præstantissimi specimen in Odyssæa exhibuit. Et eodem libro circa finem,
 Ceterum (inquit) perquam scitum est illud quod à quodam dictum est olim,
 Poeticam picturam esse loquentem: picturam vero poeticam silentem. Ecquis

In humanita-
tis oblocuto-
res.

De Homero
doctiorum sen-
tentia.

Plutarchi
opus.

Homeri poeta
ses.

Homeri præstantia,

est igitur, qui aut prius, aut amplius Homero vel cōceptis rerum imaginibus, vel verborum in carmine delectu, deos, homines, loca, actiones varias ac multiplices excoluerit. Hic est enim vnus qui verborum materiæ omnifaria animam lia effinxerit: præsertim strenuissima quæq; leones, pardos, apros. Quorum impetus animæ affectusq; veluti deformās, humanisq; rebus accommode componens, vtrâque proprietates expressit. καὶ γὰρ ἔπειτα τῶν σοφῶν ὅτι ἐστὶν ἡ ποιητικὴ ζωγραφία λαλῶσα, ἢ δὲ ζωγραφία, ποιητικὴ σιωπῶσα. τίς οὖν πρῶτος ἢ τις μᾶλλον δμῖρος, τῆ φωνῆσιν ἢ τῆ νοημάτων, ἢ τῆ ὀφθαλμῶν τῶν ἐπιπέων, ἐκόσμησε θεὸς, ἀνδρῶν τε, τόπων, πράξεων ποιητικῶν ἀνέπλασε δὲ τῆ ὕλη τῶν λόγων καὶ ζῶα παντοῖα, καὶ μάλιστα τὰ ἀλκιμώτατα, λέοντας, εὔρας, κροκόδειλους, ὧν τὰς ἐφορμάς καὶ διαδέσεις ὑπεγράψας, ὧ ἀνδρῶν εἰς πράγματα, πρῶτα βαλὼν, εἰδὲν ἑκατέρας τὰς δικιότητες. De Homero loquens Columella in præfatione ita inquit, Nam neq; territus Cicerō cesserat tonantibus Demostheni Platonique, nec patrens eloquentiæ deus ille Mæonius vastissimis tuminibus facundiæ suæ posteritatis studia restinxerat. Deum Mæonium à patria Homerum appellans. De hoc Cicerō pro Archia ita inquit, Quàm multos scriptores rerum suarum Alexander secum habuisse dicitur: at is tamen cum in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate (inquit) adolescens qui virtutis præconem Homerum inueneris. Et vere. Nam nisi illi ars illa extitisset, idem tumulus qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quintilianus in decimo de legendis auctoribus Græcis ac latinis loquens. Igitur vt Aratus ab loue incipientium putat, ita nos rite ccepturi ab Homero videmur. Hic enim quæadmodum ex oceano dicit ipse amnium vim fontiumque cursus initium capere, omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauit. Et paulo post, Quid? In verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis? nonne humani ingenii modum excessit? vt magni sit viri virtutes eius non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verum hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit. Haætenus ille. Itaque fremant isti licet: immo verò si placet & stomacho & cachinnis improbis disrumpantur, nunquam tamen efficiant vt non hunc Plinius libro secundo naturalis historiæ, literarum principem appellauerit. Et libro septimo, ingeniorum foelicissimum: Magni etiam Alexandri elogio omnis æui memoriæ consecratum. Et libro decimo septimo, ingeniorum fontem. Vt non hunc deniq; Iustinianus legum sanctionumq; generis omnis virtutis parentem, in præfatione Pandectarum esse dixerit, & eius auctoritate iuriscōsulti identidē in responsis suis vtantur. Haætenus de Homero. De poetica verò hoc dici in vniuersum potest quod Quintilianus libro decimo scribens ex sententiâ Theophrasti philosophi nobilissimi, A poetis, inquit, & in rebus spiritus, & in verbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor petitur. Ecce autem de integro nugæ inquiunt isti, quid (malū) nobis cum Homero aut Mæonio aut Mantuano? Quid cum dicendi lepore, cum studiorum amœnitate, cum politioribus literis, cum omni deniq; carminum numerorumq; ratione? Viderint ista male feriati homines, qui gratuita ac ieiuna ingrataq; studia consecretantur: nobis nullum festiuus acroama esse potest, quàm cum strepitum altercationum aduocati apparitorum voce vocantur, aut cum ad pomeridianas illas capturas iudices constituunt, scenerandum

Poetica laudes.

enim studiis tempus argentumque censemus, non condonandum deperdendumque esse, quod mente quidam capti solent facere à multis infatuati, qui nunquam rem faciunt. Nam quid dissimulo, aut quæ me ad maiora referuos cum eousque indignitas creuerit, ut me aliquando propinquorum nonnulli, istorum successu per moti, seuerè simul & amice admonuerint, ut ab his nugis literarum ad frugem bonam palatini quæstus tandem me reciperem, neque hic ingeniolum qualecunque est, nihil agendo atque etiam operam ludendo (ut dicitur) à seriis studiis ac nostris hominibus dignis diutius distinerem. Respicerè hunc & illum (sordidissimum quencque mihi & ad rem attentissimum obicièntes quasi frugalitatis exemplar) quorum certe mihi nomina pruriente lingua versantur in labris primoribus, vixque imperare mihi possum, ut erumpentia verba teneam: adeo sunt enim ad vnguem facti homines ac suæ etiam professionis literarum propemodum ignari: ut si eorum nomen adderes, vno verbo omnia dixisse viderere. Verum ut ad monitores redeam, non tu te respicis (aiebant) non tu te cohibes ab infano isto frugiperdæ humanitatis studio? Quod si tam Accursii admirator quam Ciceronis fuisses, haud dubie ista assiduitate studii pauculis annis ad frugem bonam euasisses. Cultor enim iuuenum purgatas inserit aures Frugem palatina. Solentque nunc certatim petere hinc iuuenesque senesque. Finem animo certum, miserisque viatica canis. Ne multa, indignis me adeo modis non semel obiurgauerunt, mores mihi æmulandos adeo sordidos, adeo putidos obiecerunt, ut vomitum ieiuno propemodum excusserint. Profecto hoc illud est, homines imperiti nihil æquum esse censent nisi quod eis collibuit: omnesque infanire putant qui non secum sentiant. Ecce autem iterum: maius enim certamen restat cum illis qui cum multorum iudicio in Accursiana doctrina non mediocres esse credantur, suo vero tam magni sint, ut caput ad fornicem Fabii submittere etiã possint (ut Crassus olim orator ille facetissimus de Memmio quodam dixit) nullum iurisperitum esse posse putant vel volunt potius, non eundem latinitatis contemptorem. Atque ideo in obtrectationem meliorum literarum præcipites acti, nullo delectu auctores omnis Latinos præter iurisconsultos antiquos (quos etiam elegantiae studiosos scribendo fuisse nondum rescierunt) interdicerè suis solent. Quanquam reuera non & igni (ut est in proterbio) pluribus locis uti possimus quam oratorum, historicorum, poetarum auctoritate: ex quorum lectione latinitatis & elegantiae cognitio existit, id quod attestari possunt honestiores facundioresque iurisperiti & iudices & causidici, quales iam non pauci sunt, quibus tamen isti qui numero prævalent, eadem de causa tanquam transfugis aut deliris infensi sunt, qui ab illa vera germanaque (ut ita dicam) accursianitate desciverint. Ex huiusmodi areopagitarum numero (proh pudor) extiterunt aliquot non pridem stoicorum simiæ, qui in amplissima curia pro tribunali censuerint poetas omnis cremandos, poeticamque adeo trãs alpes relegendam, vnde iam inauspicatis auibus venisse superciliose fremebant: dira etiam iis imprecates qui ad nos poetas & oratores literasque huiusmodi quasi certam reipublice perniciem attulerunt, tragedias mirificas in venerando illo confesso excitates, arrepta occasione ob vecordiam cuiusdam facinorosi perditissimi, qui nescio quid de Ioue atque aliis poeticis numinibus in dementia fur oreque somniauerat: homo vix prima literarum elementa edoctus. Quorum sen-

Scotmã,

indignum factum
cinus.

tentia (vt fama est) risu prudentiorū excepta ac cōfestim suppressa, memoria
 tamen eximī nō potuit. Manauit enim ad populū, tametsi auctores vt arbitror
 ignorātur, quorū utiq; temeritate nota turpitudinis amplissime curiē aliquā
 diu hæsīt. Hī tam mihi bene meriti de repu. nostra videntur graues illi censo-
 res, q̄ de imperio Romano atq; etiā de genere humano Caius olim Princeps co-
 gnomēto Caligula, furia faxq; orbis terrarū: qui Homeri carmina, ac Liuii Ma-
 roniscq; scripta Platoniscq; (vt aiunt) vesania stimulatē abolere voluit: nec tamē
 ausus est. qui etiā iuriconsultorū superbiam nō ferens deierauit se haud dubie
 effecturū nequid præter æquū bonūq; respondere possent. Hī autem q̄q; in
 nulla aut iuris, aut auctoritatis arce presidū oppugnandis latinis scriptoribus
 cōstituere possunt: meliora tamen iura interdū simulatione circūueniūt. Dixi-
 mus superius iudicio multorum in Accursiana ipsos, sciētia dicam an insciētia
 (quę tamen hodie quosdam in cælū effert) nō mediocres esse. Huc accedit q̄
 homines sese admirari soliti, quique sibi dignissimi videntur qui inter selectos
 (vt ita dicā) rerū constituendarū iudices referātur: qui summā quamq; genitū
 ram habere se sibi persuaserint, spiritibus illis tumidi in habitū sapientiū se do-
 ctrināq; præditorū componāt. Exemplum certe priscae iuris prudentiæ, iurisco-
 sultorum decus, columen deniq; aliquod reip. dices te intueri: si modo incedens
 tes videris, non etiā homines excusseris. Ita fit vt in istis quæ populari trutina
 examinantur, omnes ferme tribus ferant (vt dicitur) id est vt omnium ciuū
 iudicio de literis aut antiquādīs, aut probandis hī sentire rectissime videantur.
 pauci autē qui ista perspicunt, quiq; vicem doctiorum hominū dolent, vt insul-
 tātibus illis mussitare, & (vt verbis Satyrici loquar) per lachrymas effundere
 bilem Cogātur, pressioq; diu stridere molari. Augustus Cæsar primus Roma-
 norū Princeps, ac de iure ciuili optime meritus, vt etiā ex multis elogiis iuris-
 consultorum apparet, Homeri Mantuanī poesim ciuilis iuris auctoritate anti-
 quorem habuit, id quod testantur notissima eius carmina,
 Sed legum seruanda fides, suprema voluntas
 Quod mandat fieriq; iubet, parere necesse est.
 Frangatur potius legum veneranda potestas,
 Quam tot congestos noctesq; diesq; labores
 Hauserit vna dies.
 Eant igitur ignoratię patroni, frontē perfricent, & se plus vidisse q̄ Augustum
 dicant, Principē vtraq; lingua nō mediocriter doctum, sapientia singulari præ-
 ditum: sub cuius imperio lux etiā æterna humano generi affulsit. Vereor me
 diussidius ne plura dicam in homines infantissimos, aut vehementius forte con-
 tendam q̄ modestis hominibus audire vel vacet vel libeat, aut pauciora vt res
 missius q̄ res quæ nunc agitur postulet. Proinde suscepti patrociniū fidem ex-
 oluisse mihi videor, quod iure meo quodāmodo suscepisse me puto, satius opi-
 nor facturum sum si verbū vltra non addam: negaui iam hinc mihi: in hoc enim
 luto herere me sentio. Melius hęc causam egerint qui poeticā & oratoriā & hu-
 iusmodi facultates profitentur, immo vero cōgruentius literis periclitantibus
 iuris peritorū quidā patrocinaūtur, qui probe doctrina nō expertes sunt & res
 uerentes. Rem ego abunde (vt arbitror) exposui, illi argumenta explicabunt,
 & iudices in consilium commodius missuri sunt. Qua vero de re agitur operet

precium est interim meminisse: id est autē huiusmodi, Num iuri æquitatiq; cō-
 sentaneū sit, num bonis moribus conueniat, num ex usu aut ē dignitate reipu-
 blicæ, num in rem famamq; huius regni esse videatur, homines (vt parcissime
 dicā) Priscianomastigas, id est tertio quoq; verbo (vt nostrate vulgus ait) Pri-
 scianum cedentes, censurā omnis generis literarū agitare poetarūq; Aristar-
 chos oratorūq; fieri, atq; inusitata nō modo inclementia, sed etiā dementia à
 caluo ad caluū, Græcos Latinos, bonos malos, recētes atīquos, omnisq; memo-
 riæ, omnis generis, omnis meritū eadē nota ex numeris aut albo legendorū ex-
 pungere, ac quicquid omnis qui sapiētes cēsuerint, sūsq; deq; habere. Neq; verò
 me præterit quid isti de me atq; aliis græcarū literarū studiosis loquitari soliti
 sint, ignorātes id quod Lūius lib. ix. ab vrbe cond. tradidit, morem suo tēpore
 fuisse, vt Romani pueri literis græcis erudirētur. Quod etiā Quintilianus ab
 infantia fieri debere cōtendit. Ignorantes Romanos philosophiam atq; omnes
 ingenuas artes à Græcis habuisse, in quis & decem legum tabulas, vt fassus est
 Cice. in secūdo de Finibus: ipse quidem minime inter Græcos popularis, vtpote
 qui Græcis omnia derogare soleat: quicq; videri voluerit (id quod erat) facul-
 tatē dicendi, atq; omnes orationis lepōres à Græcis hausisse (vt ita dicā) qua-
 siq; clauam Herculi detraxisse. Non intelligētes illa verba eiusdē ad filium in
 præfatione librorū de Officiis, Tamen vt ipse ad meā vtilitatē semper cū græ-
 cis latina coniunxi, neq; id in philosophia solū, sed etiā in dicendi exercitatione
 feci, idem tibi censeo faciendū: vt par sis in vtriusq; orationis facultate. Audiant
 igitur M. Catonē Cēsoriū, Senatorē omnibus numeris ciuilibus facultatis consu-
 matissimū, ita apud Ciceronē dicentē in Catone maiore, Literas græcas senex
 didici. quas sic auide arripui, quasi diuturnā sitim explere cupiēs, vt ea mihi no-
 ta essent quibus me nūc exēplis vtī videtis. Discāt nunc deniq; linguā latinā,
 linguæ græcæ imitatricē esse, quasiq; quādam Græcorū linguæ simiā, ac sine
 græcæ linguæ cognitione latinā mancā atq; debilē esse: quod nemo doctiorū
 diffitebitur. Nisi vero credimus ducenta Pandectarū loca sine eius cognitione
 satis intelligi posse, aut nisi inficias ibimus totū pene titulū de excusationibus
 à iuris auctoribus græcæ scriptū fuisse, sicq; à Tribuniano relictū. quod ipsum
 facile est cernere ex genere stili, qui sordidus & obscurus videtur cū stilo iuris
 consulcorū compositus: nec ex Græco traductus, sed extortus vtriusq; linguæ
 ignorātia, quomodo & in multis aliis locis Pandectarū. Sed quid cū iis homi-
 nibus agas, qui ne audierūt quidē quid gallus gallinaceus in. l. Pōpeia, à gallo
 semiuero differat: aut quid ius prætorū à iure Apitiano? Nōne cōcedas inter-
 dum vt excusatione summe ignorātiæ, summe improbitatis odiū deprecetur?
 Proinde libenter eos postremū nunc (vt dixi) allocuturus admonuerim, si pau-
 corum annorū studio literatissimos esse se vulgo persuaserunt, in vno tantum
 genere literarum occupati gaudeant in sinu (vt dicitur), & gloriose ac super-
 be, atq; etiā contumeliose loqui obloquiq; desināt. Iam iam enim futurum est
 (vt auguror) vt quod adhuc pauci perspexerunt, omnibus luculento quorū-
 dam rubore innotescat. Fientq; fortasse nōnulli asini inter simias, qui nūc fero-
 sia subnixi inciuiliter incedūt. Res ipsa iam clamitat, omnia fora palatiāq; per-
 sonant, diu fallere imponereq; populo nō possunt. Omnibus palam fiet altissi-
 mā illam & vastā multorū sciētiā multo minus operis q̄ ostentationis habere.

De literis
græcis.

De cōmentā-
riis recētio-
rū iurisperi-
torum.

Vtar hic exemplo (siquid iudicii habeo) quam appositissimo. Titus Quintius Imperator populi Romani Græcia à seruitute liberata ac suis legibus restituta celeberrimus: cum ei Ægei in Achaia datum esset concilium, eoque Antiochi legati & Ætolorum accedentes huiusmodi orationem habuissent ad Achæos fide Romanorum abducendos, equitum innumerabilem vim traici Hellestono in Europam, partim loricatedos, partim sagittis ex equo vtetes, quibus copiis equestribus vel totius Europæ exercitus obteri & obrui possent si in vnum essent coacti: ad hæc multiplices copias peditum addentes, nominibus quoque gentium vix fando auditis Achæos terrerent, Dacas, Medos, Elymeosque, & Cadusios, Tyrios, Sidonios, Aradios appellantes. Ad ea Quintius, Ætolorum omnem ferociam dicere in verbis nõ in factis esse, & in conciliis magis concionibusque quam in acie apparere, Regem Antiochum peditum equitumque nubes iactare, & maria consternere suis classibus. Est autem (inquit) res simillima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis & boni & sciti conuiuatoris. Apud quæ solstitiali tempore comiter accepti, cum miraremur vnde illi eo tempore anni tam varia & tam multa venatio, homo non quam isti sunt gloriosus, reuidens, condimentis ait varietatem illam & speciem ferinæ carnis ex mansueto sue factam. Hoc idem dici apte in copias regis, quæ paulo ante iactatæ sunt, posse, & in varia genera armorum, & multa genera gentium inauditarum. Dacas enim & Medos & Cadusios & Elymeos viros omnes esse, haud paulo maiorum priorum melius propter seruilia ingenia, quam militum genus. Auctores hystorix Liuius in quinto de bel. Maced. & Plutarch. in Problematis, *ἐπιπέρι δὲ τῶν ἑσπερῶν ὅτι ταῦτα πάντα χοίρειά εἰσι, ἢ δ' ὄσμασι καὶ σκευασίαις διαφέροντα. μὴ τῶν αὐτῶν δαυμάζειν πρὸς βασιλικῶν δ' ἀνάμιν λογχοφόρος, καταφράκτες περὶ αἰγῶν ἀπιπροσέοτας, πάντες γὰρ ὄσμοι εἰσι δ' ὄσμοις ἀλλήλων διαφέροντες.* Ad ea hospitem dixisse, Omnia hæc quæ vides suilla carne constant, condimentis & apparatus differunt. Proinde (inquit) regiam istam potentiam ne magnopere stupendam putetis, lanceatos, cataphractos, pedites, ex equo sagittis figetes. Omnes enim Syrii sunt, armis inter se ad speciem ingentis exercitus distincti. Hanc Quintii similitudinem omnibus numeris in istos quadrare promptius est intelligere, quam vt à nobis sigillatim explicare necesse sit. Omnia enim coherentia in oculos (vt ita dicam) & summatim monstris quibusdam verborum atque alia quæ supra dicta sunt iactare videbantur, eadem isti vaniloquentia doctores priscos, modernos (verbis enim eorum vtor) & mediæ cuiusdam ætatis intonant. Adde & legistas, canonistas, cismontanos, vltromontanos, & huiuscemodi sesquipedalia verba, quibus imago vocis plenioris in locis cameratis cõsiliorũ resultat. Iam Baldi, Bartholi, aliorumque doctrinas quasdam distingunt, veluti philosophiæ sectas multipliciter partientes. simul ad miraculum excitandum nomina quædam auctorum citant ne nouemenculatoribus quidem nota. Palmarium est enim inter eos ignobilissimi cuiusque & omnibus inauditi auctoritatem afferre. Translatitiũ verò & obsoletum veteres comemorare, id est omnium optimos, sed qui iam ad manũ sunt omnibus & veluti obsorduerunt. Tam sunt sua cuique verba quædam mirifica omnium ramenten barbarica. Hoc enim vnũ maxime inter omnes conuenit. Adde quod interitum doctores suos honorificentissimis appellationibus inter diuos propemodũ re-

ferunt, eorumque adnotata quaedam apophthegmata pro oraculis ediscunt. Huiusmodi illi sonitu verborum inani non modo pullatam turbam, sed etiam primarios homines literarum ignaros in stuporem adducunt: quasi arcana sapientiae ex altissima mente proferant. Nivibus enim hibernis crebriora, copiosioraque iura allegasse dicuntur, omniaque maiorum placita inaudita facundia retexuisse. Quod cum ipsi obaudientes audiunt, digito se caelum attingere propediē posse confidunt: etiam si in omni genere literarum praeter hoc unum ab imis vnguis ad verticem summum toti ex ignorantia concreti sint. Verum hoc illud est eis Amaltheae cornu, ubi inest quicquid volunt: haec illa est eisdem encyclopaedia. Vnus eis Accursius omnium instar est, omnisque generis auctorum. Ex eius recondita doctrina vel lac gallinaceum (ut dicitur) haurire didicerunt. sub Accursii nomine intelligi alios glossularios velim iuris pontificii: quando eadem auctoritate praeditos esse videmus. Ceu vero nesciamus vnus Felini lectione aut alterius recentiorum mirificam istam doctrinae speciem facile praebere posse, qui ex antiquorum ipsi commentariis ad unum excussis rerum summas haurientes, huius scientiae breuiaria summo studio & labore composuerunt. aut perinde quasi doctorum illa turba (haud dubie ingeniosa) alia aliaque semper aut in aliam potius atque aliam versa speciem antiquis addiderit, ac non exquisitis lenociniis veterusta iterum iterumque interpolans, non sine stellionatus crimine insignem imposturam fecerit. Siquidem posteriores praereptam sibi a prioribus ingenii gloriam indignantes, quae ab illis inuenta, ac literis mandata compererant, ea varis mangoniis interpolata, magna ex parte posteris pro suis tradiderunt interuersa auctorum suorum laude. Ac vero recentiores cum nec noua comminisci possent, nec vetera toties interpolata ultra aliquid moliendi argumentum vllum praebent (quod unum reliquum erat scribendi argumentum) & antiquos & recentes & intermedios forulis omnibus excussis nullo negotio legendos huic aetati dederunt, frementibus istis qui cornicum (ut aiunt) oculos a cornicibus confixos indignantur. Sexcenta enim volumina quae ad speciem operosissimi studii aperta in bibliothecis habere solent, situ plerumque obsita, ad paucissima volumina esse redacta scriptoribus illis male feriatas succensent: scientiamque antehac omni machinamento ad obscuritatem adductam in medium positam nunc omnibus esse. Equidem ipse quid de istis doctorum commentariis sentiam bona fide fatebor ad extremum. Memini enim legisse me apud Plinium verba quaedam ad hunc locum admodum pertinentia. Is igitur de commentitiis & magicis quibusdam haeribus loquens, quae virtutes mirificas & supra fidem violentas habere monumentis Democriti & aliorum traduntur, libro vicefimo sexto naturalis historiae ita inquit, Mirum est profecto hucusque prouectam credulitatem antiquorum, saluberrimis ortam iniuriis, si in vlla re modum humana ingenia non uissent. Sed haec est in omni re animorum conditio, ut a necessariis orsa primum cuncta, venerint ad nimium. Haec enim ille. Quemadmodum igitur haerbarum inuentioni saluberrimae rei derogata tandem est fides suadente Asclepiade (ut idem Plinius inquit) qui nouam medicinae rationem instituisse, & ad compendiosam artem redeuisse dicitur: ita legum interpretatio iuris prudentibus olim concessa sub Augusto & eius successoribus, ab Iustiniano postea seuerissime interdicta est ut labori studentium consuleretur. Et ut haerbarum medicinae in

uenta nimia magorum uanitate abrogata sunt, qui vires herbarum supra finem tradebant, sic iuris interpretandi spes omnibus abscissa sub Iustiano Principe, propter iurisperitorum insanam scribendi libidinem, qui stilo temperare iam non posse cernebantur. Quod rursus idem facere pergunt nostri seculi iurisperiti, multo tamen antiquis illis deteriores. Hocque perpetuum est (ut videtur) utpote cum Cicero non dubitauerit Seruio Sulpitio palam in iudicio presentibus obicere, cum multa preclara legibus essent constituta, ea iurisperitorum ingenis pleraque corrupta ac deprauata esse. Atque etiam ea quae olim a iureconsultis tanquam arcana petebantur, postquam opera Flauii scribae per uulgata atque in manibus iactata & excussa sunt, inanissima prudentiae reperta esse, fraudis autem & stultitiae plenissima. Haec tamen nunc in manu sunt illius istius scientiae peritissimis, qui Gallicae reipublicae iuridiciale imperium moderantur. Melius igitur ipsi uiderint an hoc statu rerum res iuridiciales recte atque ordine administrari possit. Vnum hoc si addidero finem dicendi faciam, quam huius orationis difficilius est exitum quam principium inuenire, dicentibusque non tam copia quaerenda quam modus magnopere adhibendus est. Hoc igitur affirmauerim, Franciam sub regio imperio liberam esse posse, si per istorum intemperias licuerit in posterum, qui prouinciam suis legibus post hominum memoriae uiuere solitam, id est institutis patriis, & regum constitutionibus, haud ita multis annis, legibus non Romanorum (ferendum enim esset) sed Gothicorum hominum foedissime manciparunt. Contra uero humanitatis doctrina, plus operis minus ostentationis habet. Quae quo labore comparatur, quid ad uitam transigendam conferat, uel unico dicto Isocratis auctoritas grauissimi apparerebit. Ad Demonium enim de preceptis sapientiae scribens post multa exhortamenta ita inquit, *χρη δε μη μονον τις υφ ημων ερημυνοις εμυλων, αλλα και ην κριση τα βελιστα, μαυθανειν, και ην αλλων σοφιστων ελε χησιμον ερηκαστη αναγιωσκων. ωσπερ και η μελιτην ορωμυλν εφ απαιτα μου τα βλασηματα, και διζανσ(αν, αφ εκαστ δε τα χησιμα, λαμβανουσα, ετω και και τις παιδειασ ορεγομυλνσ, μηδενδσ μου απερωσ εχειν, ωσταχοδμ δε τα χησιμα, συλλεγειν. μολις γρ εκ ταυτης εδι ωπμελειασ τας εδι φυσεως εμαρτιασ ωμκατιουσα.* Te autem oportet non his solum quae diximus acquiescere, sed & optimis quodque dictum poetarum ediscere, ac si quid alii quacunque dicendi facultate praepollentes scite dixisse uidentur, perlegere. Quomodo enim apes uidemus uariis stirpium germinibus insidentes, ab unoquoque desumere quod sibi maxime sit uisum, sic eos qui doctrinae desiderio capti sunt, ut nihil intactum relinquere, sic undique colligere quod sit operae precium conuenit. uel hac autem diligentia uix naturae uicia peruincere poterunt. Nam & Quintil. lib. pri. de encyclopaedia loquens & mathematicis artibus, quibus oratorum carere commode non posse contendit, ita inquit, Similiter oratorum qui debet esse sapiens non geometres faciet aut musicus, quaeque his alia subiungantur, sed haec quoque artes ut sit consummatus iuuabunt. nisi forte antidotum quidem aut alia quae oculis & uulneribus medetur, ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus componi uidemus, quorum ex diuersis fit illa mixtura una quae nulli earum similis ex quibus constat, sed proprias vires ex omnibus sumit. & multa animalia mellis illum inimitabilem humanam rationi saporis uario succorum ac florum genere perficiunt. nos mirabimur si orationi qua nihil praestantius homini dedit prouidentia, pluribus artibus eget, quae cum

se non ostendunt in dicendo nec proferunt, vim tamen occultam suggerunt & tacite quoque sentiuntur. Eodem illud pertinet eiusdem Isocratis, τὰ μὲν γὰρ σὺν πορὰ laboribus modicis, & ad naturam accommodatis, sic animum bonorum scriptorum lectione augescere natura comparatum est. Eodem quoque pertinet illud Basilii Magni in oratione qui Paræneticus inscribitur, quam ad exhortationem iuuenum scripsit, docens eos quomodo ratione studiorum suorum instituere debeant. Is igitur de vita beata loquens, quam vnâ omnibus neglectis exoptandam esse ait, in hanc propemodum sententiam inquit, Est igitur operæ precium existimare certamen quoddam propositum nobis esse, vt si quod vnq̄ maximum, cuius ineundi gratia nihil intentatum nobis relinquendum sit, quin omni ope, atq; scriniis omnibus excussis contendamus, vt vndiq; ad id instructi præmeditatiq; simus. Et poetis enim & historicis, & oratoribus, & omni denique homini adherendum vnde aliqua modo spes sit ad institutionem animæ futurum quid in rem fore. Quomodo autem tinctores nouimus pigmetis quibusdam tingendas res primū inficientes, vt colores melius cōbiberē possint, hos quoque mox colores purpureum aut alium quēuis inducere solitos: eodem nos quoque modo si iniustam recti honestiq; opinionē in animis nostris insidere volumus, cū his externis secularibusq; disciplinis instituti, quasiq; iniciati fuerimus, tum demum sacris illis scriptis arcanisq; disciplinis audiendis admitemur, ac veluti solem in aqua cernere præsuētī, deinde lumen ipsum obuersis etiam oculis intuebimur. *ὁπότε οὖν οἱ διδασκαλοὶ πρῶτον ἀναγκαῖον πρὸς τὸν θεὸν ὁμιλοῦντες ἐπιμαρτυροῦντες τὴν βασιλείαν, ἔπειτα δ' ἀναδιδόντες ἐπαγωγὴν ἀνὰ τὴν ἀληθειάν, ἢ τὸν ἀνὴρα δὴ καλῶς ἐμαρτυροῦντες, ἢ τὸν ἀνὴρα δὴ καλῶς ἐμαρτυροῦντες, ἢ τὸν ἀνὴρα δὴ καλῶς ἐμαρτυροῦντες, ἢ τὸν ἀνὴρα δὴ καλῶς ἐμαρτυροῦντες.* Quoquo igitur se uerterint isti, manifesti sint aut iniquitatis necesse est aut summæ ignorantia, qui testimoniis & Græcorum & Latinorum & Gentilium & Christianorū reuincuntur. Qui tamen (vt opinor) qua sunt animi pertinacia vt quæque res quædocunque nata erit, de hoc non conquiescent quin odio suo indulgeant, omnia vndiq; crimina colligentes, arripientes, comminiscentes quæ delendo humanitatis nomini esse videantur, atq; eloquentiæ memoriæ hominū nostrorum eximendæ. Sed iam vela cōtraham. Vereor enim ne rei indignitate transuersus in altum ferar. Tantam ne autem esse proteruitatem quibusdam, quicquid scire se posse desperent, quicquid non didicisse pudeat, quicquid incohare pigeat, id vt sibi damnare permittant, tantā vācordiam vt inertia suæ neuū luculento reip. vulnere refecare non dubitent: tantā peruersitatem, vt q; apud Cimmericos alti sint, & tenebrosus literis instituti, ideo serenissimos scriptores capitaliter oderint, insectentur, obtrectent: quoniam glande barbarica distenti sint, iccirco a frugibus latinis omnes arceant. Sed retro inhibendus impetus indignationis, vt dixi. Melius enim hoc viderint professores ipsi quorum summa res agitur. Equidem certe vtcūq; de his artibus statuatur, non erit quare animum despondeam, qui eā vitæ meæ rationē instituerim in qua (vt Antigenidē discipulus) mihi musiq; canere, aut mihi certe & in sinu amicorum possim. Verū interim ego me ad meum munus pensūmq; reuocabo.

Ex.L.Ex venditionibus.eodem titulo.

Vfia.
Hypostasis.

Acidum vi-
num & mu-
cidum.
Vappa.

Vinū fugiēs.
Fugere.

Fugax pomū

Vinum con-
sistens.

Annis cedēs.
Gēma fugiēs
& litera.

Ego in vino consentio, quia eadem est vsia si modo vinum acuit.
Vfia græce, latine essetia dicitur, quæ & hyparxis & hypostasis dicitur, quo
verbo medici pro sedimento vrinæ vtuntur quasi subfidentia. Aliqui tamen
vsiam essentiam esse proprie dicunt, hypostasin autem substantiam, quæ & subfi-
stentia dicitur. Sunt etiã ὑπστάσεις diuinæ, quas Latini personas vocat. vnde ὑπστά-
σις παύσατο dicta. Acuit autē præteritum est ab aceo. acere enim vinū dicitur
cum in acetū degenerauit, Græci oxizin dicunt & paroxizin. Cato de re rus-
tica. Vinū in doliis hoc modo venire oportet. Vini in culeos singulos quadrage-
næ & singulæ vrinæ dabuntur, quod neq; aceat neq; muceat. Acidum vinū dicitur
quod coacuit. à Græcis δέσινος dicitur & δέσιζωρ. Mucidum est quod emucuit,
id est quod mucorem resipit. Plinius libro. xiiii. Proprium autem inter reliquos
humores vino mucescere aut in acetum verti. Vappa dicitur cum odorem sa-
porēmq; amisit, vt inquit Acron. Græci ἐκτροπίου vocant. Ab huiusmodi vitio
vini vappa probrosum nomen esse cœpit homini cum à pristina solertia & ani-
mi vigore & industria degenerare cœpit. Horatius in primo Sermonum, Non
ego auarum Cum veto te fieri, vappam iubeo ac nebulonem. Plinius libro su-
pradicto, Vitium musto quibusdam in locis iterum sponte feruere: qua calami-
tate cum deferbuit, deperit sapor, vappæ accipit nomen, probrosum etiam ho-
minum cum degenerauit animus. Vinum etiam fugiens dicitur dubium & in
vitium inclinans eodem auctore, & fugere in vino latine dicitur, quod vulgo
non seruari dicimus. Cicero libro tertio de officiis. Qui vinum fugiens vendat
sciens, debeat ne dicere? Non necesse putat Diogenes, Antipater viri boni exi-
stimat. Fugiens Cicero pro ætati cedente dixit. Inde Plin. mala Persica fugacia
appellat his verbis libro. xv. Preciūmque singulis triceni nummi fuere, nullius
maiore, quod miremur, quia non aliud fugacius. Longissima nanque decerpro-
bidui mora est, cogit se venundari. A Græcis hoc δέσιζωρ dicitur, & vinum fu-
giens δέσιζωρ δίνω, & quod iam fugit, id est vappa δέσιζωρ, detritum vulgo
dicimus & præteritum. Theophrastus ἄλλες βιάζονται ἐς κεράμους ὑπὲρ τοῦ μὴ δέσιζωρ μὴ
δὲ δέσιζωρ ὁ χροῦς, Sal (inquit) in dolia vini mittitur, ne vinum facile aut fugiat
aut acefcat. Interpres tamen desinere & senescere vbique vertit, cum melius fu-
gere esset & magis latinum, vir alioqui doctissimus & verba reddere latina
græcis solitus. Contraria autem fugiendi qualitas à Theophrasto δέσιζωρ di-
citur, quod Theodorus consistere vertit, cum vinum firmitatem & austerita-
tem propriam retinet. Fugere autem cedere est, vnde vina quæ ætatem ferre
non possunt, id est fugientia, annis cedere dicuntur, vt cedere oneri dicimus
onus non perferre. Ab eadem ratione fictitiæ gemmæ scarificationi cedentes
fugere dicuntur. Plinius libro. xxxv. Fictitiæ gemmæ scarificationis candican-
tiam fugiunt. Vbi forte candicantia septimo casu legi debet, Fugientes etiam
literæ dicuntur exolescentes quæ vetustati cedunt, id est δέσιζωρ ἡ γράμμαρα,
quasi diffluentes dilabentēsq; quod fit etiam cum membranæ præpingues, li-
teras non retinent.

Ex.L.Qui fundum.eodem titulo.

Nam si ita dictum sit, vt emptor & reliqua. Hunc locum Accursius obli-

rum esse dicit, videlicet constructionem non percipiens, licet mentē affecutus sit. Mihi satis clarus videtur si recte ac distincte legatur. Hoc autē modo eum lego, vt post verbū nihil ei profuturum, distinguā, id est colon apponā: deinde inferam si ita pactum esset, & initium alterius membri faciā, hoc sensu, Si vero ita pactum. & alioquin in hoc textu tria esse errata existimo. Primum est eo in loco vbi legitur, quærebatur an id quod minoris esset consequi a suo venditore posset. Legendū enim cenfeo, an id quo minoris esset, vt sit quo pro quanto, vt saepe apud magnos auctores legimus, & intelligamus quanto is modus minor esset. Secundum est illic, & domino renūciat intra id quāti modus agrī minor sit. Legendum enim quanto, id est quanto spatio. nam si quanti legatur, ad precium referri necesse erit, quod non congruit. Tertium est in fine, posse eum quo vel qui potius, minoris modus agrī fuisset repetere. vbi similiter minoris duobus verbis legendum, qui minor, id est quanto minor. Renunciatio autē cuius hic fit mentio, id est testimoniū genus quod rapportum vulgo dicunt, cuiusmodi edere solent architecti & magistri vniuscuiusq; opificiū cum opus est, qui propterea publice sacramento adiguntur. Qui tamen plerūq; vt bene aut male appoti sunt, vel comiter aut secus accepti, commode aut incommode renūciare solent, fidem publice præbitam valere iubentes. Maxime autem refert vter litigatorum corrupendæ renunciatiōi præuerterit, vt occupantis haud dubie melior sit conditio, vnūq; demum occupato perfugium si licitationem animose vicerit. Multa sunt eiusmodi nefaria scelera, nec tamen moribus nostris crimina, quorum ab vniuersis impunitas est perpetua, cum à singulis capitalia esse censeantur: & quorum quæstio raro aut nunquam decreta est, quæ quidem non frustra ad extremum fuerit, quā publica & certæ auctoritatis fama ea sint testatissima. Vt enim ab omnibus accusantur, ita à nullo damnantur in causa est segnis conuiuentia magistratuum, qui tepida charitate reip. affecti sunt. quos vt suspectos legum tutores remoueri decebat. Huiusmodi renunciatiōis fit mentio in titulo, Si mensor falsum modū dixit. Est enim renunciatio Legatorū. Cicero in Philippica sexta, Cū enim Legati renūciarint (quod certe renunciabunt) nō in vestra potestate, nō in Senatus esse Antonium, quis erit tam improbus ciuis qui illum ciuem habendū putet? Idem in ix. de Seruio Sulpitio loquēs in legatione defuncto, Nec vero dubito quin si ille vir renunciare legationē potuisset, & reditus eius vobis fuerit & reip. salutaris futurus. Quod etiam nūc processum verbalem dicunt, renunciatio dici debet, qualis est viatorū & eorum qui edicta aut sententias exequentur. Renunciare autē magistratū, id est quod nominare dicimus atq; etiam proclamare, vt Venetiis more memorabili factitari vidimus ad comitia honoris gratia admissi. Primo enim aliquot sortitione deliguntur (si tamen satis animaduerti) qui suo arbitrio renunciare magistratus possint, ac designare, quasi prærogatiuæ ius habeant. Ab hac prima renunciatiōe suffragia omnium disquiruntur, exactis prius qui renunciatum aliquo iure necessitudinis contingant. Suffragiis disquisitis quæ ipsa calcularia sunt (discurrentibus enim subselliatim mira celeritate calculigerulis, in sitellam conici pilulares calculos mos est) qui comitiis præsentem viri (vt opinor) editiore loco atq; vndiq; conspicuo sedentes inspectantibus omnibus numerant, & ex euentu suffragiorum aut magistratum renū-

Renunciatio.

Renunciare.

ciant, aut ad prærogatiuam illam decuriam iterum rem reiciunt, quandoquidem comitio renunciatus non placuit, hoc est maiori parti nobilitatis. Ea est autem ratio comitorum, ut nec vlla prorsus impostura in suffragia euntibus fieri possit, nec in suffragia missi aliquo studio deprauari, quò minus id censeant quod maxime aut è republica, aut è dignitate reipublici. futurum videatur. Romano autem more res explicabatur suffragiis tributim centuriatimve latis, prout comitia aut curiata aut centuriata erant. de quibus alibi diximus. Cicero in Philip. secunda, Ecce Dolabellæ comitorum dies, sortitio prærogatiuæ: quiescit Antonius, renunciatur, tacet. Prima classis vocatur, renunciatur. Dein de (ut assolet) suffragia. tum secunda classis vocatur. Renunciatur (inquit Cicero) id est vndiq; exaudibili voce nūcupatur & proclamatur, ut cæteræ classes si ita visum esset, prærogatiuæ classis exemplū sequerentur. Erat enim prærogatiua tribus vel classis quæ sortito obtinuerat ut prima in suffragia iret, & quem ei videretur creandum renunciaret. Idem pro lege Manilia, Nam cum propter dilationem comitorum ter Prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum, facile intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. Idem pro Murena, Neq; enim vestrum quenq; fugit cum multi patres dignitate fiant, vnus autem primus solus possit obtinere, non eundem esse ordinem dignitatis & renunciationis, propterea q; renunctio gradus habeat, dignitas autem sit persæpe eadem omnium. Renūciare à Græcis ἀναγορεύειν dicitur. Valerius libro tertio, Manibus Tribunorum pro rostris Cōsul Piso collocatus, cum hinc atq; illinc eum ambiissent, ac Palicanum suffragiis Cōsulem creatum an renunciaturus esset, interrogaretur, primo respondit non existimare se tantis tenebris offusam esse rempub. ut huc indignitatis veniretur. Deinde cum perseueranter instarent ac dicerent, age si ventum fuerit: non renunciabo inquit. Hæc autem renunctio extrema, Consulis est aut eius magistratus qui comitia habuit. peractis enim omnibus designati magistratus exaudibiliter nuncupantur.

In titulo, De in diem adiectione.

Addiectione legi debere nemo nunc ignorat. vel refragantibus exemplaribus. Laurentius enim Vallengis iamdiu id admonuit. Emendari itaq; hic per totū titulum & passim in iure debet. Neq; vero de die hic agitur emptioni præstituta, sed de re addicta in diem certum, id est venundata. Addicere est licitati rem auferendam permittere, hoc est lingua vernacula deliberare. Quo modo accipitur Cod. in titulo, Ne pro dote mulieri bona quondam mar. addi. Ex quo factum ut addicere pro destinare deuouerq; ponatur. Cicero libro tertio de officiis. Cum is qui mortī addictus esset, paucos dies commendandorum suorum gratia postulasset. de duobus Pythagoricis loquēs. Addicere etiam est auctorem nem facere, hoc est bona sua proscribere & licitati obicere. quod ἀναγορεύειν græce dicitur. Quintil. Omnes facultates in precia collegi. rus, serulos, & omnia utiliora properanti festinatione parentis addixi. Ob hoc addicti vocati sunt homines obæratī, qui & nexi dicuntur, qui lege. xii. tabul. ob æs alienum creditoribus in temporariam seruitutē addicebantur. Hos ἀπογίμους græce dixerunt, id est καταδικασμένους, quos creditori educere domū à Prætoze permitterebatur. Quod ius à Solonis lege manauit. Plutarch. in Solone οἱ ἀπογίμοι

ἀναγορεύειν

Addicere.

ἀπογίμοι

Addicti & nexi.

καταδικασμένοι κασμίως

ἑκτοντας ἐπι τῆς σώμασι, ἀγώγιμοι τῆς δανείσθαι ἡσασιν, qui oppigneratis corporibus
 mutuabantur, creditoribus addicebantur. Liuius libro secundo abvrbe condi-
 ta, Sed & bellum Volscum imminebat, & ciuitas secum ipsa discors intestino
 inter patres plebemq; flagrabat odio, maxime propter nexos ob æs alienum.
 Et paulo post de quodam insigni iniuria in vinculis habito ob eadem causam,
 qui cū euasisset ad populum iniuriam creditoris expostulare cœpit: prope (in-
 quit) in concionis modum. Sabino bello ait se militantem, quia propter popu-
 lationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia,
 pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse. id
 cumulatam vsuris, primo se agro paterno auitq; exuisse, deinde fortunis aliis:
 postremo velut tabem peruenisse ad corpus. ductum se à creditore non in ser-
 uentibus vestigiis verberum. Ergastulum Liuius appellat locum in quo man-
 cipia deteriora in vinculis opus facere cogebantur, vt metallarii serui solent.
 Idem libro octauo, Eo anno plebi Romanæ velut aliud initium libertatis fa-
 ctum est q; necti deserunt. Mutatum ius ob vnus sceneratoris simul libidinē
 simul crudelitatem insignem. L. Papyrius is fuit, cui cum senatusconsulto Pu-
 blius ob æs alienum paternum nexum dedisset: quem ætas formaq; ad miseri-
 cordiam elicere poterant, ad libidinem & contumeliam animum accēderunt,
 & florem ætatis eius fructum aduentitium crediti ratus, primo perlicere ado-
 lescentem sermone incesto est conatus. Inde inire nexum, est lege nexus addici.
 Idem libro septimo, Non eadem domi quæ militiæ erat fortuna plebi Ro. Nā
 etsi vnciaro scenore facto leuata vsura erat sorte ipsa obruebantur inopes, ne-
 xumq; inibant. Hoc ius reuocatum est per Diocletianum in. l. Ob æs alienum
 de acti. & obligat. cod. Nexus etiā neruus vocabatur à Plauto in Pænulo, Vti
 nam mihi argentum reddas priusq; in neruū abducare. Terent. in Phor. Ceterū
 cū argentum repetēt, nostra causa scilicet in neruum potius ibit. Erat & nexus
 quod & nexum dicebatur, trāsferendi rerum dominiū genus, de quo alibi dixi-
 mus. Huiusmodi autē addicti apud Hebræos quoq; fuisse videntur, vt quarti
 Regum cap. iiii. Ecce creditor venit, vt tollat filios meos ad seruiendum sibi.
 Quintil. lib. vii. de finitione loquens, serui & addicti differētiam his verbis po-
 nit, Seruus cum manumittitur fit libertinus, addictus recepta libertate est in-
 genus. Seruus inuito domino libertatem non consequitur, addictus dissolu-
 to ære alieno inuito creditore consequitur. Ad seruum nulla lex pertinet, addi-
 ctus legem habet. Propria liberi quæ nemo habet nisi liber, prænomen, cogno-
 men, nomen, tribū, habet hæc addictus. Addictorum autē lex quondam fuisse
 durissima videtur, cuius idem meminit in tertio, Sunt enim quædam nō lauda-
 bilia natura, sed iure cōcessa, vt in. xii. tabulis debitoris corpus inter creditores
 diuidi licuit, quam legē mos publicus repudiavit. Et aliquid æquum sed prohi-
 bitum iure, vt libertas testamentorum. Gellius lib. xix. Confessis igitur æris ac-
 debiti iudicatis. xxx. dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa quam dissolue-
 rent, eosq; dies iustos Decemuiri appellauerunt velut quoddam iustitium, id est
 iuris inter eos quasi interstitionē quandam & cessationem, quibus diebus nihil
 cum iis iure agi posset. Post deinde nisi dissoluerent, ad Prætorē vocabantur,
 & ab eo quibus erant iudicati addicebantur. Erat autē ius interea paciscendi,

Ergastulum

inire nexum;

Neruus.

Lex durissima.

ac nisi pacti forent habebantur in vinculis dies .lx. Inter eos dies trinis nudinis
 continuis ad Prætozem in comitium producebantur, quantæq; pecuniæ iudici
 cati essent, prædicabatur. Tertius autē nudinis capite pœnas dabāt, aut trans
 Tiberim peregre vœnum ibant. Sed eam (inquit) capitis pœnā, sancienda fidei
 dei gratia horrificam atrocitatis ostentu nouisq; terroribus metuendam red
 diderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare si vellēt atq;
 partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt. Verba legis hæc sunt, Tertius
 nudinis partis secanto. si plus minusve secuerint, se fraude esto. Et paulo post,
 Dissectū esse antiquitus neminē equidem neq; legi neq; audiui, quoniā sacritia
 ista pœnæ contemni non quita est. Inde tria verba illa prætorā. Macrobius in
 pri. satur. Fasti dies sunt (inquit) quibus licet fari tria verba solennia do, dico,
 addico. His contrariū sunt nefasti. Et fastis quidem lege agi potest, cum populo
 nō potest. In. l. Ita supra mandatī, circa principium abiicere corrupte pro addi
 cere legitur. Quid enim fiet si exiguo precio hi cum quibus tibi cōmunis fun
 dus erat, abiicere vel necessitate rei familiaris vel alia causa cogeretur. Addi
 cere enim pro venūdare legi debet. Tranq. in Ces. Bello ciuili super alias dona
 tiones amplissima prædia minimo addixit. Quo in loco nummo recte quidam
 legunt. Est enim prouerbiale addicere nummo, quod nostrates dicūt fragmen
 to panis vendere, quod donationis est instar, cū obtentu vēditionis rem donā
 tes, inuidiam donationis vitamus, aut pudori accipientis cōsulimus. Valerius
 libro. v. Marco, inquit, Cornuto Prætoze funus Hirci & Pansæ iussu Senatus
 locante, qui tunc libitinam exercebant, tum rerum suarum vsu, tum ministere
 rium suum gratuitum polliciti sunt, quia ii pro repub. dimicantes occiderant
 perseveratq; postulatione extuderunt, vt exequiarū apparatus festerio num
 mo ipsis præbētibus addiceretur. Meminit Vlpianus in. l. Siquis, infra locati.
 Si quis conduxerit nummo vno, conductio nulla est.

Addicere
 nummo.

Ex. l. pri. §. vlti. de peric. & cō. rei ven.

Vinū doliare

¶ Si doliare vinum emeris. Doliare vinum quid sit ex Marci Catonis verbis
 scire possumus. hic enim de lege doliaris vini loquens, ita inquit, Vinum in
 doliis hoc modo venire oportet. vini in culeos singulos quadragenæ & singu
 læ vrnæ dabuntur. quod neq; aceat neq; muceat id dabitur. In triduo proximi
 boni viri arbitrato degustato. si non ita fecerit, pro degustato erit. Quot dies
 per dominum mora fuerit quō minus vinum degustetur, totidem dies emptor
 ri procedent. Vinum accipito ante Calend. Ianuarias primas. si non antē acce
 perit, dominus vinū admetietur. quod admensum erit, pro eo domino resolu
 to. Si emptor postulauerit, dominus iusiurandū dabit verū fecisse. Locus vinis
 ad Calend. Octobris primas dabitur. Si ante non deportauerit, dominus vino
 quod volet faciet. Doliare vero vinum dicitur ad vini pendentis differentiam.
 de quo idem sic inquit, Lege hac vinum pendens venire oportet. vinaceos illu
 tōs & facem relinquito. Locus vinis ad Calend. Octobris primas dabitur. Si
 non ante eas optaueris, dominus vino quod volet faciet. Quod vinum per cor
 bem admetiendum Vlpianus censet, id Cato per labrum culeare pertusum in
 fundo faciendum præcipit.

Vinū pēdēs.

Ex. l. Empto. de actio. empti. §. vltimo.

¶ Satis autem non dantem condemnari quanti plurimi actorem periclitari

oportet. Elegantiā Vlpiani & latine loquentium consuetudo poscunt, vt quāti plurimo legatur & hic & multis aliis in locis, vbi sic scriptum esse à iuris consultis vel affirmare ausim. Sic paulo superius, Quāti minor modus, pro quanto. Et alibi, Quāti precii in arca habeo, pro quantum precii. Hoc autem in loco quāti plurimo sic resoluitur, tantū damnari debet venditor quāti periclitari oportet emptorem, cum plurimo periclitatur, id est plurima pecunia. Cicero in frumentaria, Quæro si ipse excogitare non poterat quemadmodū quāti plurimo venderet, & reliqua. Non enim periclitari plurimi dicimus sed plurimo, vt ita & fortunis periclitari dicimus, id est periculum vitæ & fortunarum adire. Idem Vlpianus lege sequenti, Emptorem noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantum consequi quāti minimo defungi potuit. id est quāti explicari potest cum minimo explicatur, & quāti diligentissimus explicare se potuisset. Tanti autem & quāti genitiuo enunciantur adiuncta quidē verbis sibi accommodatis, sed per ablatiuum respondetur illis. quāti emisti vilis vel magno. Scæuola, Si fisco aliquid debebatur, & res stipulatoris vilissimo distracta est. Post comparatiua vero ablatiuo enunciantur. Iuuenalis, Quanto delphinis ballena Britannica maior. Sic igitur quanto minor modus non quāti. Idem, Quanto metiris precio quāti nī tibi deditus essem. Plinius libro xxxvi. Docuit neminem minoris talento decem annis. Pomponius supra de in diem addicti. Si fundus in diem addictus fuerit pluris, vt quædā ei accedant quæ non acceperunt priori emptori, si non minoris sint hæ res quāti quo pluris postea fundus venierit, venditio prior valet: id est quāti quanto pluris, non quāti. Sunt enim in hoc genere modi quidam loquendi non cuius facile intelligibiles, vt illud Ciceronis in quarto Finium, Omnia quæ secundum naturam sunt, estimatione aliqua esse digna, eaq; pro eo quantum in quoque sit ponderis estimatione. Iulianus supra mandati, A reo autem fideiussor non aliud triticum repetere poterit quāti quo pessimo tritico liberare se à stipulatore licuit. Plinius libro secundo, Solem abesse à luna vnde viginti partes quantum lunam ipsam à terra multi prodiderunt. Sed frigida hæc videbuntur fortasse, ideoque huiusmodi multa intracta scientes prudentesque præterimus.

Quanti plurimo, nō quāti plurimi.

Ex lege sequenti.

Emptorem noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantum consequi quāti minimo defungi potuit. Defungi est explicari negotio aliquo aut molestia & finem ei imponere. Liuius, Defuncta morbis corpora salubriora esse ceperunt. Idem, Tepeestas cū magnis procellis coorta coegit plerisque tabernacula in foro statuere. eadem paulo postea, quum vndique differerent, sublata defunctosque fato vulgo ferebant quæ inter fatalia vates cecinissent necesse esse tabernacula in foro statui. Quorum verborum sensus est, vulgo ita dictitatum, populum Romanum eiusmodi castrorum imagine quæ in foro fuerat, videri cum factis decidisse, quæ diram olim castrorum metationem in medio foro minitari credebantur. Defunctos igitur fato, id est solutos & exemptos, nec ultra illi facto obnoxios. Idem libro x. At ex parte altera Pontifex Liuius, cui lictores Decius tradiderat, iusseratque Propretorem esse, vociferari vicisse Romanos defunctos Consulibus fato, id est Consulibus sese deuotentis spontanea morte, ab imminente

Defungi

bus periculis liberatos & exemptos. Tranquillus in Ner. Britannia Arme-
niâq; amissa ac rursus vtrâq; recepta, defunctû se fatalibus malis existimabat.
Liuus lib.ii. Sed adeo coorta erat infensa plebs, vt vnus pœna defungendum
esset patribus, id est vt Marci Coriolani damnatione ab illa populari conser-

Απαλλάττε

δα.

Απαλλάττε

natione liberandus esset Senatus. *Απαλλάττε* & *απαλλάττε* id a Græcis dicitur.

Demosth. *Αλλά και τῶν πολλοῦ χεῖρον ἡμῶν ἀπαλλάττε*, id est, Sed eorum permulti

durioꝛe q̄ nos conditione defuncti sunt, id est *ἀπαλλάττε*. Aphth. ὃ δὲ ἔρ ἀναφῶρ

συμβάλλῃ ἤρῳτο, ἄριστὰ ἐκείνῃ ἀπαλλάττε εἰς τὰς δίκας, Nam quicūq; cōsulebat An-

tiphontē, is præclare in iudiciis defungebatur, id est optimū exitum litis habe-

bat. Elegantius autē voce actiua dicitur apud eos q̄ passiua. Simile est autē ac si

dīcamus, Vnius Christi morte defungendū humano generi fuisset, id est cū se-

ueritate iustitiæ æternæ decidendū. quod Caiphas Ioannis. xi. propheticè dixit

homo minime omnium propheta, ὃ δὲ συμφέρει ἡμῖν, ἵνα εἰς αἰθῶρα ἀρθῶντο ὑμεῖς το-

λαῖ, Cōducibile est nobis, vt vnus homo moriatur pro populo. Similiter dice-

re possumus, Christianorū dogmatū hanc summā esse, filii hominis morte hu-

manū genus defunctū esse, id est ab omni molestia & anxietate imminētis atq;

etiā grassantis in hominibus mortis liberatū esse, & à diuturno reatu exēptū,

nexuq; hostili perpetuo ereptū. Quod quidē ad eos pertinet quibus partici-

pes esse contigit orthodoxę religionis: & eius sacramēta amplecti & retinere.

Propterea defuncti absolute dicuntur qui mortē obierunt, quasi erūnis seculi li-

beratos & exēptos significemus. Defunctūq; etiā more Græcorū pro cada-

uere intelligimus substātiue. Vnde scitū illud Plinianum in secūdo Naturalis

hīst. de terra habitabili loquētis, Et vt publicos gētū furores transeā, hæc est in

qua cōterminos pellimus, furtōq; vicinī cespitē nostro solo affodimus: vt qui la-

tissime rura metatus fuerit, vltraq; famā exegerit accolas, quota terrarū parte

gaudeat? vel cū ad mēsurā auaritiæ suæ propagauerit, quā tandē portione de-

functus eius obtineat? Græci necron hoc modo accipiūt, quo Lucianus vi so-

let. Defungi etiā dicimus, nō toto conatu, nō magnopere aliquid accurare, sed

tepide & instrenue: & eo tātum animo, vt officio functi videamur, & quatenus

satis sit ad vitandā reprehensionē aut emerēdā veniā. Liuus lib. pri. de Remo &

Romulo, Sorte quadā diuinitus super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis,

nec adiri vsq; ad iusti cursum poterat amnis, & posse quīs lāguida mergi aqua

De functus.

Defungi.

Defunctorie

Perfunctos
rie.

tientes ea se amicitiae gratia fecisse quae ne facere quidem conati sunt. Perfungi
 tamen plus est quam defungi. Est enim perfungi ad extremum obire munus suum
 & strenue operam nauare. Livi libro. vi. secundi bel. Puni. Romani Consules
 perfuncti quod ad Capuam attinebat cura, Caio Neroni ex legionibus quas
 ad Capuam habuerant, sex milia peditum & trescentos equites decernunt. In. l.
 unica Cod. Qui numero tutelarum se excusant, Si tres tutelae vel curas eodem te-
 pore non defunctorie susceptas administras, onere quartae tutelae non graua-
 beris. Defunctorie hic non transitorie susceptas, aut etiam simpliciter affecta-
 tas significat, ut Accursius diuinavit, sed eo animo susceptas ut in numerum ce-
 dent, & ut Graeci dicunt προφάσεως ἕνεκα, id est quaesito pretexto, ut sub leuium
 tutelarum obtentu iustis ac molestis tutelis eximatur. Hoc enim significat de-
 functorie munus suscipere. Defunctorie & perfunctorie graece προς ἀφοσίωσιν
 vel ἀφοσίωσως ἕνεκα, & ὁσίας ἕνεκα, dicitur, & per verbum ἀφοσίωσις, quasi defun-
 gendi gratia, hoc est parce & more delibantis. Isocr. in Panathenaico circa fine,
 ὄνυχ ὁμοίως δὲ διελέγοντο πρὶ τὸ πῶρ τῆς ἀφοσιωμλίας, ἀλλ' ἢ πρὸς κεραιούτους, Neque vero de-
 functorie de his differabant, quasiq; delibantibus similes, sed in laudes effusi in
 caelum ferebant. Vtitur hoc & Herodotus saepe. Hoc idem pene translative
 etiam dicitur latine. Martianus, Prauaricatorem esse eum ostendimus qui col-
 ludit cum reo & translative munere accusandi fungitur. Translative, inquit, id
 est vulgari & non accurata diligentia utitur. Vlpianus in lege prima de iure
 patronatus, Patronorum querelas aduersus libertos praesides audire, & non
 translative exequi debent. Translatiuum enim & translaticium, vel ut aliqui lo-
 quuntur tralatitium, vulgare & publicum dicitur, & ut Graeci dicunt ἀδιάφο-
 ρον, hoc est indifferens, quod significat non eximium, sed plebeium, & (ut ita di-
 cam) circularare hoc est ἀκῶρον, ὃ πύχρον, quod & ἐγκύκλιον dicitur, id est in orbem vel
 ordinem cogendum Ἀγροῦρον. Pli. in Epist. Nec tuae naturae est translaticia haec &
 quasi publica officia a familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere.
 Et ego te constantius amo quam verear ne aliter ac velim accipias, nisi te calcedis sta-
 tim Consulem videro. Translaticia officia appellat vulgaria, & ab omnibus usur-
 pata, non ab intimis modo & iis qui exquirit amicitiam colunt. Cic. in Ver. Act.
 secunda, Sed in re usitata satis est ostendere omnes antea ita ius dixisse, & hoc
 vetus edictum translaticiumque esse, id est non nouum & nuper inuentum, sed ab
 omnibus Praetoribus antea usurpatum, & ex veteribus Praetorum albis trasla-
 tium. Vnde Plinius maior pro usitato accepit & pro eo quod frequetatur. Tras-
 laticium, inquit, in Aegypto & octauo mese gigni, id est vulgo solitum & consue-
 tum. Alibi pro importato lib. x. Translaticiorumque inuecta mori. Contra vero an-
 tiqui cum fieri aliquid non perfunctorie nec translative, sed accurate & enixe &
 totopere intelligi volebant, bona fide facere dicebant, & ut vulgo dicunt ad bo-
 num etiam num, hoc est citra vllum figmentum quasi ἀπὸ κεραιβωμλίας, καπῶσθα
 σπλῖως, πῶσθα αἰῶς, ὡδενῶς etiam dici potest, & ἀνευδ' ὄτως. Plaut. in Aulul. Dic bona fi-
 de tu istuc aurum non surripuisti? Lyconid. bona non. Euch. istuc quoque bona
 fide. Syr. bona hercle. Quintilianus in decimo de secessus amoenitate loquens,
 Namque illa ipsa quae delectant necesse est auocent ab intentione operis destina-
 ti. Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest. &

Perfungi.

Defunctorie suscipere.

προφάσεως ἕνεκα.

πρὸς ἀφοσίωσιν.

ἀφοσίωσως ἕνεκα.

ἢ ὁσίας ἕνεκα.

ἀφοσίωσις.

Translative.

Translatiuum.

Translaticium.

ἐκῶρον, ὃ πύχρον.

ἐγκύκλιον.

Ἀγροῦρον.

Bona fide.

Optima fide. quodcumq; respexit, definit intueri quod propositum fuerat. Plinius libro septi-
mo, Optima fide dixit, pro citra omnem prorsus simulationē remissionēq;
Sic enim inquit de Cæsare loquens, Illa fuit vera & incomparabilis inuicti ani-
mi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompeii Magni scriniis epistolarum, ite-
rumq; apud Tapsum Scipionis, ea optima concremasse fide atq; non legisse.

Ex eadem lege. §. ultimo.

Indago.

¶ Veluti cum futurum iactum retis à piscatore emeris, aut indaginem plagis
impositis à venatore, vel panthera ab aucupe. Indago (inquit Seruius) fera-
rum inquisitio est. Virg. libro. iiii. Aeneid. Dum trepidant alæ, saltusq; indagi-
ne cingūt. Inde indagare pro vestigare. Hic autem indago pro effectu & pro-
posito indaginis accipitur, id est pro captura, quo modo & græce therama
(quod Gellius indaginem vertit.) non magis venatum significat, id est actum
q̄ effectum hoc est τὸ θηρὸν θέρει. Nonnulli tamen censent (quibus ego assentior)
indaginem apud Virg. non ferarum indagatorem, sed plagarum feriam si-
gnificare in varros arrectarum, id est in furcas venatorias, qualem describit Lu-
canus in. iiii. Pharsaliæ, Aut dum dispositis attollat retia varris Venator, tenet

Varri.

ora leuis clamosa molossi, & reliqua. Et in. vi. Magnoque recessu Amplexus fe-
nes, saltus, nemorosaq; tesqua, Et sylvas, vastaq; feras indagine claudit. Polit. in
Herodianum lib. ii. de militibus prætorianis ab exercitu Seueri circumdati,
Quod ubi velut indagine armorum cōclusos captiuosque habuit, magna voce
ita ad eos verba fecit. Plin. in Panegy. de delatoribus loquens in insulas depor-
tatis à Traiano, Memoranda facies, delatorum classis permessa omnibus ven-
tis, coactaq; vela tempestatibus pandere, iratosq; fluctus sequi quoscunque in
scopulos detulissent. Et paulo post, Cum insulas omnes quas modo Senatorū,
iam delatorum turba completeret, quos quidem non in præsens tantum, sed in
æternum repressisti mille pœnarum indagine inclusos, id est sanctionum seuer-
rissimarū terrore à delationibus coercitos cohibitosq;. Quo in loco indagine
non inquisitione exposuerim, vt quidam censuerunt, sed ambitu potius & septo

στοιχισμός.

& veluti cancellis circumdati. Est enim indago proprie id quod à Græcis στοι-
χισμός dicitur, id est αἱ λεγόμεναι σάλυνες ἢ τὸ στοιχον κέμνηται. Sthœchi enim græce
varri sunt. vnde stœchismos indago, id est plagarum expansio varris subrecta-
rum, ferarum lustra & stabulationes ambiens, quos biffones Galli venatores
dicunt, à verbo stabulari eodem pertinente vocabulum deductum. Stabulari
enim de feris dicitur, hoc est versari & locum capere. De indagine Demosth. in
pri. Philip. καὶ ἔχ' οἷός τε ἐστὶν ἔχωρ' ἃ κατέστραπται, μὴ δὲ ἐπὶ τῆς τῶν ἀλλὰ ἀεὶ ἢ προσηδὲς λ-
λειτουργία, ὅτι κύκλῳ πανταχῆ μέλλοντας ὑμᾶς ἢ καθ' ἑμῶν πρὸς στοιχίζεται, Neq; vero potest (de
Philippo loquens) ius vrbibus acquiescere quas iam ditioni suæ subegit, sed la-
tius latiusq; in dies suarum expeditionum ambitum circumscribens, cunctates
vos ignauēq; sedentes tanq̄ indagine cingit. Alioquin indago inquisitionem
significat, quæ græce thera & therama dicitur. Vnde sciatheras instrumen-
tum gnomonicon quo etiā architecti metandis vrbibus utebantur. Hoc enim
sciathera octo cœli regiones exacte colligentes, ventorum vim molestem vrbibus
bus, oppositis platearum angiporumque angulis frangebant aut amoliebantur:
aurasq; corporibus salubres platearum directionibus admittebant, vt docet
Vitruuius libro primo. Sunt autem plateæ verbo græco vici in vrbibus

Stabulatio.
Stabulari.

Sciatheras.

Plateæ.

latiores, quas vias Cicerō latine appellare solet, vulgo autē pro arēis accipiuntur. Vitruuius de colligendis regionibus loquēs, Collocetur, inquit, ad libellā marmoreū amussium mediis mœnibus, aut locus ita expoliatur ad regulā & libellā vt amussium nō desideretur. supraq; eius loci centrū mediū collocetur aeneus gnomon indagator vmbrae, qui græce *σκιαδρα* dicitur. Ab hoc Sciathe rion horologiū apud Pliniū dictū est libro secūdo, id est vmbrae indagatoriū. Est autē solariū quo hodie vtimur ad horas æquales æquinoctialesq; colligendas, antiqui autē ad inæquales & tēporales. Iactus vero retis etiā iactus absolute dicitur. Valerius lib. iiii. cap. pri. circa finē, A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus quidā iactum emerat. Vbi historia memorabilis à Valerio narratur ad hūc locum pertinēs, cuius admonuisse sufficiat si quis adire Valerīū velit. A Græcis hoc tractū, apud quos bolos, id est iactus in eadē significatione accipitur auctore Suda. Quo verbo aleæ etiā iactus significatur. Vnde locus ille Plautinus in Rudente male ab aliquibus enarratus, Oh Neptune lepide salue, nec te aleator vllus est sapientior. Profecto nimis lepide iecisti bolon, periurum perdidisti. Verba sunt Trachaleonis serui existimātis lenonem naufragio periisse. Perdere autem perimere & euertere interdū significat, vnde locus resultat, & aleatores autē & piscatores bolon iaciūt. Perdidisti igitur Neptune hominē perditissimū, id est lenonē maxime perdendū. propterea Neptune aleā pulchre iecisti, pulcherrimū iactū fecisti. Idē in Curgul. Si vis tribus bolis *βολαι* chlamydē, id est si vis tribus iactibus mittere vel opponere chlamydē. Mil. Quin tu is in malā crucē cū bolis cum bullis. Ab hoc *εὐβολαίη* Græci pro venereū iacere dicunt, qui in alea fœlicissimus est iactus, de quo Cicerō in pri. de Diuinatione, Quatuor tali eiectione, casu venereū efficiūt: nū etiā ceterum venereos si. cccc. talos ieceris casu futuros putas? Bolus priore producta frustū significat. Terent. in Heaut. Crucior bolū tantum mihi esse ereptum subito è faucibus. Pãthera autē hic pluraliter intelligo. Pãtheron enim retis genus est ex eo nomen habēs q̄ omnes aues cōcludat, eadē ferè ratione qua pantheron quod rete piscatorium est. Thera venatū significat & aucupium, vnde Pãtheron dictū, & *δρυοχίτης* auceps. Est autē huiusmodi rete quod nostri saltabundū appellant, quod cum humi exporrectū est, & in oblongā tenuitatē contractū, tegitur quisquiliis, ne auibus prouideri possit. Deinde cū opus est, adducto magna vis fune, repēte expanditur, inescatasq; aliquot diebus auiculas vno ictu vniuersas contegit. Hoc rei nostri ad passerēs & sturnos vtūtur, & ad grues & oridas quas stardas vocāt, quasi tardos anseres. Hic autem in plurali per metonymiā accipitur pro captura eo modo quo indago. Ab eadem tamen etymologia panthera dici possunt quicquid auceps ceperit. Sudas huius vocabuli meminit, licet nō interpretetur. Quid si non pãthera, sed pãtherama legā: id est quicquid aucupio ceperit. Aliud est retis genus bímembre, quod duabus alis constat, humiq; expansum deuolantibus auibus adducto fune in se complicatur ad eas irretiendas, nec semel, vt illud simplarium genus, sed identidem contrahitur, expāditurq;. Hoc ad corydalos vtuntur, & ad eas auiculas quas peregrinas appellāt, de quo hic intelligi nō potest, nō magis q̄ de eo genere aucupii quod hodie vbiq; gentium notum & frequentatum, mirum est priscis inauditū fuisse. Nec enim Aristoteles neq; Plinius qui genera aquilarū accipiunt

σκιαδρα
Sciathericon

Iactus.

Bolos.
Planti locus.

Panthera.

De aucupio
accipitrario.

Accipitrum
differentia.

tradidere, vñ eius rei meminerūt, nec alius prorsus veterū scriptorū qui extāt,
vt arbitror. Iulius tantū Firmicus lib. v. cap. viii. mētionem eorū facit, qui tē-
pore Constantini Imperatoris fuit, Cōstantini Magni filii. Quin & Plinius lib.
x. ita inquit, In Thraciæ parte super Amphipolim homines atq; accipitres so-
cietate quadā aucupantur. hi ex syluis & harūdinetis excitant aues, illi super-
uolantes deprimunt. rursus captas aucupes diuidunt cū eis. Idem genera acci-
pitrum sedecim meminisse se dicit, nec tamen prosequitur ne nominatim quō-
dem, cum Aristoteles genera tantū decē ponat, vt fortasse erratum esse in no-
tis numeri apud Plinium suspicari debeamus. Quęcunq; enim de aquila & acci-
pitre dicit, ex Aristotele ad verbū vertisse videtur. Hodie nomina seruari (vt
arbitror) vix possunt, quo modo permulta in reliquis auib; piscib; q; Pri-
mam differētiā faciunt pugillarium & pinnariorū, quidā enim prētēto pugno
reuocātur emissi: alterum genus non nisi pinnarum scapo, reuocatur. Secunda
differētia est inuolantiū & deprimentiū, q; alterum genus inuolare prēdam so-
let, alterū tātum deicere ac deturbare. Est & alia differētia eorū qui sublimes
prēdā humi latentē circunvolitare solent, & cū à canibus aut venatoribus ex-
citata est (Sic enim vocauerim potius q̄ aucupes) superne sese librare, deuolan-
tes, subuolātes, prouolātes spectanda celeritate, sic interdū prēdā lancinātes vt
humi afflictā enecent elisis interaneis, quod testari oculata fide possumus, qui
eius oblectamēti studiosi magis in prima & plena pubertate q̄ literarum sunt.
mus. punctim subrigi castitatēq; appellāt, hi omnes ex genere pinnario sunt.
Grauiores & qui sublimi volatu lustrare prēdā atq; humi latentē prodere ac
circūscribere circinatu non solent, quales sunt omnes pugillares, nonnulli pin-
narii sunt, arboripetæ dicūtur & statarii. quod qui non faciunt temere transuo-
lantes, erroneos appellātur & stationis desertores. Quidā sublimipetæ prēdam
non nisi volantē impetunt, quā si prouolatu assequi nequiverint, in fruteta ca-
dentē subsequētib; magistris emicatu produnt, sagittæ modo sursum ver-
sus elisi. Humipetæ ad terram cum prēda deferuntur. Sunt quos sublimina-
gos dicāt, qui neglecta interdū prēda iam designata cum disserenauit, ad me-
ridiem plerūq; aplicatione delectati in nubes licentius subuehi solēt, & diu ex
hominū prospectu auferrī expatiātes, quasi quidam emāsores, id quod prouidē-
tes magistrī receptui cōtinuo stentorea voce canunt, interim scapum oblongo
loro rotātes, quos oportet vocalissimos homines esse & vocis præconie. Si ve-
ro nubilauerit, nullum est periculum. Nidularios mansuefactarii vocāt, qui ex
nidulo rapti sunt, & domi adoleuerunt. Ramales sunt qui iam ferme adulti &
nidulo oberrantes, ramulatim volitantes capiūtur. Hos (vt arbitror) præferunt,
celeritate enim nidulariis præualēt. Nidularii vt obsequiosissimi, sic deterrimi.
Peregrini vt in primis volucres, sic cōtumaces & maiore negotio curabiles, vt
qui ab infantia non obduruerint. Hi tamen duorū generum, hornotini præstā-
tissimi putātur, id est qui anteq̄ deplumescant mansuescunt. anniculi, id est qui,
bimi, trimi & deinceps ferri capti sunt, ad obsequium redigi non possunt. Acci-
pitribus ingluuiem reiecisse letiferum, quod nonnullis generibus contingit si-
paulo incautius curentur. Aduentitii hodie anniuersaria negociatione ex Cre-
ta importantur. Supradictis autem generibus alii aliter vtuntur. Cāpestres & ri-
pellant perdicarios, leporarios, picarios, cornicarios, miluarios, Lacustres & ri-

aurarios lacunariosq; dicunt anatarios, atq; ardearios. Vidimus pridē accipi-
 trem ex genere perdicatorum palumbis magnitudine, gruem tractim detur-
 bantem, visenda solertia oculis inuolatam, ita vt præda torpens & in terrā de-
 cidens secum auem inuolatricem detraheret, & humi cum cecidisset: raptim a
 cane leporario exciperetur, ad id cōdocefacto, stupēte Principe Carolo, qui ob
 rei miraculū quingētis aureis licitus est. Adnectūtur eorum pedibus tintinabu-
 la cum orbiculis argēteis indice circūscriptis, vt si amissi inuenti fuerint, ad do-
 minos referātur, repertos autē suppressisse inter nobiles iure recepto crimino-
 sum est. Sæpe enim euagari lōgissime & vltra famam solēt ii qui sublimiuagi-
 dicūtur. Anniuersaria cura plumas in auariis amittunt. Ineūte autumnō acci-
 pitrariū saginam auariū medicamētis exinaniunt (extenuare id appellāt, quod
 nostri exaginare dicunt) rursusq; ad prædā instituunt, inediaq; perdomitāt, in-
 ditis in os stupeis turundis caruncula præditis aut inuolutis ingluniem eorū
 ludificātes, simul enim sic euocatis pituitis & excremētis volaciōres reddi per-
 hibēt, simul famem iritari, atq; ita ad obsequium redigi. Hyeme etiā ad ge-
 lu sub dio nonnullos noctū aluisse iuuat, nonnulli si alserint continuo inhorre-
 scunt & morte periclitantur reiecta ingluuie. In omni genere veterani diffici-
 lius extenuātur, & minus volucres sunt, sed ad prædā solertiores & minus ob-
 noxi. terram enim volatu stringentes, deuolantem auem excipere nouerūt, aut
 angustissimis sinibus latebram eius circūscribere ne venatores aberrent. Ty-
 rones vt volaces & rapidi, sic erronei & expatiatores. Magna nunc gratia hu-
 ius artificii, quod mirum est olim inauditum fuisse, præsertim cum venationis
 genera omnia fuerint antiquis cognita.

Ex I. Iulianus. §. Quod autem diximus, eodem titulo.

Hic nō debuit facilis esse ad temerariam indicationem. Indicatio hoc in lo-
 co quid significet pauci (vt opinor) percipiunt. Indicare (inquit Nonius) pro-
 mittere atq; addicere est: quæ significatio mire hic quadrare videtur, atq; haud
 scio an vsq; alibi ita expressam legerimus. Indicare igitur æstimare est, & præ-
 cium rei venalis statuere. M. Tullius in tertio de Offic. Quintus quidem Scæ-
 uola Publii filius, cum postulasset vt sibi fundus cuius emptor erat semel indici-
 caretur, idq; ita venditor fecisset, dixit se pluris æstimare: addidit centum milia
 nummorum. Nihil expressius his exemplis. Sed apud Ciceronem multi vulga-
 riter intelligunt indicare pro demonstrare. Indicare vendentis est, vt mercari &
 liceri emptoris. Plautus in Pers. Indica, fac precium. Dord. Tua merx est, tua
 indicatio est. Id est (vt vulgo dicunt) qui bouem venalem habet, is precium im-
 ponit. Idem, Vin' bene emere: age, indica prognariter, hoc est æstima, dic quāti
 vendes vno verbo. Et rursus in Aulul. Venio ad macellum, rogitō pisces, indi-
 cant caros, agninam caram, caram bubulam. Licetur emptor, id est *αλσηριάζει* *αλσηριάζει*
 quod etiam *ἰνδευματι* *ἰνδευματι* dicitur. Indicat venditor, id est *τιμαται*. *τιμαται* Lucianus ali-
 ter expressit his verbis, *ποσορ πρῶτης με ὑπερ τδτος*, Quāti hunc indicas. Indicatio *τιμαται*
 æstimatio est, atq; etiā probatio. Plin. lib. xxii. Mellis causas atq; differētiās na-
 tionēsq; & indicationem, in apium ac deinde florum natura diximus. Vbi im-
 periti, aut qui nō satis animaduuererūt, iudicationē legunt. Indicatura etiā in
 eundem sensum ab eodē dicitur in præfatione his verbis, Hæc fiducia operis
 est, hæc indicatura, id est præciū & æstimatio operis, & quo maxime opus pro-

Indicatio:
Indicare:

αλσηριάζει
αλσηριάζει
ἰνδευματι
ἰνδευματι
τιμαται
τιμαται
πρῶτης
πρῶτης

Indicatura:

Plinii locus.

batur, & censetur. Idem lib. xxxvii. Traditur Hismeniam coraulé multis fulgētibúsq; gemmis vti solitum, comitante fabula vanitatem eius, indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo in quo fuerat sculpta Amymone: iussisse enim merari: & cum duo relati essent imminuto precio, male me hercules curatum dixisse. multum enim detractum erat gemmę dignitati. Qui locus vulgo corruptissime legitur. Vbi etiam nos non enumerari, sed. c. id est cētum numerari legimus. Et rursus, Nec est hodie Murrini alterius præstātor indicatura. Hoc autē in loco indicatio significātissime accipitur pro verbosa illa ac scurrili prope modum venalium rerū commēdatione qua vēditores vti solēt emptoribus alliciendis. Sic enim solent vltro gratissimas res futuras emptoribus spōdere, & futurum vt bene secum actum esse dicant. Maxime autem omnium iuriscōsultorum Vlpianus proprietatis atq; elegantię studiosus fuisse mihi videtur.

Ex. L. Limes & labra, eodem titulo.

Labra.
Crater.

¶ Funes non limes proculdubio legendum censeo. Hunc autem errorem litera maiuscula & miniata induxit quales fieri in capitibus legum solent. funesq; haustorios intelligēdum. At vero labra crateres lapideos significant, quibus aqua salies ex siphunculis cōcipitur. Crater est enim quem vulgo peluim appellant in fontibus manu factis, id est salientis aquę conceptaculum. Plinius in. v. Epist. In hoc fonte crater, circa siphunculi plures miscent iucundissimum murmur. Idem, Stibadio aqua velut expressa cubantium pondere siphunculis effluit, cauato lapide suscipitur, gracili marmore continetur, atq; ita occulte temperatur, vt impleat nec redundet. Sunt alioqui labra vasa vinitoribus accommodata quemadmodum lacus & cuppe quibus labris apud nos vindemię exportantur. Labra etiam lapidea balneis vsum præstant, fossęq; lapideę in balneis labra vocabantur, cuius significationis exempla sunt apud Vitruuium libro. vii. Salientes autem capita sunt fistularum, atq; etiam ipsę tubulorum fistularumq; scaturigines, quę & siphunculi dicuntur & siphunculi, ab aquę effusione tanq̄ ex siphone salientis. hos Gręci κρηνίδες vocant. Lucian. ἐμφορῶμαι κρηνίδος ὑπερθεῖς τοῦ κρηνίδος πλὴν κεφαλῶν. Vnde enneacrunos fons Atticę ab nouem salientibus sic dictus. Et κρηνίσις verbum Galeno, quod fundere aquam gracili saliente significat. Cic. ad Quintum fratrem, Piscina & salientibus additis mira suauitate villam habiturus es. Vitruuius lib. octauo, Collocentur in castello tres fistulę æqualiter diuisę in tria receptacula coniuncta, vt cum abundarit, ab extremis in medium receptaculum redundet: ita in medio ponentur fistulę in omnes lacus & salientes. Accursius de his omnibus aliter prorsus censuit.

Salientes.

κρηνοί.
Enneacrurus
nos fons.
κρηνίσις.

Ex. I. Fundi. §. Si ruta, eodem in titulo.

¶ Si ruta & cesa excipiatur. Quid sint ruta & cesa Vlpianus hic & in. l. sequenti aperte docuit. aliquid tamē his addendū. Cic. in fine Topicorū de rutis & cesis ita inquit, scribēs ad Trebatium hominē iuriscōs. Nā ne præterirē aliquid quod ad argumētū in omni ratione reperiēdū pertineret, plura fortasse q̄ a te desiderata erāt sum cōplexus, feciq; quod sepe liberales vēditores solēt, vt cū cedes suadum ve vēdiderint rutis cesis receptis, cōcedāt tamē aliquid emptori quod ornādī causa apte & suo loco positū esse videatur. Sic nos ad id quod quasi mārī pio dare debuimus, ornāmēta quedā voluimus non debita accedere. Inde illud Crassi in Lucium Brutum Brutī iuriscōs. filiū ex secūo lib. de Orat. Quid patri nūc

ciani vis: cui rei, cui gloriæ, cui virtuti studere? patrimonio ne augendo? at
 id non est nobilitatis. sed fac esse, nihil superest, libidines totum dissipauerunt.
 An in iure civili? est paternum. sed dices te cum ædes venderes, ne in ruti-
 tis quidem & cesis solum tibi paternum reliquisse. Prouerbialiter à Crasso di-
 ctum est in hominis nequitiam, qui adeo effusus fuit paternis bonis addicen-
 dis & dissolutus, ut nihil cauerit sibi in rutiis saltem & cesis recipiendis, in qui-
 bus ut ex illis verbis Ciceronis apparet, maiorum memoria conseruari sole-
 bat. Crassus enim cum Brutorum gentis imagines in funere anus cuiusdam
 ferrentur quæ ex familia Brutorū erat (ut moris fuit antiquis) scommatis oc-
 casione arrepta ita ad Brutum in foro inquit, vnde pompa funeris videri pote-
 rat, Tu lucem aspicere audes? tu hos intueri? tu illam mortuam? tu imagi-
 nes ipsas non perhorrescis? quibus non modò imitandis sed ne collocandis qui-
 dem locum tibi vllum reliquisti: Plinius libro tricesimo quinto de iis loquens,
 Alia, inquit, in foribus & circa limina animorum ingentium imagines erant,
 affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam do-
 minis mutatis domus ornamenta erant. In rutiis igitur & cesis huiusmodi
 imagines & stemmata familiarium erant. Neque vero Mutius in titulo de ver-
 borum signific. rutorum cesorum significationem tam arcte complexus est
 quam hic Vlpianus fecit. In rutiis, inquit, & cesis ea sunt quæ terra non tenen-
 tur, quæque opere structili tectoriove non continentur. Secundum quæ ver-
 ba opus intestinum in rutiis & cesis continetur, quod cum ex dicto loco Cice-
 ronis in Topicis intelligitur, tum vero ex iis quæ .s. superiore de pluteis di-
 cuntur. Est autem opus intestinum, instrumentum domus, ut scamna, sedes
 grabati, abaci, sublellia, fulcra, plutei, armaria, scrinia, foruli, loculamenta,
 mensæ, tripodes, monopodes vel potius monopodia, dorsualia quæ igni opo-
 nuntur cum accumbimus, repagula, & claustra lignea, & omnia denique
 quæ materia constant. Vitruuius libro secundo de abiete loquens, Ima autem
 cum excisa quadrifluuiis disparatur, eiecto torulo ex eadem arbore ad intestina
 opera comparatur. Idem libro sexto de cauendis displuuiatis loquens, Itaque
 redundantes canales restagnant, & intestinum & parietes in eis generibus edifi-
 ciorum corrumpunt. Vbi intestinum pro fenestris posuit. Et rursus alibi,
 Habent autem hæ domus vestibula egregia & ianuas proprias cum dignitate,
 porticusque peristyliorum albariis & tectoriis ex intestino opere lacunariis
 ornatas. Materiaria autem incrustatio quam lambritium dicunt tectorii vi-
 cem implet. Coaxatio enim quæ & coassatio dicitur, tabulis id genus conser-
 ta est, quibus cuppæ & lacus conficiuntur. Asses enim quæ & axes dicuntur,
 tabulæ sunt sectiles non absimiles scandulis, quibus tecta tegularum vice in
 quibusdam locis teguntur. Plinius assamenta etiam appellat libro decimo se-
 cundo: vt Græci Ζωνδύματα. Coaxatione antiqui ad intertignia utebantur. Li-
 gnea vero incrustatio tympanis & orthostatis compacta est, panella & mor-
 desas à mordendo appellant artifices & tenones quasi tenaces. Axes sunt ex
 cauati cardinatiq; quibus tympana vndiq; ambiuntur & continentur. Arrecta-
 ria etiam transversariaq; iugamenta dicuntur. Cardo summa pars est iugame-
 ti quod in cauū inditur. Contabulatio generale nomen est. Asseres ab assibus
 differunt. Sunt enim asseres oblongi trientali circiter materia, latitudine fere

Ruta & cesis
recipere.

Opus intestina-
num.

Incrustatio
materiaria.
Coaxatio &
coassatio.
Asses &
axes & assa-
menta.
Ζωνδύματα
Orthostate.
Arrectaria
& transversaria.
Cardo.
Contabulatio.
Asseres:

ae crassitudine æquales, vulgo membraturæ dicuntur.

Ex eadem Legge.

Castellum.

Castella plumbea putea opercula puteorum epitonea. Lego castella plumbea putealia, id est opercula puteorum, epistomia, vt fortasse hæc verba, id est opercula puteorum, sint ex margine in textum addita. Castella in aquæ ductibus duplicem vsu præbent. Sunt enim castella deriuacula quædam laxiora certis spatiis emodulata, ex quibus aqua per fistulas in varia loca distribuitur, id est in villas & prætoria nobilium indultu principali, vt docet Frontinus in libro de Aquæductibus. Vitruuius libro octauo, Ductus aquæ sunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus, quorum hæc rationes sunt. Si canalibus, vt structura fiat quam solidissima, solúmque riuus libramenta habeat fastigiata ne minus in centenos pedes semipede. Eæque structuræ conformentur, vt minime sol aquam tægat, cumque venerit ad mœnia, efficiatur castellum, & castello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immissarium. Collocenturque in castello tres fistulæ æqualiter diuise in tria receptacula coniuncta, vt cum abundauerit, ab extremis in medium receptaculum redundet. Ita in medio ponentur fistulæ in omnes lacus & salientes, in altero in balneas quæ vectigal quotannis populo præstent. Ex quibus tertio in domos priuatas ita ne desit in publico. Immissaria Vitruuius & receptacula pro iisdem accipit. Lacus autem pro iis conceptaculis aquæ in quibus mulieres linthea abluebant. Canales structiles semper hodie Romæ visuntur. Tubulis & fistulis Gallia vititur. Castellorum altera est utilitas, quæ aqua per canalium aut tubulorum angustias magno spiritus impetu elisa, cum in castellorum laxitatem incidit, impetum illum à spiritu elidente per angustias conceptum amittit, qui alioquin aquæductibus propter rapiditatem noxius esse posset. Propterea crebra in aquæductibus erant castella certis spatiis astructa. Vlpianus autem hic de priuatis castellis intellexit, hoc est de quibusdam conceptaculis atque immissariis aquæ vel tubis deriuatæ, vel haustæ machinis, quæ cum vsus venit per emissarium vel per salientes emittitur ad eum locum quo emitti opus est. Vitruuius libro decimo de organis haustoriis loquens, Cum autem altius extollendum erit, eadem ratio communicabitur sic. Rota fiet circum axem ea magnitudine, vt ad latitudinæ quæ opus fuerit conuenire possit. circum extremum latus rotæ figentur modiolii quadrati, pice & cera solidati. Ita cum rota à calcantibus versabitur, modiolii pleni ad summum elati, rursus ad imum reuertentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerint. Idem de ctesibica machina loquens, Ita ex inferiore loco castello collocato ad salientem aqua subministratur. Epistomion ærumentum est quo ora salientium obturantur & laxantur cum opus est, dum manu ducitur vertibulum illud pertusum, quod admittit vel arceat aquam, prout hoc aut illo modo versatur. Epistomion enim græcum est quasi oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriendum ad quotidianum vsu vinum in hypogeis vtimur, fontem appellantes. Vitruuius libro decimo de hydraulicis organis loquens, Singulis autem canalibus singula epistomia inclusa sunt, manubriis ferreis collocata, quæ manibus cum torquentur ex arca patefaciunt

Lacus.

Epistomion.

nares in canales. Idem, Motione vero vectium vehementiore spiritus vehemens compressus epistomiorum aperturis influunt & repletur anima canales. Epistomion accepit pro eo obturaculo quod in musicis organis spiritum continet & laxat ut opus est. Vbiq; tamen apud eum epithomion corrupte legitur. Varro libro tertio de re Rustic. Epistomis, inquit, versis ad vnumquemq; actum sic ut influat in conuiuium. Epistomizo verbum contineo & suffreno significat. Vnde epistomion dictum, quia ori vasis pertusi opponitur, ut fluentem liquorem cohibeat, & rursus transmittat cum opus est. Fistulae porro applumbatae sunt quae eliquato plumbo in lapidum cauis ferruminatae sunt, quae interdum extra parietes prominent, interdum introrsus latent eminente tantum mamma creta, quae Mastos verbo graeco dicitur, cuiusmodi passim visuntur Parisiis. Fere enim mastis erumpunt non epistomis cum perenniter fluant. Sigilla parua sunt signa, id est simulacra in suis aediculis collocata quasi parietum honestamenta. Iuuenalis, Si quis in aedacula deus vnicus. Vel etiam simulacra columnarum abacis infidentia.

Fistulae apud
plumbatae.

Mastos.

Sigilla.

Ex. L. Si venditor, eodem titulo.

¶ Si de plumbeo castello fistulae sub terram missae aquam ducerent in equum lateribus circumstructum. Legendum est in specum, licet Accursio aliter visum sit. Specus enim inter opera aquariorum numerantur. Frontinus de aqueductibus. Quicumq; post hanc legem rogatam, riuos, specus, fornices, fistulas, caestella, lacus aquarum publicarum quae ad urbem ducuntur forauerit, ruperit, & reliqua. Idem, Placere circa riuos qui sub terra essent & specus citra urbem & extra urbem ad continentia aedificia, vtraque ex parte quinque pedes vacuos relinqui.

Specus.

Ex. L. Creditor, eodem titulo.

¶ Ante domum mari iunctam molibus iacti pyram constituit. Legendum pilam. Pilae lapideae in aedificiis sunt columnae structiles, aut structurae ex lapide caeso quasi quaedam aedificiorum femora, quibus mutuli (quos coruos vocant) incumbentes traves & epistylia sustinent, de quibus alibi diximus. Pilae etiam opera sunt informia quae in aqua construuntur, cuiusmodi magnifica Genuae visitur. molem vulgo appellant. Earum usus est ad tuendas a fluctibus naues intra portus & naualia. De quarum constructione Vitruuius libro quinto sic inquit, Deinde super eam exaurationem pila quae magna constituta fuerit ibi struatur, eaque cum erit extructa relinquatur ne minus duos menses ut sic celsat. Tunc autem succidatur margo quae sustinet arenam, ita arena fluctibus subruta efficiet in mari pilae praecipitationem. Huiusmodi pilam Vergilius libro nono describit his verbis,

Pila;

Mutuli.

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
Constructam ponto iaciunt, sic illa ruinam
Prona trahit, penitusq; vadis illisa recumbit.
Huiusmodi autem fiebant ex puluere Puteolano qui in aqua lapidescit. Fiunt & alia ratione intra aquam circumdati tabulationibus, quas arcas Vitruuius appellat ab arcendis aquis ab opere. Alii aquaria septa vocant. Nostrates bastardellos dicunt, cuiusmodi dudum in ponte Parisiensi vidimus susculatis lignis

Suscudes.
Securiclæ.
Securiclatus

ad perpendiculum depactis, ne aqua per rimas erumpere posset. Sunt autem suscudes subcudésq; lignea retinacula quæ etiam securiclæ à forma dicuntur, quasi securiculæ, quibus duo tigna tenacissima inter se vincuntur, vnde securiclatis cardines apud Vitruuium libro decimo, licet vulgo securidati legatur. nostri (vt arbitror) hirundinum caudas appellant. Cato, Subcudes iligneas adindito: eas vbi confixeris, clauis corneis occludito. Apud August. libro decimo quinto de Ciuitate suscudines legitur. Vitruuius libro decimo cap. octauo de tympano ad molendam farinam loquens, Secundum id tympanum maius item dentatum planum est collocatum, quo continetur axis habens in capite summo subcudem ferream quo mola continetur. Quod Vitru. subcudem hic appellat, nostri ferrum molendini appellant, ex quo forma subcudis intelligi potest. In codicibus tamen impressis locus ille mutilatus est. Desunt enim decem verba à verbo priore continetur, vsq; ad altetum idem verbum.

Ex.I. penultima, eiusdem tituli.

Catadromus.

Putamus enim eum fuisse seruum qui per catadromum descendere aut in cloacam demitti solitus esset. Catadromus de quo miranda cecinit, id est vaticinatus est Accursius, latine decursorium ad verbum transferri potest. Dromos enim cursum significat. Tranquillus in Nerone, Nobilissimus eques Romanus elephanto supersedens per catadromon decurrit, id est per stadium in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, vt fit sæpe in Gallia Principe spectate: licias vocant. Nonnulli catadromum & hippodromum pro eodem accipiunt. Est autem hippodromus equorum curriculum, in quo de pernicitate certatur citra simulacrum pugnae. Neutra autem significatio hic conuenit. Quid enim simile catadromo cum cloaca: aut quid seruo cum decursione equestri: Propterea suspicor locum hunc medosum esse. Decurrere autem quid sit vnde decursorium dictum, docet Lilius libro decimo de bello Macedon. his verbis, Mos erat lustrationis sacro peracto decurrere exercitum, & diuisas bifariam acies concurrere ad simulacrum pugnae. Regii iuuenes duces ei certamini ludicro dati. Gellius libro septimo, Vt in decursibus, inquit, ludicris aut simulacris præliorum fieri videmus. Virgilius de Palantis funere loquens in. xi.

Hippodromus.

Decurrere
Decursorium

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mæstum funeris ignem
Lustrauere in equis,
It cælo clamorq; virum clangorq; tubarum.

Huiusmodi autem decursione equites Romanos vti solitos ex Tranquil. apparet in Nerone, Deductus, inquit, in forum tyro populo congiarium, militi donatiuum proposuit indicta decursione. Torneamenta edicere nostrates hodie appellant aut etiam indicere.

Ex.L. Videamus, in titulo Locati.

villa urbana

Inter conductorem & locatorem conuenerat, ne in villa urbana scenum componeretur. Quid sit villa urbana, non omnes, credo, Accursius scire voluit, quum de hoc nihil dixerit. Ab aliquo igitur antiquorum id requirendum

Is erit Varro, qui libro primo de re Rustica sic inquit, temporum suorum luxuriam taxas, Fructuosior certe fundus est propter ædificia, si potius ad antiquorum diligentiam quã ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim ad fructuum rationem faciebant, hi ad libidines indomitas. Itaque illorum villæ rusticæ erant maiores quã urbanæ quæ nunc sunt pleræque. Idem paulo post, Item cætera ut essent in villa huiusmodi quæ cultum quærenter providebant, nunc contra, villam urbanam quã maximam ac politissimam habeant dant operam, ac cum Metelli ac Luculli villis pessimo exemplo ædificatis certant. Villam urbanam Palladius Prætorium appellat his verbis, Ipsius etiam prætorii situs sit loco aliquatenus erectiore & sicciore quã cætera propter iniuriam fundamentorum, & ut læto fruatur aspectu. Tranque in Aug. Ampla & operosa prætoria grauebatur, id est iniquo animo ferebat Augustus villas quasdam elegantius & sumptuosius extructas. Et in Calig. In extructionibus villarum & prætoriorum omni ratione posthabita nihil tam efficere cupiebat quã quod effici posse negaretur. Vlpianus etiam alibi Prætorium quod hic villam urbanam appellavit his verbis, Plenum autem usum habere debet si & villæ & prætorii ei relictus est. Villa rustica est ea pars villæ quam villicus colonus vel vinitor vel arborator habitandam sibi obtinet & familiæ villaticæ, atque instrumento omni rustico condendo aut continendo. Villa urbana quæ & Prætorium dicitur, ea pars est quam dominus sibi recepit. quæ quia elegantius amœniusque ædificari solet & instrui, ideo urbana vocatur, quasi urbani nitoris & elegantie plus habens quã rustice. Propterea Vitruvius huiusmodi ædificia pseudourbana appellat. sic enim inquit libro sexto, Earum autem rerum non solum erunt in urbe ædificiorum rationes, sed etiam ruri, præterquam quod in urbe, atria proxima ianuis solent esse, ruri in pseudourbanis statim peristylia. Columel. villam tripartito distribuit, partem unam urbanam, rusticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. In proposito igitur nihil mirum dominum villam sibi urbanam recepisse in locatione fundi, ne fœnalis usum colono præberet.

Ex.L. sequenti. Item queritur si cisiarius.

Cisium vehiculi genus est biroti, ut inquit Nonius. Marcus Tullius in secunda Philip. Cum hora diei decima fere ad Saxa rubra venisset, delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperum. Inde cisio celeriter ad urbem aduectus domum venit capite inuoluto. Ita enim locum illum legit Nonius & Gellius, licet corrupte castia in impressis libris legatur. Hoc autem verbo utitur Plinius libro duodetices. Multa sunt autem nomina vehiculorum, ut carrum qui & carrus dicitur, plaustrum, carpentum, & sarracum, quod vehendis marmoribus & grandi materiæ accommodatum est apud Vitruvium & Iuvenalem, Longa coruscat Sarraco veniente abies. Supradicta igitur vocabula sunt onerariorum vehiculorum. Gestatoria vero sunt carruca, cisium, effedum, rheda, petorritum, & staticulum. Cicero in eadem Philip. Vehabatur in effedo Tribuns plebis. lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mimia portabatur. sequebatur rheda cum lenonibus, comites nequissimi. Plinius lib. xxxiii. Argenti incoquere simili modo coepere, equorum maxime ornamentis

Prætorium.

villa rustica

villa urbana

Pseudourbana

villa partes.

Cisium.

vehicula oneraria.

vehicula gestatoria.

iumetorumque iugis. Cœpere inde effeda & vehicula & petorrata exornari, simili modo ad aurea quoque & argentea stercula luxuria peruenit. quæque in scyphis cerni prodigiū erat, hæc in vehiculis atteri cultus vocatur. Hactenus Plinius. Ex cuius verbis apparet multum olim usum gestatoriorum fuisse, etiā viris. Vidī certe nuper gestatorium currū Præfecti prætorio in quodā libro pictum quadrirotū, æratum, aut inauratum magnifica specie, extante in eo sella curuli. Lamprid. in Alexand. Carrucas Romæ & rhedas Senatoribus omnibus ut argentatas haberent permisit, interesse Romanæ dignitatis putans ut iis tantæ vrbis senatores vterentur. Erant & sacra vehicula quæ Thesæ vocantur auctoris Seruio & Festo. Tranquillus in Cæs. Ampliora etiā humano fastigio decerni sibi passus est, sedem aureā in curia & pro tribunali, thensam & ferculum CIRCENSI pompa. Ferculis autē pompa traducebatur, & deorum simulacra gestabantur. Idem in eodem, Pōtico triūpho inter pompæ fercula trium verborū prætulit titulum. Cur autem sic vocaretur, diuus Augustinus libro secundo de ciuitate dei docet. Sic hodie vocari possunt gestatoriola quibus Eucharistia & sanctorum reliquiæ in supplicationibus circumferuntur. Pileta muliebria erant vectabula quibus matronæ gestabantur, auctore Festo: quibus tamen solis castis uti licebat, ut inquit Seruius. Verg. in octauo, Castæ ducebant sacra per vrbem Pilentis matres in mollibus, id est pensilibus. Sunt autem Pensilia gestatoria quos tremulos currus vocamus. Bigæ, trigæ, quadrigæ, ad curule certamen & sacra certamina pertinent. His enim verbis non tam vehiculum quam equi biuges, triuges, quadriuges significantur.

Ex L. Ex conducto. §. primo.

Calamitas. Si vis tempestatis calamitosæ contigerit. Calamitatem (inquit Donatus) proprie grandinem rustici dicunt, quod calamum, hoc est culmum ac segetem comminuat. Plinius libro decimo octauo naturalis hist. Ordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia tollitur antequam triticum occupet frugem. Vnde Cicero metaphoricōs in Ver. Actione secunda ita inquit, Eademque vi & iniuria cum pecunias maximas cogeres, per omnes partes prouinciæ te tanquam aliquam calamitosam tempestatem pestemque peruasisse demonstrat. Idem alibi de eodem, Quacunque iter fecit, eiusmodi fuit, ut non Legatus populi Romani, sed ut quædam calamitas peruadere videretur. Non potuit Cicero significatius Verris Prætoris furta ac rapinas & iniurias exprimere. Quo verbo vocari potest nostro tempore militum improbitas pagatim grassantis anni vertētis impressa relinquere soliti sunt, usque adeo omnia diuexata, omnia exhausta, omnia disiecta, qualique grandine ac procella proculcata obritataque digressis illis visuntur, simul ignorante Principe, simul iis quos editiore loco positos hic turbo percellere non potest, nihil ad se attinere eam calamitatem interpretantibus. Quis enim (si ad normam veritatis loqui volumus) publica vice commoueri aut certe permoueri in huiusmodi rebus visus est, eorum qui populo apud Principem adesse & debent & possunt? Noui vnum & alterum eorum qui summarum rerum actui aliquando præfecti fuerunt, quos compertum habeo difficillimis temporibus cum ad eos huiusmodi calamitates deferrentur (Sunt enim quocunque tempore viri boni, qui vicem misero

In eos qui vicem calamitosæ plebis non dolent.

rum ne dolere nequeunt) cumque his aliisque permultis ærumnis iamiam ces-
sura plæbis tolerantia diceretur, omninoque eos ad Principem, & sanctius Prin-
cipis consilium referre de hac re debere: haud dubitanter respondisse, non sibi
id negociū esse ut afflictæ plebeculæ illachrymando periculum sibi met ipsi, aut
etiam fortunis suis creatum irent, & tanquam popularibus ærumnis piacula-
re caput subderet, publicæ calamitatis succidaneum. sic enim loqui solent, bel-
lissimum esse putantes improbius quàm facetius dictum risu etiam profequi.
At enim huiusmodi nunciū nec Principibus festiui sunt, & in nonnullorum ali-
quando potentium offensionem incurrunt. Itane verò tauris ipsi à natura da-
tum esse fatebuntur, ut pro vitulis imbellique armento summa vi summoque
discrimine cum leonibus dimicent, ad se autem præter naturalem hominum
inter homines commendationem, etiam in magistratibus aut honoribus posi-
tos, popularia incōmoda pertinere negabunt: primos honores ipsi gerant, co-
li se à populo supra modum quoque velint: stipendia immensa, & (quod indi-
gnitatem auget) collatione plebeculæ corrosa mereant, & calamitosæ plebis
querelas nihil ad se pertinere dictitent: Videant quæso rectum ne sit, aut num
id tueri citra grauem animæ noxam possint. Verum illi fortasse plus viderūt.
Ut enim in membris & partibus corporis humani aliqua sibi tantum nata esse
videntur, ut aures & oculi, alia cæteris membris subseruire, suumque munus
obire aliorum causa nata sunt, ut crura ut manus ut pedes: sic aures & oculi
reipublicæ, id est hi quos primos ordines in administrandis rebus ducere Prin-
ceps voluit, more hominum sæpe faciunt, ut sibi suisque consulere in communi-
bus rebus agendis, id est publicis, satis habeant: reliquos omnis vectores qui
procul gubernaculis agunt, & plebeculam præsertim quæ ad scalmum inter-
diu noctuque adhærescere cogitur & remis incumbere, tanquam asinum ad cli-
tellas, sic ad inopiam & ærumnam natos esse censeant: ut clauum tenentibus
ipsis & omnibus scelicibus feriatū esse liceat, atque etiam si diis placet, labori-
bus ærumnosorum frui. Quasi vero non eadem nauī id est eodem periculo tem-
pestatum & gubernatores & remiges, & vectores, per huius vitæ varios euen-
tus quasi per fretum aliquod vndabundum, transmittantur. Aut quasi remigio
disiecto ociose etiam ac placide velificari possint. Atqui isti, ut videtur, cum ad
summa honorum fastigia euaserunt, rem ita inter se componunt, ut inuicem
Plautinum illud dicant, Si tu proreta huic nauī es, ego gubernator ero: atque ita
distributis sibi suisque primis quibusque muneribus, summum inter se (quasi
ad populares & oppidanos homines loquentes) dicere solent, Nūquam sic cu-
ra deorum se premit, ut vestræ morti vestræque salutī Fata vacent, procerū mo-
tus hæc cuncta sequuntur, Humanum paucis viuit genus. Deos autem more
nostro nūc appello (ut antea diximus) quos immodica potentia viuos viden-
tesque inter diuos rettulit, in quorum manibus tanquam in cardinibus summa
rei Gallicæ vertitur. Qui tandiu in cælo esse solent (ut Ciceronis verbo utar
hic appositissimo) id est omnium ore celebrari, ac nominis sui fama fora ac con-
ciliabula, omnesque conuentus circulosque implere, quandiu fortunæ collibuit.
Quorum diuinitas toto hoc imperio quamlibet late patet ipsum, locis omni-
bus, omnibusque horis, omnium vocibus, inuocatur, nominatur, agitur rea, lau-
datur, arguitur, & interdum cum conuiciis colitur. Volubilis tamen & cæca

existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumq; faulrix, desultoria celeritate subinde in aliū aliūmq; transiens. Cui omnia expensa, omnia ferūtur accepta, & quæ in nostrorū hominum ratione sola vtranq; paginā facit, vt inquit ille. Vt enim quicquid publice priuatimq; recte secusve cesserit, ita bene eos aut male audire ilico necesse est. Quibusdam vero eorum in ista beatitudine tanta humanitatis obrepit obliuio (quasi ad lethæas aquas biberint) vt se velut onerosos omni lege solutos, omnis erumnæ ac laboris immunes esse, nimia fortunæ indulgentiæ cæci interpretentur, nec popularium calamitatibus veluti iniuriis quis afellorum clitelis cōdolescant. In quo tamen lōge mihi falli videntur homines ambitiosissimi. Amplissimum est enim homini viribus aut corporis aut animi præuolenti, aut etiam opibus, quamplurimos homines iuuisse, Deus est mortalī iuuare mortalem (inquit Plinius) & hæc ad æternam gloriam via, & Herculem, Liberum, Æsculapium, Castorem & Pollucē in cœlum (vt inquit Marcus Tullius lib. secundo de Legibus) merita vocauerunt. Quod quomodo intelligi debeat ex verbis eius colligi potest lib. tertio de natura deorū. Atqui (inquit) in plerisq; ciuitatibus intelligi potest augendę virtutis gratia quolibet libentius reipublicę causa periculum adiret optimus quisq; virorū fortium memoria honore deorū immortalium consecratam. A quo etiam mutuatus ex professo Laetantius lib. pri. Insti. ita inquit, Suscepit autem vita hominū consuetudoq; communis, vt beneficiis excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber. Et rursus, In plerisq; autem ciuitatibus intelligi potest acuedę virtutis gratia, aut quo libentius reipublicę causa periculum adiret optimus quisq; virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratā. Sed hoc nimirū est illud. Quemadmodū membrorū, id est partium corporis alia videtur propter vsum à natura esse data, vt manus, vt pedes, vt ea quæ sunt intus in corpore alia nullam ob vtilitatem, sed quasi ad ornatum, vt cauda pauoni, pennæ versicolores columbis, viris mammæ & barba: sic eorū qui ad primos magistratus vocantur, quasi ad vnū corpus reipublicę administrandū, quidam rebus egregie gestis perficiunt, vt non sibi nati esse, sed omnibus videantur: quibus morte extinctis gloria perpetua succedit. quidam socordia tanta præditi sunt vt nō magistratus gerere, sed magistraturū personā induisse videantur, vt reipublicę suarū interim partium si minus ratio at numerus certe cōstet. Sed fuisse nobis huiusmodi homines speramus reipublicę præfectos, vt alibi dictum est. Omnia iam nobis meliora nō modo fore, sed etiam esse spondimus. Et alioquin hoc Príncipe iamdiu in portu nauigare videmur. Qui cū ad semiermen nauarchus accessisset, in multos eam tumultus ingruentiū instantiumq; bellorū iamiam incursurā, sacra quadā anchora frugalitatis haud dubiæ stabiliiuit. Vt ad rem redeamus. Terentius in Eunuchis, Sed eccia ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Propterea factum vt calamitas pro dispendio & sterilitate accipiatur. Cicero pro lege Manilia, Nam in cæteris rebus cum venit calamitas tū detrimentum accipitur. At in vectigalibus non solum aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatē. Calamitosus ærumnosus est, malis calamitatibusq; prægrauatus, inquit Nonius. Cicero in Diuinatione, Honoris amplissimi esse puto &

Deus qui fias

Calamitosus

accusare improbos & miseros calamitososq; defendere. Inde calamitosus ager
 Catoni, & calamitosum periculosumq; celum. Calamitas etiam in ludis scæ
 nicis dicebatur cum fabula exigebatur. vt in prologo Ecyræ, à Græcis *πταί*
μα. dicitur, cum alioqui calamitas *Δύμη* & *δικοφθορία*, dicatur, & *πρίσαστις*. Vlpia
 nus igitur omnis antiquitatis peritissimus vt hic, sic vbiq; ferè sermonis pro
 prietatem seruauit. His enim verbis talem procellam significauit, quæ segetes
 frugesq; procellere solet, qualem Virg. primo Georgicorum describit,
 Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
 Quæ grauidam late segetem ab radicibus imis.
 Sublime expulsam eruerent. & reliqua. Hæc *καλαροκοπία*, à Græcis dicitur, id
 grando procellosa. Cæterum sturnus cuius hic Vlpianus meminit, auis est
 maculosa, quæ Græce *Psarus* dicitur, magnitudine merulæ, vt inquit Aristote
 les, gregatim volās vt passer. Sturnellus vulgo dicitur. Auis est docilis, vt tur
 dus, & galerita, & monedula, & reliquæ humanæ vocis imitatrix. *Graculus*
Graculus. Huiusmodi videntur ad
 genus est monedulæ, coracias ab Aristotele dicitur à coruina nigritie, ro
 stro tamen rutilo, docilis etiam & facile mansuescens. Huiusmodi videntur ad
 viuarium Vincenarium innumeræ, rostro ferè nigrante. Et sturni & monedulæ
 aues sunt gregariæ quotannis migrantes remigrantésq;, nonnunq; tanta vi ea
 rum ingruente, vt frugibus & vitibus late depopulatis sterilitatem afferant.

Ex eodem. §.

¶ Si raucis aut hærbis segetes corruptæ sint. Rauca vermīs est, cuius Plinius *Rauca*
 in vitis segetum non meminit: sed in decimosextimo de cultura talearum lo
 quens, Olea, inquit, vbi quercus effossa sit male ponitur, quoniam vermes qui
 raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur & transeunt. Idem in decimo octa
 uo. Nascuntur & vermiculi in radice cum sementem imbribus secutis incluse
 rit repentinus calor humorem. Gignuntur & in grano cum spice in pluuiis ca
 lor inferuescit. De hærbis autem noxiis idem ita inquit, Nam lolium & tribu
 lum & carduum lappamq;, non minus q̄ rubum, inter frugum morbos, potius *Lolium*
 q̄ inter ipsius terræ pestem numerauerim. Lolium hærbæ est quæ Græce *æra*
 dicitur, de qua idem alibi, Triticum enecat æra, ordeum festuca quæ ægilops di
 citur, lentem hærbæ securidaca. Et hæ quidem complexu necant. *Æra*
Æra. Aeræ granū
 minimum est in cortice aculeato, quod cum est in pane celerrime vertigines fa
 cit. hærbæ vulgo nota est, hibræia à nostris dicta. Aegilopem Virgilius latine *Ægilops*
Ægilops. auenā appellauit in hoc versu, Infelix lolium & steriles dominantur auenæ. Plī
 nius, Primum omnium, inquit, frumētī vitium auena est, & ordeum in eam de
 generat, sicut ipsa frumenti fit instar. Quippe cum Germaniæ populi edant eā,
 necq; alia pulte viuāt. Runcatio cōtra inutiles huiusmodi aut etiā noxias her
 bas inuenta est. Vnde runcare verbū quod Græce *βοτανισμός* dicitur, id est herbas
 noxas vellere, & runcatio botanifmos. Plin. lib. xviii. Postea pauci runcāt, quod *Runcare*
Runcare. botanifmon vocant. Idem, Runcatio cū seges in articulo est, euulsis inutilibus
 hærbis frugū radicem vindicat, segetemq; discernit à cespite. Et rursus, Faba rū
 cari nō gestit, quoniam euincit herbas, *ποασμός* à Theophrasto dicitur. Sarritio *Sarritio*
 quæ è Græcis *σκαλισμός* dicitur (vt sarrire *σκαλλειν*) sarculo perficitur. Vnde etiā
 Sarculatio dicitur, de qua idem Plin. Sarculatio induratā hyberno rigore soli

tristitiam laxat temporibus vernis, nouosq; soles admittit. Qui sarriet, caueat ne frumeti radices suffodiat. Triticum, ordeum, semen, fabam bis sarrire melius.

Ex eodem.

Labes.

Chasma.

Chasmaticus terramotus.

Chasmatia.

Locus emendatus i Luca.

Locus restitutus in libro Ecclesiastico

In libro Sapientie.

Sed & si labes facta sit, omnemq; fructum tulerit, damnum coloni non esse. Et paulo post, Sed & si vredo fructu oliuæ corruerit. Labes hoc in loco pro ruina & agri confidentia accipi potest, quæ græce *συνίσησις* dicitur. Labes enim à lapsu dicitur, vt inquit Seruius in illum Vergiliū locum, Hinc mihi prima mali labes. Est autem labes agri cum ager repente terramotu aut quauis alia ratione subsidet in vastam voraginem, quæ græce *chasma* dicitur, id est hiatus terræ, quo verbo Vlpianus vsus est supra de periculo & commodo rei venditæ. Vnde chasmaticus terræ motus dicitur, cum mouente terra huiusmodi hiatus existunt. Plinius libro secundo de terramotu loquens, Hiatus vero alias remanet ostendens quæ forbuīt, alias occultat ore compresso, rursusq; ita induto solo vt nulla vestigia extent, vrbibus plerūq; deuoratis, agrorumq; tractu haulsto. Aristoteles chasmatiam appellat in libro de mundo, τῶν δὲ σεισμῶν, οἱ ἰσχυροὶ σινίσησις φησὶντες ἐν τὰ κοῖλα, χασματια λέγονται, Terramotuum, inquit, hi qui soli confidentias in cauernas faciunt, chasmatia dicuntur. Lucae decimosexto inueniuntur erratum, vt chaos pro chasmate legatur, his verbis, Et in omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est. vbi græce *χάσμα, μέγα, ἐσχηκται*, id est chasma magnum firmatum est legitur. Est enim error librariorum aut eorum qui locum emendare se putauerunt, non interpretis. Cuiusmodi alia inoleuerunt in iisdem libris. Simile est Ecclesiastici cap. septimo, Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum. vbi interpretes scripserat, noli arare, *μη ἀροῦ τὴν ἀδελφῶν σου*. antea enim dixerat, Non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. Sed ridebūt illi qui euangelia græca & totum instrumentum nouum fidei nostræ, id est Apostolorum & Euangelistarum editionem, nullius auctoritatis esse credunt, præiudicio illo vtentes q̄ hæc nostra traductio ab vniuersa ecclesia occidentis recepta sit. Quasi vero errata etiam nominatim recepta sint, aut quasi hæc traductio publico decreto græce originè prælata sit, ab iis præsertim qui græce nesciuerunt, id est qui post Hieronymum & Augustinum fuerunt. Quod simile est atque si traduces ex vite aut arbore ductas, præstantiores stirpibus ipsis esse contendat vnde sint enatae. Huiusmodi hominum pertinaciam Hieronymus insectari multis in locis solet. nec ab re. mirum est tamen opinionem tot seculorum errore constanter assertam, facile extorqueri è manibus mordicus retinentium non posse. Cum autem ille liber Sapientie Solomonis inscriptus græce sit mire sententiosus: latine ita corruptus est, vt sæpe absurdi sint clausularii sensus & incongrui: partim errore interpretis supra modum oscitantis & imperiti: partim emendatorum culpa vt cap. secundo, Quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum, *ὅτι καπνὸς ἢ πνοὴ ἐν ῥισίῳ ἡμῶν, ὁ δὲ λόγος ἀναπνεύσει ἐν κενόῳ τῆς καρδίας ἡμῶν*, Quoniam fumus spiratio vel anima in naribus nostris & modica scintilla in motu cordis nostri. Sic enim verti debuit nisi interpretis præ imperitia & stupore ingenii *ὁ λόγος*, id est sermo, *ἁδύς*, id est modicus intellexisset. Quod sequitur, Qui extinctus cinis erit corpus nostrum: legi debet, quæ extin-

cta, scintilla scilicet. In eodē capite, Quoniā deus creauit hominē inexterminabi-
 lem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum, ὅτι ὁ θεὸς ἐκάλει τὸν ἀνθρώπον ἐπὶ
 εὐφροσύνην, καὶ ἐκόναν, ἢ ἰδίαν ἰδιότητος ἐπέκεινεν αὐτόν. lego, Quoniā deus creauit homi-
 nem ad naturā non interiturā, & effigiem proprietatis suæ fecit illum. Cap. iiii.
 Maledicta creatura eorum, quoniā felix est sterilis, ἐπικατάραται ἡ γένεσις αὐτῶν,
 Execrabilis eorū genitura, quando beata sterilis nō inquinata. Et paulo post, Fi-
 lii adulterorū cum cōsumatione erunt: lego, Liberi adulterorū imperfecti erūt,
 id est non consumati. Error est emēdatorum. τέκνα, μοιχῶν ἀτέλεια. Et inferius, In
 die agnitionis allocutionis. lego, In die diiudicationis solamen vel solatium, ἐν
 ἡμέρᾳ διαγνώσεως πρὸς ἀμύθιον. Cap. iiii. circa finem, Et quare minuerit illum domi-
 nus. legēdum, munierit, id est securitate donarit, ἠσφαλίσειτο. Error est librariorū
 aut enarratorū. Cap. vii. cum multa perperam sint versa, tum illud in fine
 absurdissime de sapiētia, Attingit ergo à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit
 omnia suauiter, Διαπνέει δὲ ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας οὐρανοῦ, καὶ διοικᾷ τὰ πάντα χρηστῶς, Per-
 spirat autē ab extremo ad extremum firmiter, & administrat omnia cōmode.
 Et in cap. sequētī, Doctrix est enim disciplinæ dei, & doctrix operum illius, μύσις
 γὰρ ὅτι ἐστὶν ἡ θεὸς ὑποδείκνυσι καὶ εὐρετίς τῆν ἔργων αὐτοῦ, Initiatrix est enim sciētiae dei & in-
 uentrix operum eius. Vbi interpres corruptum exēplar secutus est, & permul-
 tis in locis. Illud miror in cap. pri. Et hoc quod cōtinet omnia sciētiam habet vo-
 cis, καὶ τὸ σωέχορον τὰ πάντα γνώσιμ ἐχὼ σοφίας, cognitionem habet sapientiae, vel noti-
 tiam: q̄q̄ sunt huiuscemodī multa temere immutata. Sed vt in viā redeam, est
 etiam chasma cœleste. cuius meminit Plin. lib. ii. & Seruius lib. ix. Aeneid. De la-
 be autem Cicero libro primo de Diuinatione sic inquit, Delata etiā ad Sena-
 tum labes agri Priuernatis cum ad infinitam altitudinem terra defedisset, Apu-
 liaq; maximis terræmotibus cōquassata esset. Quibus portentis magnæ Po-
 puli Romani perniciosæq; seditiones denunciabantur. Verum quoniā vredi-
 nis Vlpianus hic meminit, & paulo post infrā agri terremotu corruentis, pro-
 pterea non labes hic, sed tabes legēdum existimo ex Plinio & Theophrasto. Plī-
 nius libro decimo septimo de vitis & morbis arborum loquēs, Quædā, inquit,
 temporum causæ aut locorum, proprie dicuntur morbi, quoniā protinus ne-
 cant, sicut tabes cum inuaserit arborem aut vredo, vel flatus alicuius regionis
 proprius, vt est in Apulia atabulus, in Eubœa olympias. Hic enim si flauerit
 circa brumam, exurit frigore arefaciens vt nullis solibus postea recreari pos-
 sint. Hoc genere conualles & apposita fluminibus laborant, præcipueq; vitis,
 olea, ficus. quod cum euenerit detegitur statim in germinatione. Quæ verba
 Plinii ad verbum ferè ex quarto Theophrasti de plantis transcripta sunt, qui
 hanc tabein ἐκπληξιν τῆν δένδρων vocat, quasi percussionem aut stuporem arbo-
 rum cum stirpes arefcunt tabido morbo exucti, eo modo quo homines ægri
 longa tabe emaciati defectique. Id tamen quod Plinius ex Theophrasto dicit,
 exurit frigore arefaciens vt nullis solibus postea recreari possint: nos ita apud
 Theophrastum legimus, Ἀπικαίει δὲ τὰ δένδρα, καὶ ἕτως ἀνα, καὶ ἐξερᾷ, ὡς ἔσθ' ἀξ
 ἢ ἢ λίσ καὶ χθόνος καὶ γλῶσσι τ' ἀν. δι' ἰδ' καὶ καλῶσι καυδμόρ, id est, Exurit autem arbo-
 res, eousque arefaciens vt ne sol quidem eodem modo multo tempore arida fas-
 cere possit, quare & vredo vocatur. Qui sensus congruentior videtur, sed Plī-
 nius in tumultuaria lectione aliud exemplar secutus est. Similis vredini est

Labes

Tabes.

Vredo.

Sideratio.
Carbuncula-
tio.

Vis maior.

Horrida si-
dera.

Grandinum
iiii. genera.

Ecnephias.
Typhon.
Vertex.

Turbo.

Sideratio, quæ græce σφαιλισμός dicitur, & latine etiã carbūculatio. Plin. lib. xviii. Sideratio tota è cœlo constat, quapropter & grãdo in his causis intelligi debet, & carbūculatio, quod pruinarū iniuriã euenit. Hęc enim verno tẽpore inuitatis & erũpere audentibus satis mollibus insidēs adurit lactescētes germi- nũ oculos, quod in flore carbunculũ vocãt. Pruinã perniciosior natura, quoniã lapsa perfidet, ac ne aura quidẽ vlla depellitur, quoniã non fit nisi immoto aere & sereno. Propriũ tamen siderationis est sub ortu canis siccitatũ vapor cũ inficẽ ac nouellẽ arbores moriũtur, præcipue ficus & vites. Idem lib. xviii. In hoc tẽpo- ris interuallo res sũma vitiũ agitur, decretorio vis fidere illo quod caniculã appellamus, vnde carbūculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exultã. Nõ cõparãtur huic malo grãdinis procellẽ, nec quẽq; vnq; annonã intulere ca- ritate. agrorũ quippe mala sunt. carbūculus autẽ regionũ late patentiũ. Har- ctenus Plĩ. Huc autẽ pertinet quod dicitur in lege Si merces. §. Vis maior, infra hoc eodẽ in titulo, Vis maior quã Græci appellãt non debet cõductori dãno sa esse. Quo in loco libẽter quãsierim ab Accursianis iuris peritis quid per vim maiorẽ iuriscõsultus Gaius intelligi voluerit. Heremus, inquiunt, dic ipse. Age dũ audiãt Pliniũ lib. xviii. de sterilitatum causis loquẽtẽ his verbis, Ante omnia autẽ duo genera cœlestis iniuriã meminisse debemus, vnũ quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellã, ceterãq; similia intelliguntur, quã cũ acciderunt vis maior appellatur. Hęc ab horridis sideribus exeunt veluti ar- cturo, orione, hęc dis. Alia sunt quã silente cœlo serenisq; noctibus fiunt, nullo sentiente nisi cum facta sunt. Publica hęc & magnẽ differẽtiã à prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinẽ, aliis carbunculũ appellantibus, omnibus vero sterili- tatem. Ex his verbis apparet vim maiorẽ esse quam Vlpianus supra calamita- tosam tempestatem vocauit. Columella lib. pri. Nam vbi sedulo colitur ager, plerunq; cõpendium: nunq; nisi si cœli maior vis aut prædonis incessit, detrimẽ- tum affert. Quo modo autẽ Gaius græce appellauerit ex antiquis exemplari- bus coicere non potui, nisi q; thian in secundo verbo legisse mihi videor, id est diuinã, sed quod sit substantiuũ vocabulũ non facile dixerim. Vis diuinã appella- tur in titulo de damno infecto. Theophrastus libro quinto de causis planta- rum πλὴν ἂν τῶν δαίμωνων αἰτίων appellat, id est causam diuinitus demissam, vel vt interpres vertit deorum numine virgentem, cuius exemplũ χαλαροκοσίων πο- nit, id est grandinem procellentem. Dicitur etiã à Græcis μεγάλη πρῆξις αἰφ. Hęc autem quatuor est generum. Repentini enim flatus exhalante terra coorti, rursusq; in terram deiecti, obducta nubium cute multiformes existunt. Vagi quip- pe & ruentes torrentium modo tonitrua edunt & fulgura. qui maiore illati pondere incursuq; si late siccã ruperint nubem, procellam gignunt quã Ec- nephias vocatur à Græcis, quasi è nube erumpens: sin verò depresso sinu ar- ctius rotati effregerint sine igne, hoc est sine fulmine, ecnephian illũ faciũt qui typhon à Græcis, id est vibratus appellatur, & à Latinis vertex. Defert hic secũdũ aliquid abreptum è nube gelida conuoluens versãnsq; & ruinã suã illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida vertigine, præcipua nauigã- tium pestis. Qui etiã illisu ipso percussus, correpta secum in cœlum refert forbẽtq; in excelsum. Qz si maiore depresso nubis eruperit specu, sed minus alto q; procella, nec sine fragore, turbinẽ vocant proxima quãq; prosternentem.

idem ardentior accensusque dum fuerit, præster vocatur, amburens contracta pa
 riter & proterens. auctor idem Plinius lib. secundo, & ante eum Arist. libro ter
 tio Meteorologicò, qui *δινω*, id est vertiginem appellat quam Plin. verticem.
 In libro tamen de mundo strobilon appellat, ubi genera multa ponit ventorū
 quos violentos vocat. Proinde ex prædictis colligere possumus sterilitatum
 causas alias internas, alias externas esse. Internæ causæ sunt quæ ex re ipsa oriū
 tur, & damno coloni cedunt, vt vermiculatio cum enatis vermiculis & bestio
 lis segetes arborésve infestantur, quod vermiculari dicitur, & à Græcis *σκολι
 κός* & *δρεϊσός*. Eadem ratio est hæbarum exitialium, contra quas runcatio in
 uenta est: aut earum in quas fruges ipsæ degenerant, cuiusmodi est auena in or
 deo, aut lolium in tritico. Theophrastus *δραϊσός* vocat, quasi loliescere, id est in
 lolium degenerare. In eadem causa etiam est luxuria segetum cum nimia pabu
 li vbertate lasciuiunt, quod *δραϊσός* dicitur, & in arboribus *ιλομωειν*, id est syl
 uescere. & itidem de aliis. Externæ causæ duorum sunt generum, aut enim iniu
 ria humana accidunt, vt si viator aut prædo aliquid abstulerit, huiusmodi cau
 sæ damno coloni cedunt, aut iniuria cœlesti: & hæc rursus bifariam distribuun
 tur. aut enim vi maiore accidunt, quæ & calamitosa dicitur, in quo genere est
 grando procellosa, turbo, vertex, & reliqua quæ tempestatis nomine censentur.
 Sub hoc genere chasma nunc & labem agri cõprehendi volumus, tametsi aliud
 genus sit. Aut vi silente & quæ nullo sentiente obrepit, & hoc genus cum supe
 riore dano coloni cedit. In eo sunt vredo, quæ Græce *καυθμός* dicitur, pruina quæ
πρόσθη, irroratio, vel vt Plinius appellat roratio, quæ *ροάς*, tabes quæ *ἐκωλησις*, car
 bunculatio, sideratio, quæ ipsa tamen tanq̃ genus multas species complectitur.
 Sideratio enim tota (inquit Plin.) è cœlo constat. Pruina est quæ lapsa perfi
 det & gelat, nec fit nisi immoto aere & sereno. Hoc genere alternis prope an
 nis in Gallia vitēs & frumenta interdum præcocia vitiantur. Etenim pruina à
 perurendo dicta est, quasi perurina: vrit enim germina cum sole liquefacta est,
 vt sæpe vidimus. Vulgo gelu vocamus. Aristoteles in libro de mundo, *κρύσταλλ
 ος* *μὲν ἕστιν ἁπλοῦς ὕδωρ δὲ ἀδριακῆς περὶ γῆς· τὰ ἄλλα δὲ ἀπὸ τοῦ περὶ γῆς*,
 est aqua conferta, à serenitate cœli concreta. Pruina vero ros concretus. Gelu
 igitur est glacies, pruina est quod gelu vulgo dicitur. Carbūculatio & carbun
 culus in arboribus est (quantum ego conuicere possum) eiusmodi corruptio
 quæ vulgari sermone pruinam appellamus, quæ verno tempore adurit lactescē
 tes germinum oculos, & cum flores adusserit carbūculus tum vocatur. Apud
 Theophrastum nomen eius non meminī me legisse. At vero in vitibus carbun
 culatio, quæ circa Idus Augusti in Italia accidit, vitium est cum vix non satis
 foliis tectæ, præferuidis solibus interdum retorridæ fiunt & exuctæ, ex quo tan
 dem acescunt, vt quodam vredinis carbone exustæ, aciniq; tunc præcoquantur
 in callum, vt quodam in loco Plinius ait. Quod fit ad canis ortum interlunio
 accidente. Quanq̃ Plinius paulo post ita inquit, Pleriq; tamen dixerunt rorem in
 istum sole agri frugibus rubiginis causam esse & carbunculi vitibus. Quod
 ex parte falsum esse arbitror, omnemq; vredinem frigore tantum innoxio con
 stare sole. Id manifestum fiet attendentibus. Nam primum omnium hoc non
 euenire nisi noctibus & ante solis ardorem deprehenditur, totumque lunari ra
 tione cõstat: & reliqua quæ ille solertissime indagata, prosequitur magis quam

Præster.

Sterilitatum
cause.
Vermiculatio.Luxuria.
Syluescere.

Pruina.

Gelu.

Carbuncula
tio.

explicat vt mihi quidem videtur. nec mirum, quippe qui in his multa dixisse se
 affirmet à nullo ante dicta, vtcūq; certe memorabilia. Hęc igitur vitia Plinius
 noctu contrahi autumat non interdū. Vnde illud ab eodem dictum est, Alia
 sunt quę silente cœlo serenisq; noctibus fiunt nullo sentiente nisi cū facta sunt.
 Publica hæc & magnę differētia à prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem,
 aliis carbunculum appellantibus. Et rursus, Cœlestis, inquit, sterilitatis alteru-
 trum fore in causa, hoc est plenilunium aut interlunium, non erit dubium: & in
 hoc admirari mirabilem naturę benignitatē succurrit. Iam primum hanc in-
 iuriam omnibus annis accidere non posse propter statos siderum cursus: nec
 nisi paucis noctibus anni, idq; quādo futurum sit facile nosci. Sic quoq; non si-
 ne remedio. Deinde remedium addit. Vnde iterum alibi de carbunculo loquēs,
 Non difficili remedio, inquit, nisi calumniari magis rerum naturam homines
 q̄ sibi prodesse mallent. Tum astruit historiam Democriti qui primus intellexit
 ostenditq; cœli cum terris societatem. Rubigo in segetibus est quā Theophrastus
 eruginem appellat, id est *ερωσιβίω*, quo genere vt ipse inquit frumenta-
 cea præcipue corripuntur, & inter ea triticum præcipue & ordeum, *ερωσιβίω* est
ἡ δὲ τῶν ἐρωσιβίω ἰγῆς, id est, Est autem erugo incidentis segetibus humoris pu-
 trefactio. Propterea cum multum pluerit, humor ille abluitur, nec in eruginē
 putrescit. Cum vero rores permulti sustillauerint, & sol subsecutus cum trans-
 quillitate fuerit, tunc erugo putrescit. Ideo in locis editioribus minus fit, in cō-
 uallibus autem plerūq; vbi venti conflescunt. Cuius tamen pro parte in causa
 est lunaris calor, propterea q; plenilunio, id est præualente luna magis fit. Quę
 verba Theophrasti ex libro quarto de Causis plantarum Plinius supradicto lo-
 co reprehēdere videtur. Rubigo vel erugo (nisi fallor) est quam nullam for-
 strates agricolę vocant. Spicę enim marcidę fiūt hoc vitio, & in puluerem for-
 tidum confriatiles. A rubiginē rubigalia dicta, id est festi dies amoliendę rubi-
 gini instituti ab antiquis, quales sunt supplicationes amburbie aut ambaruales
 quę hodie propter eiusmodi causas factitantur. Plin. Rubigalia Numa consti-
 tuit, quę nunc aguntur ad septimū Calend. Maii, quoniam tunc ferē segetes ru-
 bigo occupat. Roratio quam Theophrastus Rhoadæ, quasi defluxum appella-
 lat, morbus est vitium quem vulgo colaturam vocamus. de quo Plin. lib. vicesi-
 moseptimo, Siderationis genus est in vitibus deflorescentibus roratio. Theo-
 phrast. libro quarto de plantis, Roratio, inquit, fit cum vitis deflorescens irro-
 rat. Fit autem id genus affectionis cum acini defluunt, & qui remanent parua-
 li sunt. Idem Plin. alibi, Pessimum est inter omnia cum deflorescentem vitem &
 oleam percutit imber, quoniam simul defluit fructus. Propter hoc vitium flo-
 ralia ab antiquis instituta sunt auctore Plin. his verbis, Floralia instituerūt an-
 no vrbis quingentesimo ex oraculis Sibyllę, vt omnia bene deflorescerēt. Fue-
 runt & Florales ludī quę floralia etiā dicuntur, in honorem Florę instituti, qui
 cum omni obscœnitate rerum verborūmq; celebrabantur. Vnde natum pro-
 uerbiū, Florales agentem spectari à Catone. Horū meminīt Lactantius lib. pri-
 Valerius lib. secūdo cap. quinto, Aug. lib. secūdo de Ciuitate. Erucę sunt quas
 Græci campas appellant, vnde Pytiocampę, id est erucę in pinu nascentes, im-
 ter venenata numerantur in lege eiusdem ad legem Corneliam de Sicariis, vbi
 corrupte legitur hoc verbum. Plin. Sūt eadem causa, id est ex imbre nascētes &

Erugo.

Rubigo.

Rubigalia.

Roratio.

Floralia.

Erucę.
Pityocampę.

erucæ dirū animal, eroduntq; frondē, aliā florē, oliuarū quoq; vt in Mileto, ac depastā arborē turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malū tempore humido & lento. Sideratio apud Pliniū morbus est arborū afflatarum sidere, quocunq; modo id acciderit. Peculiare autem nomen siderationis est sub ortu canis ficitur vapor, cum insitæ ac nouellæ arbores emoriuntur, præcipue ficus & vitæ. A Græcis sideratio astrobolismos dicitur, quasi sideris percussio, quā sphaclismon quidam appellant, vt inquit Theophr. libro quinto de causis, qui sideratas arbores astrobletas appellat, quasi sidere percussas. Siderantur autem, inquit, præcipue plantæ nouellæ ac surculi suæ causa imbecillitatis, quod accidit cum siccata tellure humorem trahere nequeunt, quapropter plurima pereunt sub sidus. At maiores ætate utpote validiores magis resistunt, & alimentum longe trahūt. Idem sphaclismum morbum esse radicis ait lib. quarto de plantis, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι, id est, Cum radices nigrescunt. Siderationis nomen ad homines per similitudinem trāslatū est arescente corpore. Vnde homines hoc modo affecti ἀσροβλήτες, & latine siderati dicuntur. Hoc etiā σφακελίσην ab Aristotele & Paulo Aeginita dicitur. Arist. τὸ ἐμύνην τὰ ὅσα τῶν ὑμνίων σφακελίσην, id est, Ossa suis membranulis nudata siderātur. Aeginita, sphaclon, id est siderationem appellat partes carnis in corpore marcidas, & iam sine sensu, vt in carcinomate perfecto contingit, id est, νεκρώσης (αρκὸς ὅταν ἀναίδητα γίνονται τὰ τῶν παθόντων μορία). Gangrenas vero vocat morbum eundem nondum incurabilem. Plinius libro nono, Fluiatilium silurus caniculæ exortu sideratur, & alias semper fulgure sopitur, id est obtorpescit. Nam Aristoteles in libris de animalibus, καὶ τὰ ἴνα βροντῆς dixit. Herodotus, σφακελίσην τὸ δὲ ἀπέντ τὸ μικρὸν, id est Siderato & marcente femore. Sunt autē & alii morbi corruptionesq; arborū & frugum apud Theophrastum & apud Pliniū: sed prædicta maxime ad rē pertinere mihi visa sunt. Sideratio autem arborum communis est omnium. Plinius, Arborum, inquit, communes quidam morbi, quidam priuati generū. communis vermiculatio, sideratio, & dolor membrorum. Vermiculātur magis minūve quædam, omnes tamen fere. Addendum & illud quod Theophrastus libro. iiii. de hist. plantarum ait, Affectiones quasdam temporarias ἕναι τὴν κατ' ὄρον, id est statis anni temporibus eueniētes, necare solere arbores, quas nemo morbos dixerit, vt tabem & quam vredinem appellant. Cæterum quod statim sequitur, Idemq; dicendum est si exercitus præteriens per lasciuiam aliquid abstulerit, hunc intellectum habet. non si aut populabundus aut pabulabundus exercitus segetem abstulerit, id ad colonum pertinere: sed si per lasciuiam, id est per ludū improbiorem & noxiū aliquid damni dederit. vt solent petulantes viatores, Varro lib. primo de re Rustica, Inter septa, inquit, primum est naturale sepimētum quod obseri solet virgultis aut spinis, quod habet radices viuæ sepi, ac viatoris prætereuntis lasciuī non metuet facem ardentem. Lasciuire est petulantē agere, vt equi indomiti solent, aut qui diū in ocio fuerūt, qui aut calcitrare præter solitum aut lusitare exultareq; solent. Propterea Liuius libro secundo ab vrbe cond. Appius, inquit, Claudius & natura immitis & efferatus hinc plebis odio, illinc patrum laudibus, non miseris ait sed licentia tantum concitum turbarum, & lasciuire magis plebem q̄ sæuire, id est plebem nimio ocio magis petulantem se præbere, q̄ veram seditionem meditari, nulla satis digna iniuria

nobilitatis concitatam. De plebe enim tanquam de equis qui ab aurigante reguntur locutus est. Idem, Correpti à Patribus Consules cum quid ergo se facere vellent percontarentur, decernunt ut delectum quod accerrimum habeant. Ocio enim lasciuire plebem. Lasciuire etiam arbores dicuntur cum nimia pabuli vbertate eluxuriant, id est *ὄλιον*. Arrianus lasciuiam sic intelligi voluit in lege Omne delictum, infra de re militari, Per vinum autem aut lasciuiam lapsis capitalis poena remittenda est.

Ex lege Sed addes. §. Illud nobis.

Fiscus.

¶ Fiscos autem quibus ad premendam oleam. De fisco & eius deriuatis nos alibi satis multa diximus. Hoc autem in loco fisco pro qualo oleario ponitur, qui ceruici torcularis supponitur ne fraces in lacum cum oleo defluant, vel etiam pro qualo in quo oliuæ ponuntur cum prelo supponuntur: ut amurca, id est oleum crassius aliquantisper exanietur, id est exudet & per vimina perfluat. Columella lib. xiii. Sereno celo manibus destringi oportebit, & substratis tergetibus aut cannis cribrari & purgari, tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscis nouis includi preliq; subiici, ut quantum possit paulisper exprimatur. Idem alibi, Deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prelo subiicitur ut tota nocte exprimatur. Et rursus de condiendis oliuis loquens, Postero die cribratur, & nouo fisco inclusa prelo supponitur, vehementerq; premitur, ut exudet quantulumcunq; habet amurcæ. Plinius lib. xv. fiscinam appellat. vnde fiscella diminutiuum Virgilio, Fiscellam texti hicororum, Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

Fiscella.
Trapetum.

Ex eodem, Quod si regulis olea prematur.

Regula.

¶ Ut prelum & succulam & regulas & tympanum & trochleas, & reliqua. Regula & fisco eundem usum ut arbitror præbent in olei factura. Columella eodem libro, Aut regulis, inquit, si consuetudo erit regionis, aut certe nouis fiscis sanxæ exprimi debent. Idem alibi, Suspensa mola oleam frangito, eamque vel in regulas vel in nouos fiscos adiucito, subiectamq; prelo sic premito ne vasa intorqueas: sed tantum ipsius preli pondere quantulumcunq; exprimi patiaris. Meminit regularum Plinius libro. xv. in principio, Prelum trabs est quæ vua vel oliua premitur, auctore Seruio à premendo dictum. Virgil. Tū spisso vimine qualos Collaq; prelorum, & reliqua. Nostri hodie in torcularibus cochleis vtuntur: per quarum capreolatos anfractus tollitur demittiturque prelum aut succulæ aut rotæ versatione. Praela etiam dicuntur instrumenta pressoria quibus pannarii, chartarii, & librorum impressores vtuntur. Plinius libro xiii. de chartis loquens, Premuntur deinde prelis & siccantur sole, atq; inter se plagulæ iunguntur. Cochlea in torculari lignum est erectum, clauiculatim, id est spirulatim & capreolatim striatum, quod per medium prelum striatum, id est ipsum, transfactum, vertigine sua tollendo demittendoque prelo inuentum est: vulgo visa torcularis dicitur. vnde & cochlea in ædificiis dicta, quæ scalæ cochleides etiam dicuntur. ob id sic dictæ, quæ anfractuosa sint in modum cochlearis testæ, & quæ clauiculata & tortili structura à tricliniis in cœnacula euadant. cuiusmodi fere sunt in ædificiis gallicis scalæ. Eademq; ratione cochlea dicitur

Prelum.

Praela.

Cochlea.

haustorium organum, quod vulgus pompam appellat, cuiusmodi vidimus dum in ponte Parisiensi cum pilarum fundamēta iaceretur. In medio enim eius rota est quę dū à calcantibus versatur, machina introrsus clauiculatim detornata, interstrias aquas exorbet ex aquario septo, & retrorsus emittit. Huius autem machine cōficiēde ratio à Vitruuio in decimo describitur. Sucula machina est tractorii generis. Constat autē ex tereti ligno duobus aut pluribus vectibus traiecto, vtrinque æqua extantibus longitudine. Hęc dum versatur, funis qui ductarius dicitur circū eam obuoluitur onera sensim adducēs. Huiusmodi machina hodie victores, id est cupparii vina ex hypogeis subuehūt, turnum eā appellantes. Vectes autē baculi sunt validi per mediā machinā traiecti, quibus manu ductis machina dum versatur funē ductarium aduoluit. Ab his vectibus vectiarii dicti sunt homines qui vectes versanda sucula manu ducunt. Hęc autē machina triū generū est, Vnum genus iam dictū, porrecta scilicet sucula & iacens, duobus tignis incūbens ad parietem admotis: qualis etiā passim visitur cum vina aut doliaria aut culearia ex hypogeis educuntur. Alterū genus est erectū, suis fulcimentis & sua veluti basi nixum. quod nō ductu brachiorū vt illud primū versatur, sed ambiētibus machinā vectiariis, ac brachiis & pectore connitentibus. Huiusmodi etiā Parisiis vidimus qua lapides cędē diē nauigiis extrahebātur. Simia (vt arbitror) à fabris appellatur. A Vitru. etiā ergata dicta. Tertiū genus est etiā erectum quaternis tignis fibulatis cōstans. quod genus Parisiis vidimus, cum in ponte sublicio fabri sublicas, in aquam magna vi adigerent. Hac enim machina ad tollendā fistucā vtūtur. quę fistuca identidem sublata demissaque sublicas in alueum defigit. Hoc autē genus alterno brachiorum ductu quomodo & illud primum versatur, eodem vestigio vectiariis insistentibus. Vitruuius lib. x. de tractoriis machinationibus loquens, Cum autem funis habet caput ad suculam religatum, & vectes ducēs eam versant, funis inuoluendo circum suculam extenditur, & ita subleuat onera ad altitudinem & operum collocationes. Idem, Vectibus autem coacta sucula versabitur, erigētque per se machinam sine periculo. ita circa dispositis funibus aut retinaculis in palis hærentibus, ampliori modo machina collocabitur, trochleæ & ductarii funes vt supra scriptum est expediantur. Hactenus ille. Trochlea totam illam machinationem significat quę continet rotulam & axiculum per rotulam traiectum circa quem rotula versatur, & præterea ductarium funem qui circa orbiculum æneum currit, qualem in puteis videmus. Huiusmodi meminit Cato libro de re Rust. In instrumento torcularis, in quo suculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere esse tradit. Quintil. metaphoricōs vsus est libro vndecimo his verbis, lam tussire & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etsi non vtiq; vocis sunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, huic loco potissimum subiiciantur. Vitruuius alterius generis trochleam describit multiplici machinatione instructam, qualem aliquando vidimus, quam & rechamum interdum appellari dicit. Sin autem, inquit, colossicoterā amplitudinibus & ponderibus onera in operibus fuerint, non erit suculæ committendum. Sed quemadmodum sucula che loniis retinetur, ita axis includatur, habens in medio tympanū amplum quod nonnulli rotam appellāt, Gręci peritheon vel peritrochium vo-

Sucula.

Vectes.

Vectiarii.

Ergata.

Trochlea.

Rechamum.

- cant. In his autem machinis trochleæ non eodem sed alio modo comparantur. Habent enim & in imo & in summo duplices ordines orbiculorū: ita funis ductarius traicitur in inferioris trochleæ foramen ut æqualia duo capita sint. Hæc verba apud Vitruvium ita deprauata sunt, vix ut intelligi queant. Colossica onera sunt onera magnæ molis, quales sunt colossi. Plin. Nero, inquit, Princeps iusserat colosseum se pingi. Colossicoteræ autem comparatiuum est græcum, pro grandiora, vastiora, colossi instar habetia. Chelonia utrinque suculam continent, à similitudine testudinis dicta. Chelonium enim tegumentum est testudinis animalis. Eius autem integumentum similitudinem habet chelonia, id est retinacula quibus intra tigna sucula retinetur. Tympanum rota est quæ à calcantibus versatur, qualem passim videmus in ea machina qua saxa subuehuntur in magnificis ædificationibus, verbo græco Geranon, id est grus dicitur, quo verbo etiam lingua vulgari appellatur. In ea trochleæ sunt in summo carchesio, id est in versatili & superiore parte machine, & in trochlea ductarius funis qui circum tympanum aduoluitur, & à fune dependentes qui forfices dicuntur, quibus onera uehenda præhenduntur. Vitru. In quadris autem tignorū quo loci sunt diuarcata figuntur chelonia, in quæ coniciuntur sucularum capita, ut faciles axes versentur. Hæ suculæ proxime capita habent foramina bina, ita temperata ut vectes in ea conuenire possint. Ad rechamum autem imum ferrei forfices religantur, quorum dentes in saxa forata accommodantur. Idem alibi, Harum autem machinarum quæ supra sunt scriptæ rationes non modo ad has res, sed etiam ad onerandas & exonerandas naues sunt paratæ, aliæ erectæ, aliæ planæ in carchesiis versatilibus collocatæ: nec minus sine tignorū erectionibus, in plano etiam eadem ratione & temperatis funibus & trochleis, subductiones nauium efficiunt. Tympanum etiam machina haustoria dicitur, quæ dum versatur aquam adnexis permultis modiolis hausrat, & iterum circumactu defundit, qualem in ponte Parisiensi vidimus dum pileæ intra septa aquaria substruerentur. Vitruuius in decimo describitur, passim in pistrinis aquariis videntur. Ex dictis (ut arbitror) apparet quomodo intelligenda sint hoc in loco supradicta Vlpiani verba. Instrumentum enim torcularis describens fiscos, prelum, suculam, regulas, tympanum, trochleam enumerauit. Erant autem torcularia quæ & torcula dicebantur, alterius etiam generis apud antiquos quæ apud nos passim viderim, ut ex Vitru. colligere possumus lib. vi. Ipsum autem torcular, inquit, si non cochleis torquetur, sed vectibus & prelo premitur, ne minus longum xl. pedes constituatur. ita enim erit vectiaris spatium expeditum. Latitudo eius ne minus pedum senundenum, nam sic erit ad plenum opus facientibus libera versatio & expedita. Quo in loco corrupte trochleis pro cochleis impressum est. Torcular autem tam olearium quæ vinarium apud antiquos legitur. Idem, Torcular autem proximum sit culinæ: ita enim ad olearios fructus commoda erit ministratio. Quod autem hoc in loco sequitur, Item æneum quo olea calida lauatur: legendum ahenum, ex Catone in enumeratione instrumenti villici.
- Ex lege Si inquilinus
- Arca camerata.** Si inquilinus arcam cameratam in ædes cõtulerit, & ædium aditum dominus coagustauerit. Camerata arca est arcuata & cõfornicata. Camera fornix est,

vide camerata vehicula quæ Græci camarotā vocant, qualia sunt pensilia, quibus matronæ gestantur. Huiusmodi arcam hic Vlpianus intellexit: quales etiā hodie sunt corio contactæ. Camera quam Græci camaram vocant, fornix, arcus, testudo, cognata sunt vocabula: sed tamen nonnihil inter se differentia si quis scrupulosius inquirat. Cameratum opus & concameratio ad similitudinem pergularum hortensium factum est, quæ iunipero conlectuntur ad ambulationes opacandas: nomen lingua nostra à cunabulis infantium habet, quo genere in hypogeis vinariis structuræ fieri solent. Plinius de cucurbitis lib. xix. Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, leni umbra cameras & pergulas operientes. Inde hæc duo prima genera, camerariū & plebeium quod humi creditur. Camerariū genus cucurbitæ vocat quod in pergulas arripit in hortis: non quod humi serpit. Tranq. in Aug. Tonitrua & fulgura paulo infirmius expauescebat, ut ad omnem maioris tempestatis suspicionem in abdium & concameratum locum se reciperet. Varro lib. iiii. de re Rustica, Peristeron fit ut testudo, magna camera tectus. Et paulo post, Intrinsecus quasi leuissimo marmorato toti parietes ac camerae oblinuntur, ne mus aut lacerta adrepere ad columbaria possit. Peristerona Varro columbarium appellat, ut ornithona auarium & gallinarium: qui testudinem & cameram pro eodem accipisse videtur. Testudo ex duobus arcubus constat in cetro se secantibus. Quatuor enim arcuatae pilæ inuicem transversæ & crucem configurantes, testudinem absolunt. Huic figuræ proximum est hemisphærium, nisi quod exacte sphericum est, ut Romæ Pætheron. Fornix non vnius est generis, ut fornices subcuneales in theatris, quorum hodie vestigia extant aliquibus in locis. Ab hoc conformicatum opus dicitur. Accursius cameratam arcam, habentem plures cameras interpretatur, scilicet de arca Noe intelligi voluit Vlpianus. Adde quod cameram Accursius pro cubiculo intellexit, quam significationem Vlpianus nunquam nouit. Dignus (credo) interpretis propter quem edictum illud Iustiniani de sacrosanctis Pandectis nullo commentario profanandis, antiquaretur. Admirari certe sæpe soleo hominis fiduriam ne dicam an confidentiam: in iis rebus intrepide enarrandis quæ ætate eius omnibus iurisperitis ignotæ prorsus erant. Sexcetera sunt huiusmodi, quorum permulta vel admonitione indigna nunc putamus. Puerile est enim iam ista non nosse, non ingeniorum præstantia, sed temporum felicitate. Cuius generis illud est (ut specimen aliquod demus) in primo statim libro Pandectarum in titu. de Offi. præfecti vigilum. ubi insulam Accursius improprie pro domo accipi dicit. quod si verum est miror quid Tranq. in Nerone intelligi voluerit cum dixit, Formam ædificiorum urbis nouam excogitauit, & ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur. Et rursus, Tunc propter immensum numerum insularum domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatae. Nimirum domus & insulas pro eodem à Tranquillo accipi nemo sane mentis dixerit. Proinde insule (inquit Festus) dictæ proprie quæ non coniunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut priuato cinguntur, à similitudine videlicet earum terrarum quæ fluminibus ac mari imminet, suntque in salo: à Græcis δῆμια πῆϊάμφοδον dicitur. Ab insula insularius dictus, qui lingua vernacula cociergus vocatur: cuiusmodi homines esse solent in domibus Principum, quæ insulæ plerumque sunt, id est à priuato.

Camarotā.

Cameratum
opus.
ConcameratioPeristeron.
Testudo.Hemisphæ
rium.
Fornix.
Conformica
tum opus.Accursiana
errata quæ
dam.

Insula.

Insularius.

rum domibus distinctæ. Hoc verbo insularius Pomponius usus est in. l. Si ita, de usu & habitatione. Eiusdem inscitia est q. Accursius compilatis horreis, pro ruptis exposuit, in. l. Dominus, hoc eodem titulo, qui expilatam forte hæredicam pro effracta interpretari potuisset. Hos autem eius errores hodie ii demum sequuntur inter iuris studiosos, qui nefas esse putant alios libros q. iuris attinere. quos ipsos ab aliis elegantioris sermonis amantibus tam facile internotas q. hircosos & alliatos ab unguentatis & nitidis.

Ex. L. In naue, eodem in titulo. Locati.

Pastilli.

Veluti cum argentum pusillatum fabro daretur ut vasa fierent. Quid si pusillatum legamus? ut informe argenteum infectumque aurifici datum esse intelligamus. Sunt enim pastilli à pane per diminutionem dicti, auctore Festo, massæ cuiuscunque materiae, unde pastilli medicinales. Oratius libro primo Serm. Pastillos Ruffinus olet, Gorgonius hircum. Trochisci græce dicuntur ab orbiculari forma. Pastilli medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut vino vel aceto incocta, quæ à coctione rursus inaruerunt, quæ cum utendum est subinde eiusdem generis humore diluuntur, deinde vulneribus illinuntur non autem imponuntur ut emplastra. Plinius libro. xxxv. de Stimmi quod in argenti metallis inuenitur, Quod ibi subsedit, inquit, flos intelligitur, ac lineteolo interposito in sole siccatur, ut non perarescat iterum in mortario teritur, & in pastillos diuiditur. Pastilli, emplastra, malagmata cognata sunt genera in instrumento chirurgico: inter se tamen differentia, ut late docet Celsus libro quinto medicinae. Vno hodie verbo unguenta appellantur praua loquendi consuetudine, cum unguenta non medicamentaria sint, sed voluptaria, & ad suaueolentiam & delicias inuenta, ut diapasmata quæ aridis odoribus constant, ut inquit Plinius libro. xiii. & libro. xxi. Diapasmata, inquit, fiunt ad sudores coercendos, ut à balneis inarescant corpora. Vnde illud Plautinum in Mostel. Non omnes possunt olere unguenta exotica sicut tu oles, sine me alliatum sumus gi fortunas meas. Exotica unguenta appellat ab externis gentibus importata & preciosa. Pusillatum igitur argentum intelligere possumus in pastillos formatum, cuiusmodi hodie argentum Germani promerciale afferunt, quas cendreas appellant. Ac nihilo secius tamen pustulatum legendum contenderim ex Tranq. in Nerone his verbis, Exegitque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obryzum, ut plerique omnem colationem palam recusarent. Vbi pustulatum argentum pro purgatissimo nummis excoctissimo posuit, cuiusmodi aurum obryzum à Græcis appellatur τὸ ῥυζακίον, hoc est multipliciter excoctum. Inde obryzati nummi in. l. vltim. de veteris numismatis potestate, libro. xi. Codicis. & obryzati solidi libro. xii. in lege vnica de oblat. votorum, licet obryciati corrupte legatur. Vnde autem pustulatum dictum sit, non facile dixerim. Pustulæ sunt apud Celsum libro. v. id genus morbi quod vulgo variolas & rubeolas vocant, morbus in ætate puerili maxime eueniens, ut inquit ille, raro in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus. Inuenio apud Gel. libro sexto, Alphenum iuriconsultum Ser. Sulpitii discipulum, Digestorum lib. xxx. scriptum reliquisse, in scedere quod inter Romanum populum & Carthaginenses factum est, cautum fuisse ut Car

Unguenta.

Pustulatum
argentum.

Obryzum
aurum.
Pustulæ.

thaginenses quotannis populo Romano darent certum pondus argenti puri
 puti. Vbi purum putum Gel. intelligi voluit expuratū excoctūq; atq; aliena *Purus putus.*
 omni materia carens, omnibusq; ex eo vitiis detractis emaculatum & candefa-
 ctum. quo verbo antiquos vti solitos esse ait. Propterea Plautus in Pseudo. ridi-
 cule ita inquit, Oho purus putus est ipfius noui herus polymachero placides.
 quasi diceret ipse est omnino & nullus alius prorsus, verus nō adulterinus est;
 translatione ab argento tracta cum merum prorsus & omni parte verum est.
 verba sunt lenonis in epistola symbolon mili;is agnoscentis. Idem alibi in ea-
 dem. Purus putus sycophanta est, hoc est merus sycophanta, in quo nihil pro-
 biratis inest, ex omni vitio concretus, qualis delator & calumniator esse debet.
 Festus, Putum (inquit) antiqui pro puro dicebant, vnde putum aurum putatū *Putatus.*
 dici solet, id est expurgatum. Meminit & Nonius.

Ex eadem lege.

Quod si separatim tabulis aut eronibus aut in alia cuppa clausum vniuscui-
 usque triticū fuisset. In antiquis vbiq; heronibus legitur. vt fortasse heroni-
 bus legendum sit. Sunt enim Berones sacci quasi perones à pera dicti. Plinius *Berones.*
 lib. xxxi. de templo Ephesiae Dianae loquens, Summa miracula epistylia tanta
 molis attolli potuisse: id consecutus est architectus ille beronibus arena ple-
 nis molli puluino super capita columnarū exaggerato, paulatim exinaniēs ab-
 imo. Aliqui tamen peronibus apud Plinium legunt, quasi perones à pera dican-
 tur. Quo verbo Vitruuius circa finem libri quinti vsus est his verbis, Arce du-
 plices relatis tabulis & catenis colligatae in eo loco qui finitus erit constituā-
 tur: & inter destinatas arcas creta peronibus ex vlua palustri factis calcetur.
 Alioqui pero rusticum est calciamentū, vt inquit Seruius. Vergilius libro. vii.
 aeneid. Crudus tegit altera pero. & Iuuenalis Satyr. ix. Nihil vetitum fecisse vo-
 let quem nō pudet alto Per glaciem perone tegi. Vnde peronatus arator Per-
 sio. Tibialia sunt laxa quibus nostrates rustici vtuntur, sic dicta (vt arbitror) *Tibialia;*
 quod perae modo sunt informia. In vetusto Plinio eronibus legitur, quare nihil *Perones,*
 hic constituo. Pero genus est nauigiū apud Festum, vnde myoparo piraticum *Cuppa.*
 nauigiū. Brigatinus hodie aut gallo vocatur. Cuppae vasa sunt vinaria pra-
 grandia ea forma (vt arbitror) qua lacus torcularis.

Ex Lege, Qui fideiussor existit apud mancipem pro colono. Manceps est *Manceps.*
 (inquit Festus) quisquis à populo aliquid emit conducitve, quia manu subla-
 ta significat auctorem se emptionis esse. Mācipes (inquit Pædianus) erant pu-
 blicanorum principes, Romani homines qui decumas quaestus sui causa redi-
 mebāt, aut publica pascua, quorum ratio scriptura dicebatur. Hi enim exigen-
 da à sociis suo periculo redimebāt, & populo representabant prospiciētes cō-
 modis suis. Cicero in Diuinatione, Mācipes à ciuitatibus pecuniam exegerūt. *Scriptura.*
 Horum autem tabelliones scripturarii dicebantur ex Nonio & Festo, id est ii *Scripturarii.*
 qui eorum rationes faciebāt, quales hodie sunt, quos clericos & commissarios
 vocant octauanorum & vicemanorum. Hi enim ephemeridas faciunt. id est *Ephemeris*
 diurna, papyros diarias appellant, & praeterea breuiaria, id est epitomas, sum- *Breuiarium.*
 mas acceptas continentes, quae summaria vocant. Scriptura tamen proprium

nomen erat vectigalis & portorium & decima. Cicero in Verrem Acti. tertia,
 Furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat, eaque sine porto-
 rio Syraculis erant exportata. Portum autem & scripturas eadem societas ha-
 bebat. Ita factum est ut essent permulta quae ex societatis literis dicere in istum
 ac proferre possemus. Portum & scripturam pro duobus vectigalibus posuit.
 Idem pro lege Manilia, Nam cum hostium copiae non longe absint, etiam si
 irruptio nulla facta sit: tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mer-
 catorum nauigatio conquiescit. ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex
 scriptura vectigal conseruari potest. Scripturam pro eo posuit, quod ex pascuis
 publicis peditatur. Varro libro secundo rerum Rusti. Itaque greges ouium lon-
 ge abiguntur ex Apulia in Samnium aestiuatum: atque ad publicanum profi-
 tentur, ne si inscriptum pecus pauerit, lege censoria committant multam. Scri-
 pturarius ager (inquit Festus) dicitur in quo ut pecora pascantur certum est
 quod publicanus scribendo conficit rationem cum pastore. Scriptura huius
 modi hodie est eorum mancipum qui glandarios & pascuos saltus redimunt.

Prædes.

Manceps.

Mancipium fideiussores prædes proprie appellantur ut alibi diximus. Cicero
 Epist. libro secundo, Laodiceae me prædes accepturum arbitror omnis pecu-
 niae publicae. ut & mihi & populo cautum sit sine vecturae periculo. Manceps
 ab eodem in Prætura urbana pro redemptore sartorum tectorum accipitur. Si
 opus (inquit) pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancupe quem ipse ap-
 posuisset, sibi nullam prædam esse videt. Tranq. in Vesp. pro priuato redem-
 ptore posuit his verbis, Non negarim iactatum à quibusdam Petronii patrem
 è regione Transpadana fuisse mancupem operarum quae ex Umbria in Sabi-
 nos ad culturam agrorum quotannis commeare solent, id est conductorem mer-
 cenariorum & operariorum seruorum, ut operis eorum ad quaestum vteretur.
 Plinius libro decimo de coruo loquens qui populum salutare solitus erat, Huc
 siue emulatione incitatus manceps proximae sutrinæ, siue iracundia subita, ut
 voluit videri, excrementis eius posita calceis macula, exanimauit. Mancupem
 pro magistro officinae dixit, quasi operis opificum redemptis vteretur ad qua-
 estum. Vel propolam voluit intelligi, id est venditorem qui res minoris em-
 ptas pluris postea vendit. Plinius iunior metaphoricòs usus est. Epist. libro
 secundo, Sequuntur auditores actoribus similes. conducti & redempti manci-
 pes. conuenitur à conductis & redemptis. Mancipes inquit, id est ii qui causidicis
 in causis agendis conducta ad hoc corona vulgi plaudentis laudandos re-
 demerunt. Secundum quod mancipes vocari possunt emissarii homines in crea-
 tionibus antistitum, qui emerendorum suffragiorum curam ac nonnunquam
 etiam emercandorum sibi deponere solent, quasique creandos pontifices redi-
 mere, omnem ambiendi deprecandique molestiam, atque etiam inuidiam in sese
 transferentes. Quorum diligentia interdum factum est, ut homines honorum
 præcupidi, sed qui cupiditate ante rem peractam promere vererentur, ambitus
 infamiam apud multitudinem interim elucrarentur: quasi inuiti & resistentes ex
 umbratili vita ad lucem & solem gerendorum honorum attraherentur. Verum
 in tanto iam lumine simulatio existens fallere porro nequit, praesertim cum re per-
 acta impune prodere se posse sciant, nec iam simulationis grande aliquod opere
 precium esse intelligant. Et alioqui scitum est illud Biantis, ἀρχὴ τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ τῆς

cuius Aristoteles meminit in quinto Ethicorum, Magistratus (inquit ille) aut primaria dignitas virum qualis sit ostenderit.

Ex. I. Qui domum, eodem titulo.

¶ Terram in eam aream amplius quam fundamenta cæmentitia locatoris erant cõgessit. Cæmentum non calcem & arenam commixta significat, vt Accursius putauit, sed lapides, vt alibi diximus. Liviùs, Cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto. Cæmenta sunt lapides temere cæsi, atque etiam rudes, id est vulgares, non quadrati aut ordinarii, quales sunt quibus farturæ inter pilas res ductus fiunt. Cato de re Rustica, Villam ædificandam si locabis nouam à solo, faber hæc faciat oportet, parietes omnes calce & cæmentis, pilas ex lapide angulari. Erit igitur in proposito sensus, vt intelligamus inferiorem partem cæmentitiã fuisse, cuiusmodi parietes sorbere humorem non solent quo abundant propter calcis copiam, vt docet Vitruuius. Superiorem autem partem lateritiã vel cratitiã, id est ex crudo latere nondum perarefacto. Cratitiũ enim parietes exuctiores cito fiunt: & ideo auidiùs humorem admotum imbibunt, quo tandem exputrescunt. auctor Vitruuius his verbis, Cum enim linuntur recipientes humorem turgescunt, deinde siccescendo contrahuntur, & ita extenuati disrumpunt tectoriorum soliditatem. Lateritiũ verò anteq̃ assiccati sint humore vitiantur. Huiusmodi parietes Gallix ignoti sunt, vt opinor. Fundamentam igitur cæmentitia pro parte inferiore parietis intelligenda sunt, quasi quaedam basi ex lapide constructa. Solent enim parietes sursum versus sensim extenuari atque ex leuiore materia substrui. Conductor autem in culpa fuit qui area conductã improuidentius vsus est, altius aggesta humo quam quanta esset cæmentitia structura, quæ humori obnoxia non erat. Quod vero sequitur, Parieti eius qui locauerat humore præstituto: legendum arbitror perstillato, aut aliquid simile.

Ex. I. Cum in plures. §. Mandauit, eodem titulo.

¶ Mandauit tibi vt excuterer quanti villam ædificare velles, renunciaſti mihi ducentorum impensam excutere. Excutere impensam Accursius male pro exigere interpretatur. Excutere autem præter notas significationes has quoque exquisitiores habet. Accipitur enim interdum excutere pro scrutari & diligenter inquirere. Tranquillus in Claudio, Neque ægrum quenquam visitauit nisi explorato prius cubiculo, culcitrisque & stragulis prætentatis & excussis, id est diligenter cõrectatis & diuentilatis ne gladius intus esset. Cicero pro Roscio Amerino, Nihil est Glaucia quæ metuas, non excutio te. si quid forte ferri habuisti, non scrutor. Plautus in Aulularia, Excutedum pallium ne inter tunicas habeas. Plinius libro septimo, A ianitore semper excussa nequid inferret cibi, deprehensa est vberibus suis alens eam. Hoc modo excutiuntur hodie deprehensi improbiore fures, quos Plautus Zonarios sectores appellat in Trinummo. Aristophanes comicus βαλευβοτόμω, id est crumenifecas vocat. Sic enim crumenifeca latine dici potest, & crumenifex, vt scenifeca & scenifex ab antisicium dicitur falcarius operarius. & crimen ipsum crumenifecium, vel crumenifecium potius, vt scenifecium & scenifecium, quibus verbis Varro & Columella vtuntur. Quo modo & venifeca & venifecium pro phlebotomia, quo nonnulli

Cæmentum.

Excutere.

Zonarius sector.
Crumenifeca

Excudere.

li vtuntur. Huiusmodi igitur veluti præstigiatoribus omnia pertentantur ad interulam vsq; & diuentilatur, vt si quis vncinus vsq; latet is decidat: quod excudere vno verbo dicitur. Excudere etiam est commouere se, & spiritus omnis sensusq; suos ad intelligentiam colligere & excitare, quod fit cum res aliqua intellectu difficilis obiicitur nobis. Cicero in secundo de Offic. Explica atq; excute intelligentiam tuam. Inde factum vt excudere sit diligentius æstimare & exactius aliquid expendere: quo modo hic accipitur. Vlpianus, Si tibi mandaues ro vt excuteres vires hæreditatis. Et alibi, Si tibi madauero vt vires excuteres eius cui eram crediturus. Cicero pro Plancio, Facilis est illa occuratio & blanditia popularis: aspicitur non atrectatur, procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur: id est non accurate æstimatur. Valerius libro septimo, excusum consilium & exploratum pro eodem fere posuit. Excudere est etiam nomen exigere, & debitorem appellare: in qua significatione in iure persepe accipitur. Paulus, Nō prius pupillus ad magistratus reuerti potest q̄ omnes tutores excussi fuerint, id est q̄ actione tutelæ expertus sit, an ab eis suum seruare possit. Inde factum vt excudere pro spoliare, & pecuniis exhaurire accipiatur. Cicero de Aruspicum responsis, Non ignouit, mihi crede, non, nisi forte ignotum putas q̄ te iudices dimiserunt excussum & exhaustum, suo iudicio absolutum omnium cōdemnatum: id est exhaustum pecuniis quibus eos corrupisti, & (vt vulgo dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt.

Ex. I. Si vir vxori. De præscriptis verbis.

Transcribere. Vt eos fundos si ipse vellet, eodem precio mulier transcriberet viro. Transcribere (inquit Seruius) tradere significat. Vergilius in septimo Aeneidos, Turne tot incassum fusos patiere labores, Et tua Dardaniis transcribi scepra colonis. μεταγραφή Græci dicunt. Hic autem sermo tractus est de pecunia: nā scribere est dare. Oratius, Scribe decem Nerio, non est satis. Rescribere. adde Cicutæ Nodosi in tabulas centum. Rescribere vero reddere. Terentius, Argentum illud denuo rescribi iube. Hactenus Seruius. Verū rescribere apud Oratium non significat tradere, sed iuris verbo mutuum sumere, vt inquit Porphyrio. Rescribere vero restituere. Donatus autem in Phorm. Quoniam ad numerationem, inquit, pecuniæ antecedit scriptura: ideo rescribere dicebant pro renumerare. Terentius, Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi argentum rursus iube rescribi Phormio. Phor. Quid: ego ne perscripsi porro illis quibus debui: id est per scripturam reddidi vel dedi, vt inquit Donatus. Hic enim sermo sumptus est à rationibus sceneratorum. Scribere enim est per mensuram scripturam dare. Transcribere (inquit Agretius) dicitur cum ius nostrum in alium transit, quæ significatio hoc in loco quadrare videtur: vt sit transcribere fundum, iure cesso tradere. Transcribere in libris censualibus dici debet, cū res censualis ab vno nomine in aliud transfertur, quod vulgo super alium onerare dicunt. Quomodo & in rationibus cū id quod mihi expesum latum est, in aliud nomen trāsfertur, & nomen meū ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur in lege vltima, Codice de prædiis nauicul. Hac tamen, inquit, pactione seruata vt si ad minus idoneū fuerit translata possessio, etiā auctores transcripti prædii teneantur obnoxii. Gaius in lege Aliquādo, supra ad Velleianū, Si hæreditatē

emerit, & æs alienum hæreditarium in se transcribat. Liviùs libro quinto de bello Macedonico, Instabat alia cura q̄ ciuitas fœnore laborabat, & cum multis fœnoribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in socios qui non tenerentur iis legibus nomina transcriberent.

Ex eodem titulo in. l. Si apud te.

¶ Non enim ambo pecuniam ego & fugitiuarius deposuimus. Fugitiuarii apud antiquos fugitiuorum seruorum repræhensores erant, qui eam operam profitebantur vt fugitiuos inuestigatos reducerent. Hoc verbo Varro metaphoricôs quodam modo vsus est libro tertio de re Rustica, Idoneus, inquit, sub dió sumendus est locus cochleariis, quem totum circum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras. Aqua inquam fundenda ne fugitiuarius sit parandus, id est ne si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea tanquam fugitiuos seruos sic cochleas fugitiuas persequi & vti ministerio repræhensorum. Ferunt piratas hodie fugitiuariis canibus vti ad repræhensionem remigum victorum qui ad scalmum hærentes aufugerunt. Fugitiuarius autem ea forma dicitur qua thunnarius, de quo alibi diximus, & anataria quædam aquila apud Plinium, id est anatum insectatrix, quam Aristoteles nespophonon appellat, & leporaria, quam ille lagophonon, à necandis leporibus & anatibus inditis nominibus.

Fugitiuarius

Aquila anataria.

Ex. l. Apud Labeonem.

¶ Si cum emere argentum velles vascularius ad te detulerit. Vascularius est qui vasa argentea & aurea facit. sunt enim inter aurifices vascularii, cælatores, inauratores, & bractearii, id est qui aurum malleis tufum, & ad quamuis tenuitatem ductile, rebus inaurandis inducunt. Cicero in Verrem Act. quinta, Verres postea q̄ tantam multitudinem collegerat emblematum vt ne vnum quidem cuiq̄ reliquisset, instituit officinam Syraculis. In regiam maximam palam artifices omnes cælatores ac vasculares cõuocari iubet, ipse suos cõplures habebat. Eò conducit magnam hominum multitudinem, menses octo continuos opus iis nõ defuit, cum vas nullum fieret nisi aureum. Cælatores qui sint docet Fabius his verbis lib. secundo, Cælatura est quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit. Nam sculptura etiã lignum, ebur, marmor, vitrũ, gemmas. Præterea ea quæ supra dixi complectitur. Hactenus ille. Toreutice sculpturam, vel vt alii qui loquuntur, scalpturam & cælaturam complectitur, à qua toreumata huiusmodi opera dicuntur, aut sculpta aut cælata ex quacunq̄ materia quæ in delictis habeatur: quo verbo Cicero, Salustius, & reliqui vtuntur. Latine tornata opera quædam dicuntur à torno instrumento quo huiusmodi opera fiunt. Nã cælum ferrum est cælatoris. Fabius in fine secundi, Neq̄ enim scientia desiderat instrumentum, vt cælator cælum, & pictor penicilla. Tornus instrumentum est quo vasa detornantur, id est scalpuntur & striatim interdum cauântur. Hic autem nõ vnus generis est, sed diuersis artificibus varie accommodatus. Torni exemplum videmus in officina eorum opificum quos fulcrarios appellare possumus, qui spondas & fulcra lectorum fabricantur, & turbines pueris

Vasularius.

Bractearii.

Cælatura.
Sculptura.

Toreumata.

Tornata
opera.

Tornus.

Ferramentum les, & rhombos muliebres, quibus fila agglomerantur. qui & crepitacula lignea puerilia, & huiusmodi opera tornatilia faciunt. Ferramentum est manubrio inclusum, fune appenso obuolutum, quod pede artificis ducitur & manu dirigitur.

Ex l. pœnultima de pignoribus.

Fœneratus à te denaria sexaginta rogavi te non certificatorem, sed suppositionem à me accipere. Hic locus græcè à Scœvola scriptus, ab imperito quodam inepte traductus est, quo modo permulta in Pandectis loca, quæ tamen posthac intacta præteribo, vt admonitione nulla indigentia. Sic autem verti debuit. Fœneratus à te denarios vel denaria. lx. orandum te duxi ne sponsorem à me, sed pignus acciperes. Et quod sequitur, Et vt seверо homini credidisti, vel securo potius dicendum fuit, vt fido homini. **Pignus** est quod græcè hypotheca, quasi obligationi suppositum dicitur, vel quasi ob fidem debiti suppositum, quod latine pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili quàm de re mobili dicitur. Terentius in Phormione, Ager oppositus est pignori ob decem minas, ædiculæ item ob decem alias. Tacitus in libro decimonono, Credebatur affectam eius fidem præiuuisse domo agrisque pignori acceptis. Quo modo etiam iurisconsulti aliquando vtuntur. Hoc græcè ἰπὸθεκά, id est supponere dicitur. Inde ille titulus, De rebus eorum qui sub tutela sunt, nō alienandis vel supponendis: quæ ille qui pignori opponit, id est mutuū sumens ἰπὸθεκά dicitur: hoc est ὁ δανειζόμενος. Creditor vero & fœnerator dicitur ἰπὸθεκά, id est pignori accipere. Aeschines, ἰπὸθεσαν αὐτῶ τῷ ταλάντῳ τὰς δημοσίας προσόδοις, Publicos ei redditus talento oppignerarunt. Demosth. κατὰ ἀφίεον, ποῖ ἐν τραχιμείδῳ, εἰς τὰ ἀρκέμελλα, πῶς δανείζοιτο, ἀλλὰ τῶ ἰπὸθεκά, id est δανείζοντες pro iisdem dixit, id est pro creditoribus pigneratitiis. Dicitur etiam ab eodem τῶ ἰπὸθεκά pro pignus accipere, ὅτι πρὸς Νικόστρατον, καὶ ὅτι ὁ χορὸν δ' ἐκ γὰρ τόνων μοι τῶ ἰπὸθεκά ἐδέλοιτο ἔτι πρὸς αὐτὸν ἔτι τῶ ἰπὸθεκά, Quod nullum vicinum mihi fundū vel emere vel pignori accipere vellet. Et paulum infra itidem, ὅτι ἰπὸθεκά ἔτι τῶ ἰπὸθεκά. Pignerari ex eorum imitatione est pignora accipere vel etiam pignus capere. Cicero Philip. ix. In fuga fœda mors, in victoria gloriosa: etenim Mars ipse ex acie fortissimum quenq; pignerari solet. Pignerari dixit pro eo quod est quasi pignus accipere & sibi asserere, quasiq; obnoxium sibi debitumq; rapere, cuius dicti hic sensus est, Fortissimus enim quisq; primus in prelio occumbere solet. Tranquillus in Claud. Armatos pro concione in nomen suum iuuare passus est, promisitq; singulis quindena sestertia: primus Cæsarum fidem militis etiam præmio pigneratus, id est quasi pignore obligatam obnoxiamq; sibi & auctoratam sumens. Liviū, Postea conscientia sibi met exilium consciscentes: bona tantum quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant. Iuuenalis per actiuum dixit, Cuius & albeolos & lænam pignerat Atreus. Atreus autem tem pro fœneratore ponitur. Est enim pignerari id quod vulgo per executionem nem capere dicimus, hoc est pignora capere. quod Demosthenes ἀφίεον τῶ κτημάτων dicit. dicitur & ἐνεχυράζειν καὶ κατενεχυράζειν. Cicero in Verrem Actioe quarta, Cum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator non ereptor neq; possessor soleat esse, tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, id est de aratoribus ea iura constituebas quæ omnibus

alii essent contraria. Edixerat enim Verres ut publicani possent iure suo ab auctoribus decumarum nomine quantum vellent capere, non iudicis auctoritate pignora eorum capere. Bona vero publice possidere, id est quod in manum regiam ponere dicimus. Cicero Philip. xi. Itaque non assentior solum, sed etiam gratias ago Quinto Fusio. dixit enim seueram, grauem, reque publica dignam sententiam iudicauit hostem Dolabellam, bona eius censuit publice possidenda. Quo cum addi nihil posset (quid enim atrocius potuit quid seuerius decernere?) dixit tamen si quis eorum qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum.

Bona publice possidere.

Ex. I. Si prior, in principio.

Qui potiores in pignore habeantur, ut primam tantum pecuniam expensam ferat, non etiam quam postea credidit. Expensum ferre dicimus, & acceptum ferre, quod & accepto ferre à iurisconsultis dici solet, tracta à ratiocinationibus metaphora. Duæ enim partes rationum sunt: prior accepti est, & posterior expensi, receptam vulgo dicimus & impensam. Cicero in Verrem Actione tertia, Nunc ad sociorum tabulas accepti & expensi reuertemur. Acceptum ferre est scribere se accepisse, hoc est in acceptorum paginam referre. Tranquillus in Tiberio, Nihil quicquam post adoptionem pro patre familias egit, aut ius quod adoptione amiserat vlla ex parte retinuit. Nam neque donauit quicquam, neque manumisit, neque hæreditatem quidem aut legata percepit vlla aliter quam ut peculio referret accepta, id est in peculium ascriberet. Cicero in secunda Philip. Ego enim amplius fester. ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Inde acceptilatio dicta. Vnde illud metaphorice ab eodem dictum in eadem Philip. Omnia denique quæ vidimus, (quid autem mali non vidimus?) si recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio, id est horum omnium malorum in causa fuisse solum Antonium existimamus. Antonio, inquit, imputabimus, & ideo parem vicem reddendam ei arbitrabimur. Hoc Græci προσλογισθαι in vtroque significato dicunt & ἀναδέναμι.

Expensum ferre.

Acceptum & expensum.

Expensum ferre est scribere se pecuniam dedisse, ut inquit Asconius, ut cum per singula expensi nomina summam quandam expensam ascribimus. Nomina autem vocantur in rationibus quos nunc articulos dicimus, quo verbo Cicero in Verrinis identidem vitur, ut alibi diximus. Homo, inquit, amentissime tabulas cum conficeres, satis te elapsurum omni suspitione arbitrare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres? neque in tuas tabulas vllum nomen referres? Idem, Cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent, quid proderat tibi expensum illis non tulisse? Gel. lib. xvi. Dixi probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitione, testium intercessione. Ex consuetudine autem antiquorum hæc tracta sunt qui tabulas conficiebant, de quibus alibi dicendum. Cic. ad Atticum libro secundo, Fecisti mihi gratum quod Serapionis librum ad me misisti, pro eo presentem pecuniam solui tibi imperavi, ne tu expensum muneribus ferres, id est ne te donasse eum mihi existimares: volo enim eum emptum mihi esse. Plautus in Aulul. Bene igitur ratio accepti atque expensi inter nos conuenit, tu me amas ego te amo, merito id fieri vterque existimat, id est vterque nostrum sese obnoxium alteri putat mutuis beneficiis, quod non faciunt qui beneficia inuicem exprobrant, quod

προσλογισθαι ἀναδέναμι Nomina.

enim alter expendisse se contendit, alter accepisse se inficiatur. Hinc illud Plinianum in secundo naturalis historiae, Toto quippe mundo & locis omnibus omnibusque horis omnium vocibus fortuna sola inuocatur, vna nominatur, vna agitur, rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuiciis colitur. huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola vtraque paginam facit, id est quicquid lucri aut damni quasi expensum & acceptum mortales faciunt, omnia fortunae ascribunt. Dicitur & referre datum. Cicero pro Flacco, Cum illam, inquit, pecuniam nominatim Flacco datam referant.

R. eferre rationes ad ararium.

Referre ad ararium rationes & quaestores & reliqui magistratus dicebantur, pro eo quod nunc computum reddere dicunt. Cicero, Audistis rationem tribus versiculis relatum. Idem, Solus est hic qui nunquam rationes ad ararium referat. Et in Pisonem, Rationem ad ararium retuli continuo sicut tua lex iubebat.

Referre.

Referre autem est rationibus ascribere, hoc est impensam vel receptam facere, ut vulgus loquitur. Tranquillus in Vespasiano. Expugnatus autem a quadam quasi amore sui deperiret, quum perductae pro concubitu fester. quadraginta donasset, admonente dispensatore quemadmodum summam rationibus referri vellent, Vespasiano inquit adamat. Dicitur & referre in rationes, ut referre in publicas literas, quod Iuuenalis referre in acta dixit, hoc est registrare.

Dispungere rationes.

Dispungere rationes est computum (ut nostri dicunt) examinare. Vlpianus. Dispungere, inquit, est conferre accepta & data. Idem alibi, Percontandas, inquit, atque examinandas rationes & dispungendas atque discutiendas. Et iterum alibi, Vtrum semel an etiam saepius cognitio & disceptatio concedenda sit creditoribus. Expunctae autem rationes dicuntur, cum vltima manus calculo & disceptationi imposita est. Hermo. iuriscōf. Reip. rationes subscriptae & expunctae, aduersus eum qui

Expungere rationes.

dem qui administrauerit, ultra. xx. aduersus vero heredem ultra. x. annos retractari non possunt. Expungere enim est punctis circunducere & tollere, & quasi rem iam confectam eximere e codice. ut expunctus miles dicitur, qui e numero exemptus est & aere dirutus. Plautus in Curculione. Miles pulchre centuriatus est expuncto in manipulo. Sic apud Persium, Pupillumve vtinam quem proximus haeres Impello expungam. Apud Tertullianum. expungere rem & poenae eximere, ut contraria ponuntur, quia expungere est tollere, aut designare ut tollendum & danandum.

Expungere rationes.

Διαγράφει ὁ βελίξερ. Summa quadrans.

Græci vocant Διαγράφει & ὁ βελίξερ. Summa rationum quadrans dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla sunt reliqua, id est cum aequalis est summa accepti & expensi. Cicero in Verulo. Expensa Chryfogono seruo sexcenta milia & accepta pupillo Malleolo retulit. Quo modo igitur sexcenta eodem modo quadrarint, ut illa de Gneo Carbonis reliqua fester. sexcenta facta sint, vos aestimabitis.

Ex. l. Rescriptum. de distra. pigno.

Qualisqualis & similia.

Quia ex contractu qualiquali obligatione a debitore interposita. Qualisqualis pro qualiscumque dicitur eo modo quo quisquis pro quicumque. Iuuenalis. Maiorum prius quisquis fuit ille tuorum. Et quatusquatus pro quatuscumque auctore Donatus. Terentius in Adelphi. Nimiū inter vos Demea ac pernimiū interest. tu quatusquatus nil nisi sapientia es. Ille futilis, somnium. Sic quotquot pro quocumque. & utur pro utcumque. vbiubi pro vbiicumque. Terentius in Andria. Iam vbiubi erit, inuētur tibi dabo & mecum adductum tuum Pamphilum. Vbi Donatus haec verba adnotauit. Vbiubi, inquit, in prima parte vim suam tenet, in secunda productionem.

cuius tactu populo interdictum est. Sic accipiuntur laici panes primi Regum, cap. vicesimo primo, ad sacrorum differentiam, & Ezechielis ultimo. Profana vrbis proprie accipiuntur pro iis partibus quæ vñibus populi & vsui promiscuo dedicatæ sunt. Propterea profanos appellavi vbique homines sacris non initiatos. Non enim libens facio, vt græcis verbis vtar, vbi latina suppetunt idem significantia. Fanaticus autem seruus hoc in loco pro maniaco accipitur, quales sunt qui melancholici dicuntur. Aegineta libro tertio de mania & melancholia loquens, *τινές δε δοκῶσι ὑπὸ λυγρῶν μεγάλων ἐφορᾶσθαι δυνάμειν, καὶ πρὸ λέγειν τὰ ἐσόμνα, καθάπερ ὠιδεῖοντες, οὐκ ἔστιν ὡς θεασικὸς ἰδίως ὀνομαζομένη.* Sunt qui videantur, inquit, à maioribus quibusdam potentis regi, & futura prædicere, instar eorum qui numine afflati dicuntur, quos etiam peculiari nomine entheasticos appellant, id est fanaticos. Hoc idem bacchari paulo post Vlpianus vocat, hoc est Baccharum more lymphatice vaticinari. Quanquã Accursius occupari interpretatur, diuinacior ipse interdum omnibus fanaticis. Ex quo apparet quid illa verba eiusdem Vlpiani significant, Et aliqua profatus esset. Profari enim latine dixit, quod Græci prophetare dicunt, id est futura prædicere. Ceterum Plato libro secundo de Legibus poetarum genus thion, id est diuinum, & entheasticon, id est deo plenum diuinitus inspiratum vocat. Quo nomine merito ac vere vocitari possunt vates nostri, id est prophetæ, qui aduentum lucis æternæ in mundum prædixerunt. Ii enim demum enthei & entheastici fuerunt, & theophorumeni, id est diuino illo spiritu pleni, quo ad veritatem proferebantur & ducebantur & ferebantur. Quos verò antiqui sic vocabant, dæmonistici dici debent. quem enim deum putabant dæmon erat, id est genius deprauatus. Dicemus & mox aliqua eodem pertinentia.

Profari.

Entheastici.

Dæmonistici.

Ex eodem loco, Superstitiosum, iracundum.

Superstitio, Religio.

Athei.

De superstitione Cicero libro secundo de natura Deorum, Non enim, inquit, philosophi tantum: verum etiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant vt sibi sui liberi superstitēs essent, superstitiosi sunt appellati, quod nomen patuit postea latius. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent diligenter tractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi. Ita factum est alterum vitii nomen, alterum laudis. Idem in primo de atheis quibusdam loquens, id est qui deos esse nullos affirmabant, atque adeo omnem vim diuinam tollebant. Horum enim sententiæ, inquit, non modò superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. Cuius dicti meminit Augustinus libro quarto de Ciuitate, si quis latius hoc persequi forte velit. Fabius, Vt à diligenti, inquit, curiosus, à religione supersticio distat. Augustinus libro sexto de Ciuitate, Quale autem illud est quòd Varro religiosum à superstitioso ea distinctione discernit, vt à superstitioso dicat timeri deos, à religioso autem tantum vereri vt parentes, non vt hostes timeri? Græci superstitionem *δεισιδαιμονίαν* appellant, & dæmonas superstitiosos, ab inconlulta & absurda diuinæ potentie formidine. Huiusmodi meticulos, scrupulos nunc appellant non inepto verbo, & inde superstitiosos scrupulosos. Inest enim semper aliquid quod male eos habeat, &

tanq̄ lapillus, id est scrupulus in calceo identidem punctitet. Sic accipitur ab
 Vlpiano in. l. Quæ sub, de cōd. institutionum. Propterea factum vt superstitiō
 pro inani etiā obseruatione ponatur. Fabius in quarto, Amentis est enim su-
 perstitione præceptorum contra naturam causæ trahi. Ponitur etiā à doctis
 superstitiō pro ea quam hæresim vocamus. Idem libro tertio de laude & vitu-
 peratione loquēs, Et est cōditoribus vrbū infame contraxisse aliquā pernicio-
 sam ceteris gentē, qualis est primus Iudaicæ superstitionis auctor, de Mose lo-
 quens. Eadem de causa Tacitus libro decimoquinto Christianorum dogma exi-
 tiabilem superstitionem appellat, videlicet temporibus suis inseruiens quibus
 in Christianos maxime sæuitum est. Cicero in Partitionibus, Cernenda autem
 sunt diligenter ne fallant ea nos vitia quæ virtutem videntur imitari. Nam &
 prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aspernādis,
 & magnitudinem animi superbia in animis extollendis, & despiciētia in con-
 temnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imita-
 tur, & patientiam duritia inanis, & iustitiam acerbitas, & religionem supersti-
 tio, & lenitatem mollitia animi, & illam disputandi prudētiam concertatio ca-
 ptatioq̄ verborum, & hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquen-
 di. Quo in loco Cicero superstitionem pro desidemonia, id est incōsulto deorū
 timore accepit. Hæresis autē verbum apud vulgus infame, opinionem firma-
 ram de aliquo dogmate significat, quales sunt quæ sectæ dicuntur. Cic. in præ-
 fatione Paradoxorum, Cato autem ea sentit quæ non sane probātur in vulgus,
 & in ea est hæresi quæ nullum sequitur florem orationis, neq̄ dilatat argumen-
 tum, sed minutis interrogatiūculis, quasi punctis quod proposuit efficit. de se-
 cta Stoicorum loquēs, Sectas enim, id est hæreseis dicimus habitus animorum
 & instituta philosophiæ circa disciplinam, vt auctor est Seruius in librum deci-
 mum Aeneid. Aug. lib. viii. de Ciuitate, Aristoteles vir excellentis ingenii cum
 sectam Peripateticam condidisset q̄ deambulans disputare consueuerat, pluri-
 mos discipulos præclara fama excellens viuo adhuc præceptore in suam hære-
 sim congregauit. Lactantius libro quarto Institutionum, religionis nomen ali-
 ter interpretatus est. Hac, inquit, conditione gignimur vt generati nos deo iu-
 sta & debita obsequia præbeamus: hūc solum nouerimus, hunc sequamur: hoc
 vinculo pietatis obstricti deo & religati sumus, vnde ipsa religio nomen acce-
 pit: non vt Cicero interpretatus est a relegendo. Et paulo post, Quid ergo est
 nimirum religio veri cultus, superstitiō falsi. Et omnino quid colas interest, nō
 quemadmodum colas. Religionis verbo significantissime antiquitas vsa est. Religio.
 Plin. in Epistolis, Sed parentibus solis ius præceptores conducendi relinqua-
 tur, iisdemq̄ religio recte iudicandi necessitate collationis addatur. id est solli-
 cita & anxia cura probos præceptores idoneosq̄ deligendi liberis suis. Colu-
 mella religiose pro solicite & accurate dixit. Nihil, inquit, curiose administrat,
 nihil religiose. Obstringere religione & obligare dicebant pro eo quod di-
 cimus conscientiaē metum incutere. Cicero in Philip. secunda, Obstrinxisti po-
 pulum Romanum religione, Augur Auguri, Consul Cōsuli nunciasti. id est
 de cælo seruasse te dixisti ne populus eo die comitia haberet: & vitium obue-
 nisse dixisti (verba sunt auguralia) vt comitia disturbares, & populum alli-
 gares, & morareris hac obnunciatione. Verebatur enim Romani aliquid age-

re verantibus auspiciis, ne male cederet si contra deorum monita agerent. Idem de Aruspicum responsis, Quæ tanta religio est qua non in nostris dubitationibus atque in maximis superstitionibus, vnius P. Seruili ac M. Luculli responsio ac verbo liberemur. id est vt nunc loquimur, qui tantus conscientia scrupulus. Liius libro sexto secundi belli Punici, Instructis vtrinq; exercitibus in eius pugnae casum in qua vrbs Roma præmium victori esset, imber ingens grandine mixtus, ita vtraque aciem turbauit, vt vix armis retentis in castra sese recepissent. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. Vbi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos versa est, id est Pœni interpretati sunt id diis non placere, vt pro vrbe Roma capienda confligerent, vel vt vrbs Roma armis oppugnaretur. Plautus in Curgul. Vocat me ad cœnam. religio fuit, denegare nolui. Verba sunt parasiti, significantis se (vt vulgi verbis loquar) conscientiam fecisse si homo ipse parasitus ad cœnam vocatus non iret. Cicero in prima Philippica, Cum innumerabiles, inquit, religiones in rempub. inducerentur, id est anxietates & formidines impendentis quasque aduentantis iræ diuinæ. Exoluere religione est huiusmodi scrupulum adimere. Liius libro nono ab Vrbe cond. de Spurio Posthumio loquens Caudinæ pacis auctore, Dedamur per fœciales nudi, vinctique exoluamus religione populum siqua obligauimus, ne quid diuini aut humani obstet, quo minus iustum piûmque de integro ineatur bellum. Et paulo post, Nam quæ deditio nostra negant exolui religione populum, id istos magis ne dedantur, quam quia ita res habeat dicere. quis adeo iuris fœcialium expers est qui ignoret? Idem libro tertio, Edicimus itaque, omnes qui in verba iurastis crastina die iurati ad lacum Regillum adstitis. Cauillarium Tribuni, & populum exoluere religione, priuatum eo tempore Quintium fuisse cum sacramento addicti sunt. id est cœperunt Tribuni dicere nulla religione sacramenti obstrictum esse populum qui in verba priuati hominis iurasset, nec metuendum periurium si imperio eius non paruissent.

Ex eadem lege circa finem.

¶ Etiam si per luxuriam id factum. Sic quidem vbique legitur, sed corrupte omnino. Propterea non per luxuriam, sed plurifariam legendum esse puto, hoc sensu, Etiam seruum fanaticum hoc edicto redhiberi non debere, non modo si semel aut vno modo id fecerit, sed etiam si plurifariam. Vitium enim esse animi fanaticæ vaticinari, de quo hoc edicto nihil cauetur. Et alioqui luxuria in hoc sensu latinum non est, id est vt crapulam significet & vinositatem. Luxuria enim & luxus profusam impensam significat. Luxuria (inquit Festus) motus est solutio. Luxa enim membra dicuntur è suis locis mota, à quo luxuriosus in re familiaris solutus. Est etiam luxuria & luxuries segetum quam Plinius inter vitia frugum ponit, id est redundantia germinis, Cicero de Oratore, In eius oratione (vt in herbis rustici solent dicere in summa vbertate) inest luxuries quædam quæ stilo depascenda est. id est scribendi frequentia & assidue meditatione reprimenda illa naturalis vbertas quæ interdum redundat.

Ex lege secunda, Vel melancholici.

In religionē
verti.

Exoluere re-
ligione.

Luxuria.

Melancholici sunt qui morbis melancholiæ, id est atræ bilis vexantur. qui morbi animi sunt non corporis. Apud Aeginetam medicinæ auctorem caput est in tertio de mania & melancholia, ut supra diximus. Melancholici igitur ut manici qui & maniaci dicuntur, mente capti sunt. Vnde Cicero in tertio Tusculana de insaniam & furore loquens, Eos enim, inquit, sanos intelligi necesse est, quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit. Qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. Et paulo post, Græci autem maniam vnde appellant non facile dixerim, eam tamen istam distinguemus nos melius quam illi. Hanc enim insaniam quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore distinguimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo. Quem nos furorem, melancholiā ipsi vocant, quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundiā grauiore vel timore vel dolore moueatur. Quo genere Athamantem, Alcimæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Qui ita sit affectus eum dominum esse rerum suarum vetant. xii. tabulæ. Itaque non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit. Stultitiam enim censuerunt, id est incōstantiam sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum & vitæ communem cultum atque vilitatum. Furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod cum maius esse videatur quam insaniam, tamen eiusmodi est ut furor in sapientem cadere possit, non possit insaniam. Secundum hæc Ciceronis verba insaniam est quam Græci maniam, furor quam ipsi melancholiā appellant. Idem alibi philosophice insaniam interpretans ita inquit, Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiamque censebant. His enim rebus mentem vacuam appellat insaniam, propterea in perturbato animo sicut in corpore sanitas esse non possit. Celsus libro tertio, Insaniam latine appellari dicit quam Græci Phrenesim vocant, & phreneticorum vel phreniticorum potius, id est insanorum tria genera facit. Est autem phrenesis siue ut Græci scribunt phrenitis, acutus morbus in febre superueniens cum ægrotantes desipiunt & aliena loquuntur. Plinius libro vicesimo octauo, Athletæ torpentes, venere restituntur, venere vox reuocatur, cum ea candida declinat in fuscam. medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, ac melancholicis. Aristot. in probl. tricentesimo sectione multa de melancholicis subtiliter & luculente disputauit, ex quo problemate nonnulla ad hunc locum attinentia ascribenda his putauimus. In quibus autem, inquit, habitu melancholico natura constitit, mox iis multa & varia morborum genera exoriuntur, prout alius aliam habitus intemperiem sortitus est. Exēpli gratia, in quibus multa & frigida bilis est atra, ii stolidi sunt & ignaui: in quibus permulta & calida, ii perciti & ingeniosi, amasii, propensi ad omnem excandescantiam & cupiditatem: nonnulli etiam loquaciores: multi etiam propterea quod ille calor sedi mentis in vicino est, morbis vesaniæ implicentur, aut instinctu lymphatico inferuescunt. ex quo Sibyllæ efficiuntur & bacchantes & omnes qui diuino spiraculo instigari creduntur, cum scilicet id non morbo sed naturali intemperie accidit. Interpretes vir doctissimus morbos vesaniæ vocauit quos Aristoteles manicos dixit, & spiritu lymphatico inferuescere protheasticum fieri & fanaticum, ut supra diximus. Lymphatici sunt quos Græci nympholeptos vocant, quasi nympharum spiritu correptos. Vnde & lymphaticiones nocturnæ apud Plinium, *μορφοὶ δὲ καὶ διὰ τὴν ἑγγύς εἶναι τοῦ νοσοῦντος τὸ πρὸς τὴν*

Melancholici.

Furores.

Insaniam.

De melancholicis ex Aristotele.

Lymphatici.

ἄδραμοῦτα, ταύτω, νοσημασίη ἀλίσκονται μανικοῖς ἢ ἐνθουσιαστικοῖς, ὅσην οὐδὲν ἄλλο καὶ ἄλλο
χίλις καὶ δι' ἑνδείοι γίνονται πάντες.

Ex lege.iiii. Nec gulosos nec impostores.

Impostores.
Impostura.

Impostores (inquit Accursius) qui imponunt aliquid alicui. Impostores di-
cuntur versuti & fallaces homines: & impostura huiusmodi fallacia, ab eo dicta
quod adulterinas merces pro veris supponat. Inde imponere pro decipere simpli-
ter accipitur. Tacitus libro decimosextimo, Falluntur quibus luxuria specie
liberalitatis imponit. Sic Plinius in Epistolis, Ne tibi optimæ indolis iuueni-
quorundam immensa luxuria specie frugalitatis imponat. Pollio in Galienis,
Cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset eius uxori, atque illa re pro-
dita vindicari vellet, rapit quasi ad leonem venditorem iussit, deinde cauea ca-
ponem emittit: mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici
iussit, imposturam hic fecit & passus est. deinde negociatorem dimisit.

φενάκισμος. κισμός
φενάκισμα
φενάκη
πιδίσιον.
Galericulus.
Capillamentū.
Plani.

nes identidem uti solet. Verbum ab eo tractum quod φενάκη adulterina coma di-
citur, quem Latini vno verbo galericulum appellant, ut Græci πιδίσιον apud
Demosthenem περί της απροσβάας. Ibi enim πιδίσιον, τὸν ὑπὸ τῆς ἀπὸ τῶν κόμων
Tranquillus etiam capillamentum. Impostores etiam à Græcis plani dicun-
tur, sed certi cuiusdam generis impostores, insigni versutia præditi. Cicero
pro Cluentio hoc verbo usus est. Hic ille planus, inquit, improbissimus quæ-
stu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ quam condiderat, spe atque animo iam in-
cubaret, contrahit frontem. Recordamini faciem atque illos eius fictos simulatosque
vultus. quæritur se ab Oppianico destitutum. & qui esset totus ex fraude
& mendacio factus, quique ea vitia quæ à natura habebat, etiam studio atque
artificio quodam malitiæ condiuisset, pulchre asseuerat se ab Oppianico
destitutum. De planis ita inquit Eustathius Homeri interpretes in Odyseam,
Ἔστι δὲ πλάνος ὁ τέχνην ἔχων ἀνά καὶ δ' ἀπὸ πλάνων τὸς θεωρῶντες, ὅσοι κινῶντες τὸ
καὶ παντολέων καὶ ματρεάς. ὅς κ' ἐπὶ τὸν ἰσορίαν τῶ ἀδελφῶν ἔλεγε πρὸς ἀνιγμῶν. διήσιον &
τρεῖς φαν ὅτι αὐτὸ ἑαυτὸ ἐοδία, Planus est, inquit, qui artem quandam proficetur

Planus.
Matreas.

imponendi etiam spectantibus, quales fuerunt Ciphissodorus & Pantoleon
& Matreas apud Alexandriam. qui ut auctor est Athenæus historicus, hu-
iusmodi ænigma proposuit, Alere se feram quandam quæ semet ipsa gesta-
ret, ita ut nunc usque Matreæ fera non inuenta sit. Fortasse autem, inquit,
aut iram aut inuidiam aut animi egritudinem significare voluit, aut huiusmo-
di aliquem affectum, ἥς καὶ ζῆδῆσθαι μέγιστον τῶν αὐτῶν δ' ματρεῶν διήσιον. τὸ δὲ ἴσως ἢ φθόρον
νοῦν διλοῖ ἢ λύπῶν. Huiusmodi autem impostores in delitiis olim regum fuisse
ex Plinii verbis conuicere licet libro tricesimo quinto, Non fuerat, inquit, Apel-
li gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo. Quo regnante Alexandriam
vi tempestatis expulsus, subornato fraude æmulorum plano regio, inuitatus
ad regis cenam venit: indignantique Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti
ut diceret à quo inuitatus esset, arrepto carbone extincto è foculo, imaginem
in pariete deliniauit, agnoscente vultum plani rege ex incohato protinus. Gel.
libro decimo quinto hæc ignorasse videtur, qui pro sycophanta planum intel-
ligendum putauit apud Laberium & Catonem, Qui etiam addubitate videtur,

an verbum latinum esset. Impostorem insignem ætas patrum nostrorum vidit Franciscum Villionum, quo vno nomine plani diffinitio maxime intelligi potest. Iudæi Christum dominum nostrum contumeliosissimo nomine planum vocauerunt, Matthæi vicesimoseptimo, Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam, *κύριε ἐμνήσθημεν ὅτι πλάσθη ἕως ἐκείνου μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείσθαι.* Qui locus haud dubie sic verti debuit. Domine memoria tenemus quod impostor ille dixit, post tres dies resurgo. Impostorem enim vocabant quasi præstigias quasdam pro miraculis ederet, & veluti circulatoriis strophis populum ludificaretur.

Matth. locus.

Ex eodem loco.

Tamen si ita fatuum vel murionem vendiderit. Legendum morionem. Moros græce stultus dicitur, vnde morion diminutiuum, quo etiam Latini vtuntur. Moriones sunt fatui quos in delitiis Principum esse videmus. Plinius in Epistola. Scurræ, cinædi, moriones mensis inerrabant. Idem, Si quid molle à cinædo, petulans à scurra, stultum à morione profertur. Lampridius in Alexandro, Nanos & nanas & moriones & vocales exoletos & omnia acroamata & pantomimos populo donauit. Eiusdem generis sunt Sanniones à fanna, id est ab ore distorto dicti, nisi quod sannio ex mimorum genere fuisse videtur. Cicerone in secundo dialogo de Oratore, Atque hoc etiam animaduertendum est, non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum quam sannio est? sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique ipso corpore videtur. Salsum hunc possum dicere, atque ita vt non eiusmodi esse oratorem velim, sed vt mimum. Huiusmodi sanniones videmus in pompis quæ per vrbem traduci solent, & in ludis theatralibus & in saltationibus chironomicis, scurrili ipsos gesticulatione risum populariter excitantes. Moros igitur vnde morion dictus, fatuum & stupentem significat. Vnde morari verbum latinum prima producta factum. Cuius exemplum in sommate illo Neroniano apud Tranquil. Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum infestatus est, modo stultitiæ, modo sæuitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines desuisse producta prima syllaba iocabatur, multa que decreta vt insipientis atque deliri pro irritis habuit. Morari pro stupide & fatue & delire agere dixit, quod Græci *μωραίνω* dicunt. Vnde Matthæi quinto, Vos estis sal terræ. quod si sal euauerit, in quo condietur? Qui locus sic verti debuit, Quod si sal infatuatus fuerit, id est si desipuerit, hoc est salis & condimenti saporē amiserit, *ἂν ἢ τὸ ἅλας μωραίνῃ.* Sequitur enim, Ad nihilum valet ultra nisi vt conculcet ab hominibus. Fatui cibi dicuntur insipidi & inconditi. Martialis in Xenis, Vt sapiant fatue fabrorum prandia betæ O quam sæpe petet vina piperis que coquus? Fatuas betas dixit salis saporis expertes. Fatuum lapidem pro insipido Hermolaus Barbarus ex Themisthio transtulit, hoc est nullius saporis, quem Græci achylon dicunt. Quemadmodum autem insipientem hominem dicimus translatione à cibis ducta, ita etiam fatuum hominem & salem fatuum dicimus, non qui euauit, id est in nihilum abiit, sed qui sapientia aut sapore caret.

Morion.

Sannio.

Morari.

Matt. locus.

Infatuari.

Fatuus.

Ex lege, Idem Offilius.

Lusciosus.

Luscitiosus.

Myopes.

Nyctalopes.

Idem ubi neq; matutino tempore videt neq; vespertino, quod genus morbi Græci vocant. eluscationem quidam esse putant. Hermolaus Barbarus in emendationibus Plinianis hunc locum ita legit, Quod genus morbi Græci nyctalopas vocant. luscitionem eam quidam esse putant. & reliqua. Luscitiosi qui & lusciosi & nuscitiosi dicuntur, sunt vt quidam existimant quos Græci nyctalopas appellant, qui & mane & vesperi exiliter admodum vident, nec ferè nisi interdium lumine. Luscitiosi (inquit Festus) sunt qui parum vident propter vitium oculorum, quiq; plus vesperi vident q̄ meridie. Nonius, Lusciosi, inquit, ad lucernam non vident. Et myopes minus videntes vocantur à Græcis. Varro, Vesperi non vident quos appellant lusciosos. Plinius libro vndetrices. Fimū quoq; gallinaceorum duntaxat rubrum lusciosis illinendum monstrant. Idem, Eaurundem auium sanguis nyctalopas sanat. Idem libro octauo, Caprinum iecur restituit vespertinam aciem iis quos nyctalopas vocant. Plaut. in Mil. Mirum est te lolio victitare. Pal. Quid iam? Sce. quia lusciosus. Pal. Verbero tu quidem cæcus non lusciosus. Existimo tamen hunc locum ita legendum esse, Sed & μύωσα. morbosum esse constat. Idem ubi homo neque matutino. & reliqua. Ita vt ibi, sed & initium sit alterius sensus nec à prioribus dependentis. Myopes enim & Nyctalopes cognata sunt vocabula, & alioquī textus coherentior erit. Ducor etiam coniectura ex Gellio sumpta lib. quarto, ubi de edicto Aedilium loquitur. Sic enim inquit, πρὶ νόσῳ, id est de edentulo, de myope quoque qui lusciosus latine appellatur, dissensum est. Alii enim redhiberi omnino oportere, alii contrà, nisi id vitium morbo contractum esset. Quæ verba apud Gel. corrupta atq; etiam inuersa structura leguntur. Fulgentius, Lusciosos, inquit, dicunt qui interdium parum vident. Græce myopes dicuntur. Nyctalopes igitur & myopes iidem esse putantur, & pro iisdem à nonnullis accipiuntur. hoc est pro iis qui interdium propter visus hebetudinem contueri nequeunt, nec nisi clausis oculis, à conniuentibus oculis myopes nomen habentes. Nyctalopes à nocturnis quasique nocturnis oculis. Alii nyctalopes à myopibus distinguunt, eodem ad utrūque significatum etymo subseruiente, vt sint myopes quiam inde à principio ortus sui nisi admota oculis contueri nequeunt. Cuiusmodi multos videmus, qui res intuendas oculis prope contingunt, & limis etiam semiclusisque oculis aspiciunt. Aristot. in Problem. sectione trigesima prima, Δια τί οἱ μύωσις συνάγοντες τὰ βλέφαρα ὁρῶσι; Cur myopes contractis palpebris vident? μυωπάζειν δὲ λέγονται οἱ ἐκ γῆρας τὰ μὲν ἐγγύς βλέποντες, τὰ δὲ ἄρῳα εἰς ὁρῶντες. Ἐναντία δὲ πάζειν οἱ γῆρας τοῖς μυωπάζουσιν, τὰ γὰρ ἐγγύς μὴ ὁρῶντες τὰ ἄρῳα δὲν βλέπουσιν, id est, Myopes autem dicuntur qui ab ortu primo proxima quidem vident, remota verò non vident. Senibus autem vitium huic contrarium accidit. siquidem senes admota non videntes, longe reducta vident. Idem, Νυκτάλωπας δὲ λέγουσι ὅταν μὲν συμβῆ πλὴν μὲν ἡμέραν βλέπαι, ὁμοίως δὲ ἡλίου ἀμαυρότατον ὁρᾶν. νυκτὸς δὲ γῆρας δὲ ὅλως, Nyctalopas dicunt cum interdium vident, occidente vero sole hebetius vident, ad plenam vero noctem ne paululum quidem. Nyctalopia vitium ipsum est vt myopia. Dioscorides tamen nyctalopa pro vitio identidem accipit.

Ex eadem Lege.

Quæsitū est an balbus & blæsus & atiphus, isq; qui tardius loquitur, & va-
 rus & varicus sanus sit. Hunc locum cum essem Florentiæ in Pisanis Pædectis
 ita legi, An balbus & blæsus & atypus, isq; qui tardius loquitur, & varus & va-
 tius. Apud Gel. lib. iiii. sic etiam corrupte legitur. Balbus autem & atyphus vi-
 tiosi magis q̄ morbofi sunt, vt equus mordax aut calcitro vitiosus magis quam
 morbosus est. Arist. in Probl. segmēto vndecimo, tria genera huiusmodi vitio-
 rum ponit, τραυλότητα, ψελλότητα, ἰχοφωνία, vel etiam ἰχοφωνία, vt apud Herodo-
 tum legimus in antiquo exemplari, id est blæsitatem, balbutiem, linguæ hæsi-
 tantiam, τραυλότης, inquit, id est blæsitatis est τὸ γράμματος ἔνθ' μὴ κρατῆρ, ἢ τὸ
 & τὸ πχόρ, id est literam aliquam exprimere non posse, eamq; non quamlibet sed
 certam, ψελλότης, id est balbuties, τὸ ἄκρατον ἢ ἡ γράμμα ἢ συλλαβῶν, est literam ex-
 terere vel syllabam, id est pronunciādo eximere & prætermittere. Hæsitatiā est
 syllabā syllabæ iūgere propere non posse. Hæc tria vitia expressit Vlpianus,
 & aliud præterea quod atypī nomine vocauit, quod quid sit nōdum inueni, nec
 inuenturum me spero. Existimo tamen ab etymologia vocabulī eos esse aty-
 pos dictos qui non satis expedito plectro linguæ vterentur, quasi aerem nō fe-
 rientes, vel quasi non satis verba exprimentes conformantēve. Sic enim vul-
 gus dicere solet de iis qui male verba expriment. Aegineta ancylotomum ap-
 pellat vitium linguæ, aut congenitum, astricta lingua infanti nascenti mem-
 branulis quibusdam duriusculis & breuioribus: aut agnatum, id est accidenta-
 rium, cum vlcus sub lingua cicatricem duriolem obduxit. Est autem vinculum
 nervosum, quod filum vulgariter nuncupatur. Eximitur autem hoc vitium in-
 strumēto chirurgico quod ancylotomon appellat, id quod cum puero exime-
 retur, vidit. Ἀγκυλόγλωσσον (inquit ille) πάλθ' ἐν τῇ γλώσσῃ πρὸς τὴν φύσιν, πρὸς τὴν ἐπι-
 κτητῆ. Aristoph. in comœdia quæ spheces, id est vespe inscribitur, Traulos id
 est blæfos esse significat qui l pro r exprimunt. Cicero tamen in pri. de Orat.
 balbum in eo significatu accepit de Demosthene loquens, Cūq; ita balbus es-
 set, vt eius ipsius artis cui studeret primam literam non posset dicere, perfecit
 meditando vt nemo planius esse locutus putaretur. de litera ζ loquens quæ pri-
 ma est in rhetorica. Varii sunt pedibus incuruis, & in se contractis, cuiusmodi
 spadones & castratos videmus. Vnde etiā varę manus. Ouid. in. ix. metamorph.
 Tenuiq; à pectore varas In statione manus, id est incuruas. Iis cōtrarii sunt val-
 gi qui altrinsecus prominētes furas habēt & in diuersum actas, quales cācri ha-
 bēt & lacertę auctore Aristotele, qui Aegyptios huiusmodi esse tradit in pro-
 ble. eadē ratione qua capillū crispū habēt & à calore intortū. Hī à Græcis βλα-
 σοι dicuntur, vt illi βαιβοί. Valgos (inquit Festus) Aurelius intelligi voluit qui
 diuersas furas habēt, sicut è cōtrario vari dicuntur incurua crura habētes. Arist.
 διὰ τὴν δι' Αἰγύπτιοι ἢ Αἰθίοπες βλαισοί ἄσπερ; Cur Aethiopes & Aegyptii blæsi sunt cru-
 ribus? Sic enim transtulit interpres, qui blæfos græce protulit, quos Festus val-
 gos latine appellatos esse dixit. Blæsitatis autem non modo vitium est linguæ,
 sed etiam eorum vitium qui oblæsum gressum habent, quæ ratio est vocabulī
 apud Græcos πρὸς τὸ βλάπτω. Varii sunt qui pedes extrorsus obtortos habēt, iudē
 vt arbitror qui valgi. Var. libro secundo de re Rustica de canibus loquēs, Sint
 cruribus rectis, ac potius varis q̄ vatiis, id est in se potius & introrsus intortis
 q̄ extrorsus, Plinius libro vndecimo, Vola hominī tātum, exceptis quibusdam,

Vitiā.

τραυλότης
Blæsi.
Balbi.
Hæsitantes.

Ancylotoma
sum.

Ἀγκυλό-
γλωσσον

Vari.

Valgi.

Blæsi.

βαιβοί

Vatii.

Vari & Ephelides.

Varius.

Nam & hinc cognomina inuenta plauci,planci,scauri,panfæ. Sicuti à cruribus vari,variæ,vatinii,quæ vitia & in quadrupedibus. Alioquin vari apud Celsum libro.vi.maculæ sunt oris,vt lenticulæ & ephelides, vnde homines vari dicti. Idem libro quinto de pustulis loquens quæ exanthemata dicuntur græce, Ea, inquit, modo rubent, modo colorem cutis non excedunt, nonnunq̄ plures similes varis oriuntur. A varis varius homo dictus, vt lynces variæ. Vnde iocus Ciceronis apud Quintilian. in. vi. in Isauricum. Miror quid sit q̄ pater tuus homo constantissimus te nobis varium reliquit. Vbi intelligi voluit varis in facie distinctum.

Ex lege, Qui clauum.

Hircus. Hircientes.

Ἰνδὸν Ἰαγίλιον
Tragomachusali
Hircosi.

Illuuias.
Ἀλλουία.

Trebatius ait non esse morbosum os alicui olere, veluti hircosum strabonē. Hoc em̄ ex ingluuie oris accidere. Hic locus haud dubie deprauatus est, quid enim strabonē cum hircoso: aut quid ingluuies ad oculos distortos pertinet? Hircus fœtor est alarum, quem Plinius alarum graueolentiam appellat, & aliquando virus alarum. A Græcis itidem tragos dicitur. Vnde tragizontes pueri ab Aristotele dici putantur libro septimo de hist. animalium, ab alarum odore, quasi hircientes, cum pubescentes venerem agnoscere incipiunt, & vocem in sonum asperiores inæquabiliorēque mutare. Neq̄ enim, inquit, acuta præterea vox est, neq̄ grauis, neq̄ tota æquabilis, sed similis fidibus inconstentis & asperis, ὁμοία φαινομένη τῆς πρῶτης οὐρανίας καὶ τραχέως χορδῆς, ἢ τραγίση καλῶσι. Alexander tamen Probl. libro primo τραγῶντας eos vocat, metaphora (vt ipse inquit) ab hircorum voce ducta propter arteriæ asperitatem. Alioquin omnis graueolentia tragos à Græcis dicitur, vnde Ἰνδὸν Ἰαγίλιον τῆ ὀσμῆ Dio scoridi pro admodum olere. Et tragomachusali dicti qui virus alarum olent, id est hircosi, vt Plautus appellat. Gel. libro. xi. Quidam sunt tam magni sensus Quinti Ennii, vt licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter vnguetatos placere. Quo in loco tamē metaphoricè accipitur, vt apud Persiū, Dixeris hæc inter hircosos centuriones, id est rusticos olidos, & omnis nitoris expertes. Fortasse igitur hic legendum veluti hircos, vel tragon, vel sic, veluti hircosum tragonta, vel quid simile. Est autem græcum, quod imperiti latinis literis perperam scripserunt. Nihil tamen cōstituto. Vix enim rationem inire possis cur ab oris fœtore Iurisconsultus ad alarum fœtorem abrupte trāsierit, quasi exemplū subdendo eius quod ante dixerat. Sed illuuiæ legendum esse, non ingluuie, facile conuicio. Ingluuias enim non oris est, sed illuuias, quæ græce Ἀλλουία dicitur.

Ex lege Queritur, De eo qui vrinam facit.

Ἐνδερῆ.
Immeiere.

Vlpianus his verbis morbi genus significauit, quod à Græcis ἐνδερῆ dicitur, id est immeiere latine. quem qui patiuntur lectos permingere solent. Morbus est plerunq̄ puerilis, vt inquit Paulus Aegineta, κάλασις τῶν τραχίλων ἐν κίστεως μύδῃ, τὸ τὸ πᾶσι ἐργάζεται, Luxatus, inquit, cervicis vesicæ musculus hoc vitium efficere solet.

Ex eadem lege, Si quis habeat antiacham.

Hic locus luculento errore corruptissime legitur in omnibus exemplaribus, sic autem haud dubie emendandus, Si quis habeat antiadas, an redhiberi possit quasi vitiosus queritur, & si antiades sunt quas existimo, id est inueteratos vel

etiam inueterati & qui iam discuti nō possunt faucium tumores, qui antiadas habeat, vitiosus est. Antiades græce tonsillæ latine dicuntur, de quibus Plinius. Tonsillæ, inquit, in homine, in sue glandulæ. Ab Aristotele in pri. de hist. animalium paristhmia vocantur, quasi iuguli isthmō, id est angustias obfidentes. Cic. in secundo de Natura deorum, Linguā autē ad radices eius hērens excipit stomachus, quō primum illabuntur ea quæ recepta sunt, & oris vtraq; ex parte tonsillas attingens, palato terminatur. Stomachum hoc in loco Cicerō proprie pro gula & gutture accipit. Est enim stomachus, vt Galenus inquit, *Stomachus.* *Vua.* *Στόμαχος*, id est os ventriculi. Antias nomen est tam particulæ q̄ morbo accommodatum, vt vua. de qua paulo superius legimus, Item si vua in gutture intumuerit. Quis Arist. In anatome in ore, inquit, penitiorē particula est alia *Columella,* *Σταφυλόφορος*, id est vuigera, columella nomine, venæ insidēs, quæ si nimio humore intumuerit, staphyle, id est vua vocatur & strangulat. Celsus vuam appellat & morbum & particulam. Alexander Probl. lib. ii. *Κιουίδα*, id est columellam vel colūnellam à similitudine columnæ vocitari ait cum ex rheumate oblonga fuerit. Vuam autem, id est *σαφύλλω* cum in acinum intumuerit. Tonsillarum exemplum est apud Celsum lib. vii. Tonsillæ quæ post inflammationes induruerunt, antiades autem à Græcis appellantur, cum sub leui tunica sint, oportet digito circumradere & euellere. Si ne sic quidem resoluuntur, hamulo excipere, & scalpello excidere. Tum vlcus aceto eluere, & illinere vulnus medicamento quo sanguis supprimatur. Quo tamē in loco mēdose antidyades pro antiades in impressis libris legitur. Paulus lib. iii. *Ἐστὶ δὲ ἀνιάδης ὄγκος σκιζώδης τῆς τῆς ὀσμῆς.* Antias, inquit, est tonsillarum affectio cum in tumorem obduruerūt. Idem libro sexto, Quemadmodum autem adenes, id est glandulæ cum induruerunt chcerades, id est scrophulæ vocitantur: ita & tonsillæ inflammationē supra modum adauctæ, vorandī spirandīq; meatus altrinsecus insidentes, antiades vocitæ sunt, *καὶ τὰ τῆς ὀσμῆς φλεγμίνωντα καὶ ὑπεραυξηθέντα, τῆς καταπόσεως καὶ τῆς πόνου.* Discutere autem verbum est medicinale. Tubercula enim aut discutuntur aut emittuntur. Discutuntur interdum id est dissoluuntur, discutunturq; incipientia ne suppurent, quod fieri solet cum in aliquem locum incommodum humores ingruūt. Emituntur autem suppurantia & iam concocta, aut naturæ spōte, aut scalpello vel caute adhibito, quod fit cū humores ad locū opportunū erumpētes eliciuntur etiā medicamentis, & euocantur, vt vlcera prorsus exanientur, id est pus & sanie egerāt. Inde discussoria medicamenta dicta, quæ Græci diaphoretica vocant. exempla apud auctores scātēt. Discutere alioqui discicere est & disturbare. Fabius lib. vi. Non autem commouere tantum commiserationem oportet, sed etiam discutere. Idem In discutiendæ tamen oratione huiusmodi scenæ.

Ex lege, Quæ bis in mense.

Quæ bis in mense purgatur sana non est. Item quæ nō purgatur. Huius diētī causam verbis Plinianis reddemus lib. septimo Naturalis historię de menstruis muliebribus loquentis. sic enim inquit, Et hoc tale tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit. Quibusdam verò sæpius mense, sicut aliquibus nunq̄, sed tales non gignunt, quando hæc est generando hominī materia, semine ē maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde tē

pore ipso animatur corporaturq; Ergo cum grauidis fluxit, inualidi aut non vitales partus eduntur, aut saniosi, vt auctor est Nigidius. Paulus duo vitia circa hoc ponit, ἐμμελώσῃ ἀρχῇ, id est menstruorum retentionem cum menstrua sistuntur, & ὑπερκάθαρσις, id est immodicam purgationem, cum mulier plus iusto purgatur, quæ & ἀιμορρογία, ἢ ὑσέρας vocatur. Ad huiusmodi vitia medicamenta inuenta sunt qui pessii dicuntur, & ex lana confecti in muliebria induntur.

Ex. l. Quis sit fugitiuus, circa principium.

Item apud Iulianum relatum est, Fugitiuum ferè ab effectu animi intelligendum esse. Sic quidem vbiq; legitur præterq; etiam q; Accursius ita agnoscit, vt ex citatis ab eo locis apparet. Quod mihi mirum videtur, cum nemo sit hominè ferè, iudicio quidem non carens, qui non facile intelligat non effectu animi sed affectu legendum esse. Fugitiuus (inquit Iurisconsultus) ab affectu animi, id est habitu animi & proposito intelligendus est: non autem ab effectu, id est à fuga ipsa. Fuga enim id est effectus nò còtinuo fugitiuū facit nisi comes quoq; sit affectus. Quemadmodum & vice versa affectus non fugitiuum facit, nisi sequente effectu. quippe non solum consilii sed etiam facti fugere est. Similis est error tertio abhinc paragrafo, Fugitiuū esse ab effectu animi cuiusq; æstimandum. Vbi affectu proculdubio legendum est.

Ex eadem lege. §. Idem ait.

Efferuescere Si autem in hoc tantum latuisset quoad iracundia dominorum efferuescere. Efferuescere ira dicitur cum homo ira exandescit. Efferuescere enim ebullire est. Columel. lib. xiii. Tertia die q̄ calcaueris condituram effundito. Sed anteq̄ condias multi aliquantulum in seriam de seria transferto, ne in condiendo cum medicamento efferuescat & defluat, id est ne ebulliendo circumfundatur. Cic. in secundo de Oratore, Oratione autem celeri & concitata & verbis efferuescentibus. Legendum igitur deferuescat quod contrarium est efferuescendi. Cic. in quarto Tuscul. de ira percitis loquens, his autem sunt subtrahendi ii in quos impetum conatur facere dum se ipsi colligant: aut rogandi sunt oradique, vt si quam habet vlciscendi vim, differant in tempus aliud dū deferuescat ira. Deferuescere autem certe significat ardorem animi inuita ratione excitatum, & reliqua. Deferuescere igitur dicitur, vt deflagrare. Lucanus, Sic deflagrare minaces Passus. Et Liviū, Spes interdum subibat deflagrare iras vestras, purgari suspensiones posse. Et deflagrare seditionem Tacitus. & defæuire pro mi tescere Lucanus, Nec dum defæuiat ira Expectat. quod Liviū exæuire dixit de tempestate loquens. Efferuesceret tamen defendi potest eodem vtrobique sensu, q̄q̄ contrariæ sunt significationes duorum verborum. Quemadmodum enim quoad viuet & quoad morietur videntur duæ res dici contrariæ cum tamen idem tempus demonstrent, vt auctor est Gellius, & quoad Senatus habeatur & quoad Senatus dimittetur: sic etiam quoad ira dominorum efferuesceret, id est quoad domini excandescerēt, & quoad ira deferuesceret, id est quoad minitescerēt ipsi, eodem sensu dici possunt. Quod autem sequitur, Cum dominum animaduerteter verberibus se afficere velle, proripuit se ad amicū. Legendum proripuit, id est raptim sese è conspectu eius abstulit. Cicero de Arusp. resp. Attamen ignarus ille qui Consules essent, exanguis atq; exæstiuans se ex curia repente proripuit cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis. Vltus est

etiam Martianus in l. secunda, de captiuis & post l. reuersis. Subducere vero se *subducere.*
 est sensim & clanculum discedere, ita vt nullus animaduertat. Terentius in Eu- *Proruere.*
 nuch. Vbi primum poterit se illic subducet scio. Idem proruere pro proripere
 dixit, Vix elocuta est hæc, foras simul omnes prouunt se. abeunt lauatum, ita
 vt sit domini vbi absunt. Significant enim hæc verba impetum eundi. Idem in
 Adel. Syre obsecro vide ne ille prorsus se irruat. Liuius in secundo secundi bel.
 Pun. Itaq; ne procul in conspectos immitterentur equites, sublati raptim si-
 gnis q̄ citatissimo poterant agmine sese abriperunt. Apul. in octauo Asini. Ar-
 repto nudo gladio per mediam ciuitatem cursu furioso proripit se, proculdu-
 bio nescio quod scelus gestiens.

Ex eadem. l. §. Apud Labeonem.

¶ Si quis in asyllum confugerit. Asylum scribendum per y græcum & vnicū l. *Asyllum.*
 Asyli meminit Liuius lib. primo ab Vrbe cond. Ab asylo Asyllum dicitur pro
 eo iure libertatis & veniæ quod quis apud aras consequitur, quam immunita-
 tem ecclesiæ vulgo vocant. vt in illo exemplo, *ἔἰς δὲ θεῶν καταφύγοντες ἀσυλίων*
ἔχον. Aedē igitur asyllum vel vt Græci loquuntur asylon dicere possumus, & si
 mulacrum asyli, id est in qua vel ad quod ius est asyliæ cōfugiētibus. Philost.
καὶ ἀσυλῶν ἢ ἀνοστήσας τῶν τυβερῶν, id est Ad statuum Tyberii cōfugiētibus ius erat *Asylos.*
 asyliæ. vel ad verbum, Asylos enim erat statua Tyberii. Græci enim huiusmo-
 di nomina cōposita cōmuni genere efferunt, vt diagonios linea apud Vitruuiū
 lib. sexto, quæ diagonalis à plerisq; dicitur. Et lib. v. Ab eo loco per centrum pa-
 rallelos linea ducatur. Sic & perimetros & diámetros. Et linea cathetos apud
 Censorinum pro perpēdiculari, quam normalem etiam ipse vocat. Et apud eū-
 dem Vitruuium libro nono aquarū expressio automatos id est spōtanea. Asy-
 lietiam dicuntur à Græcis homines à violētia tuti, vt sunt sacrosancti quos at-
 tingere sine piaculo non licet, nec prēhendere, quales erāt Tribuni plebis apud
 Romanos. Plutarch. in Probl. *τῆ δὲ ἀμύνη κρισίῳ αὐτοῦ καὶ ἰσορῶν καὶ ἀγίον καὶ ἀσυλον,*
 Honore, inquit, Tribunum sacrosanctum Romani faciunt & asylon. Pollux,
ἄσυλοι δὲ ἦσαν οἱ κίρκουρες, καὶ ἄλλοι αὐτοῖς πανταχόσε ἀδεῶς ἰέναι, Asyli erant caduceato-
 res, & licebat eis tuto quoquo vellent ire.

Ex. l. Si quis venditor.

¶ Si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut vigilacem, aut ex frugalita-
 te sua peculium acquirētem affirmauerit, & is ex diuerso leuis, proteruus, de-
 fidiosus, somniculosus, piger, & tardus comessor inueniatur. In aliquib; libris *Demensum.*
 commensor legitur, neutrum recte. Ad intelligentiam igitur huius loci com-
 memorandum esse ratus sum id quod Donatus in Phormionem adnotauit,
 Quaternos olim frumenti modios quolibet mense seruos à dominis suis acci-
 pere solitos, idq; demensum appellatum esse. Verum à mense an à demetiēdo
 incertum. Ex quo more Terētianum illud manasse, Quod ille vnciatim vix de-
 menso suo suum defraudās genium comparuit miser, id illa vniuersum arripit,
 haud existimās quāto labore sit partū. Hactenus ille. Plaut. in Sticho, Vos me-
 ministris quot calēdis petere demensum cibū, qui minus meministis quod opus *Σιτομέτριον.*
 sit factu facere in ædibus. A Græcis *σιτομέτριον* dicitur, quasi frumenti mēsurā. *Lucæ locus.*
 Lucæ duodecimo, *τίς ἄρα, ὅστις ὁ πωιδὸς δίκονόμος καὶ φρόνιμος,* ὅρ κατασπῆσαι ὁ κύριος
καὶ φῶν θῆρα πείσας αὐτῶ τῶ δίδοναι ἢ καὶ φῶν τῶ σιτομέτριον; Quis putas est fidelis dispē-

fator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam vt det illis in tempore tritici mensuram. Sic enim habet traductio vulgata. Quem locum si Hieronymus transtulisset vt fecisse falso creditur, sic ad verbum vt arbitror dixisset, Quisnam est fidelis ille ac prudens dispensator, quem constituet dominus super familiam suam, vel in familia sua, vt det illi in tēpore demensum. De futuro enim loquitur, non de præsenti aut præterito. Constituet enim per futurum scriptum esse ab interprete credo non cōstituit, sed postea deprauatū esse, alioquin permultis in locis Euāgelii tēporis error manifestus est his qui græce vel tantulū intelligunt. Quo in loco insignis est Lyrani hallucinatio, qui tēpus tritici tēpus euāgelii interpretatur, quasi Christus appellatione tritici intelligendus sit, cū nulla in eo loco tritici mētio sit. Interpres enim nō tēpus tritici intellexit, sed mēsuram tritici in tempore. Quanquam etiā græce nō tritici dicatur sed frumenti, id est $\sigma\iota\tau\mu\acute{\epsilon}\tau\tau\iota\omicron\upsilon\varsigma$ non $\pi\upsilon\rho\sigma\mu\acute{\epsilon}\tau\tau\iota\omicron\upsilon\varsigma$. Serui enim quolibet frumētō vescēbātur non tritico. Dispensatores igitur serui, id est atrienses & priamæ auctoritatis, seruis reliquis frumētum calendis admetiri solebant, quod demensum dicebatur. Ex qua consuetudine dictū illud Euāgelicū allegorice emanauit. Frugī porro serui, id est parsimonia vtētes & modico cibo cōtenti, ex eo quod de quaternis modiis cōparcere poterāt peculium sibi cōparabant, vnde etiā interdum à dominis sese redimebant: aut aliās arbitratu suo vtebātur, vt ille Terētianus Geta, qui munusculum nuptiale herilis filiū vxori dedisse habetur. Serui autē nequā, id est prodigi & luxuriosi nullū aut tenue peculū habebant. luxu enim & comestationibus, id est perpotationibus nocturnis demensum suum atq; omne peculium dilapidabāt. Quare hic nō cōmessor quod nihil significat, sed comessator lego. Comessari est quod Græci $\kappa\omicron\mu\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\varsigma$ dicūt, vnde comessatores dicti qui nocturnis aut intēpestiuis cōuiuīis indulgēt, qui à Græcis comastæ dicuntur. Plī. lib. xxii. Athenis comessabundi iuuenes ante meridiē cōuentus sapiētum frequētabant. comessabundi, id est comestatum euntes, hoc est perpotatum, vel madidi & vinolenti. Curtius lib. viii. Ibat vehiculis pro copia cuiusq; adornatus comessabūdus exercitus, armis quæ maxime decora erāt circum pendentibus. Idem, Si quid victis saltem aduersus comessantes animi fuisset, mille hercle viri modo sobrii, septem dierum crapula graues in suo tritūpho capere potuerunt. Liuius libro. x. de bello Maced. pro eo conuiuio accepit, quod ad multam noctem agitatur post cœnam. Quod verbo elegāter ficto ab Hermolao Barbaro Pocœniū appellare possumus. Demetrius enim apud Liuium iam cœnatus ita ad comites inquit, Quin comestatum apud fratrem imus. Utitur & in hac significatiōe Tranquillus.

Comessator.
Comessari.

Pocœnium.

Ex eadem lege.

Culinaris
ratio.

Venditor qui optimum cocum esse dixerit, optimum in eo artificium præstare debet. Mirari quispiam possit culinaris ministerii tãtam rationem habitam à Iurisconsultis esse. mirari autem desinet qui Liuium libro nono de bello Maced. legerit, Luxuriæ, inquit, peregrinæ origo ab exercitu Asiatico in urbem aduecta est. Inde primum psaltriæ, sambucistriæque & conuiuialia ludionum oblectamenta addita epulis. Epulæ quoq; ipsæ & cura & sumptu maiori apparari cœptæ. Tunc cocus vilissimum antiquis mancipium & æstimatione & vsu in precio esse: & quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta. Vix tam

men illa quæ conspiciiebantur semina erant futuræ luxuriæ. Plaut. in Aulul. Cocus ille nundinalis est, in nonum diem solet ire coctum, id est vulgaris & vilis qui non nisi nundinis conducitur cum plebs ex agris conuenit. Serui igitur cocti erant in precio propter eorum operas quæ magno locabantur, tanquam artificiales non ministeriales. Pl. lib. ix. Adhuc, inquit, coci triumphorum precii parantur & equorum pisces. nullusque prope iam mortalis estimatus pluris quam qui peritissime censum domini mergit.

Ex lege Si vero, eodem titulo.

Sabinus scribit ex priore causa quæ statim, inquit, ut venit id mancipium, eo nomine agere posse coepit. Sic quidem legit Accursius astypulantibus exemplaribus, sed in luto hæret, ut dicitur. Ego vero structuram inuersam esse censeo. cuius generis errata multa in antiquis scriptoribus deprehendere licet. Sic igitur legendum censeo ut sensus perspicuus reddatur. Sabinus scribit ex priore causa (quæ statim inquit ut venit id mancipium coepit) eo nomine posse agere. ut sit sensus, redhibitionis tempus licet dicti promissiue nomine competat, a venditione tum demum subsecuta procedere. quippe cum ex eo promisso ante venditionem agi non potuerit. Coepit igitur non ad agere infinitiuum, sed ad nominatiuum causa refertur.

Ex. l. Redhibere.

Vel si quid ex eo quod egerit ad eum peruenerit, vel dolo malo vel culpa eius factum sit quod minus perueniret, hisdem diebus reddi. Lego hisdem de rebus reddi. De enim interdum pro vel propter significat. Cicero libro primo Epistol. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, ut quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesci, ego quia non idem in causa tua faciam, vitam mihi acerbam esse putem. De me, inquit, id est propter me. Terentius, Quantum me amas de fidicina hac? Hisdem igitur de rebus reddi, id est propter hasdem res reddi, vel pro his rebus recte præstari. ut in. l. Aliud, de verbor. signifi. Recte autem dari vel præstari prisca est locutio. Cato, Recte hæc dari fierique satisque dari domino aut cuius erit promittito, satisque dato arbitratu domini.

Ex. l. Cum autem, circa finem.

Pædus etiam illud non putat esse spectandum, cuius contemplatione testator seruum hæredem scripserit, quia & si venditio remansisset nihil hæc res emptori proderat. Remansisset (inquit Accursius) id est facta non esset. ego nec Accursii auctoritate, nec exemplarium testimonio adduci possum, ut credam Ulpianum sic inepte locutum. Propterea non si venditio remansisset, sed si venditoris mansisset legere hic soleo, & intelligo seruus legatarius.

Ex. l. Aediles, circa finem.

Sic & quanta pecunia pro eo homine soluta. Emendatius in antiquis legitur & si quanta. Quod autem sequitur, Cuiusve pecuniæ quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur: sic resoluitur, Vel si ea pecunia non liberabitur cuius pecuniæ obligatus erit eo nomine. Est autem figurata locutio frequens in edictis Prætorum & in prisca formularum conceptionibus, cum antecesserit sum relatiui sequitur, quod tum ferè est cum relatiuum præcedit. Cicero pro Ligario, Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriamini in vobis, easdem in aliis

reprehendatis. Idem in secundo Epistol. Est enim tibi grauis aduersaria confi-
tuta, & parata incredibilis quaedam expectatio, quam tamen vna re facillima
vinces si hoc statueris, quarum rerum gloriam adamaris, quibus rebus he lau-
des comparantur, in iis esse elaborandum. Liuius per accusatum, Quem ce-
perant exules montem haerbidus aquosusq; est. Obligatus autem pecunie di-
citur, vt obligatus furti. Gellius lib. vii. Quod cui seruandum datum est si vsus
est, siue quod vtendum acceperit, ad aliam rem atq; acceperat vsus est, furti se
obligauit. Idem, Qui alienum tacets lucri faciendi causa sustulit, furti obstrin-
gitur. Sic copertus criminis dicitur apud Liuium, Duæ vestales eo anno stu-
pri compertæ. Et rursus, Cum sacrilegii compertos in vinculis Romam missi
set. Et manifestus criminis apud Ciceronem. Legimus & apud eundem Liuium,
quosdam tantæ pecuniæ damnatos quantum exoluere non possent. Sic æris
confessos, & debiti iudicatos Gellius dixit lib. xix. Sic Græci ἐλάω φόνος, ἐλάω κλοπῆς,
Aristoph. πότερον πῆξανόιας ἐλάω; Nunquid delirii eum conuincere me vis? Sic
anquirere capitis apud Liuium, & arcessere capitis apud Ciceronem, & apud
Sallustiū arcessere captæ pecuniæ. Cæterum in. l. Illud, infra eodem titulo, Vt
pecuniæ cuius nomine obligatus erit, liberetur. Lego, Cuius pecuniæ nomine
obligatus erit, liberetur. Alioquin latina constructio non erit, id est à Iuriscōsul-
torum stilo & præsertim Vlpiani abhorrens. Est autem hic sensus, vt ea pecu-
nia liberetur cuius pecuniæ nomine obligatus erit.

Ex. l. Qua vulgo, eodem titulo.

¶ Si aduersus ea factum erit solidi ducenti præstabuntur. Solidos pro aureis
accipi nemo leguleorum nescit adnotante id Accursio libro. iiii. Institutionum.
Appellationis autem causam aliquando inquirantibus nobis Lampridius se ob-
tulit, qui de Alexandro Principe Romano loquens, Vectigalia, inquit, publica
in id contraxit, vt qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam par-
tem aurei præstarent: hoc est trigessimam partem. tuncq; primum semisses au-
reorum formati sunt. tunc etiam cum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset
tremisses, dicente Alexandro etiam quartarios futuros q; minus non posset.
quos quidem iam formato in monera detinuit, expectans vt si vectigal corrahe-
re potuisset & eos ederet. Sed cum non potuisset per publicas necessitates, con-
flari eos iussit, & tremisses tantum solidosq; formari. Formas binarias, ternarias,
quaternarias, & denarias etiam atq; amplius vsq; ad quinquagenarias quosq;
& centenarias quas Heliogabalus inuenerat, resolui præcepit, neq; in vsu cur-
riusq; versari: atq; ex eo iis materiæ nomen inditum est. cum diceret plus largien-
di hanc esse Imperatori causam, si cum multos solidos minores dare posset,
dans decem vel amplius, vna forma. xxx. & quinquaginta & centum dare con-
geretur. Ex his verbis Lampridii quæ vulgo corruptissime leguntur, facile in-
telligimus solidos primū dictos esse aureos nummos certi cuiusdā suiq; ponde-
ris quasi integros. Erant dimidiati aurei & tertiarium à tertia parte dicti, qui se-
misses tremissesq; dicebantur. quemadmodum binarii ternarii quaternarii que-
& deinceps dicti sunt, qui binos aureos & ternos & quaternos denosq; pende-
rent. Sic intelligendi tremisses in. l. lubemus. de erogatione mil. an. lib. xii. Cod.
Proinde solidos nostros primū argenteos nummos fuisse conuicio duodenarios,
id est duodecim turonis vel Parisiis valentes, deinde semisses nummos factos,

Obligatus
pecuniæ.

Compertus
stupri.

Confessus
æris.

Solidi.
Semisses.
Tremisses.

id est dimidiatos. Postea quadrantes seu quartarios, quos liardos dicimus. Postremo sextantes, sescunciales, vnciales & semunciales qui oboli dicebantur. Trientes autem & quadrantes apud antiquos nomina signata pecuniæ fuerunt, ut alibi fortasse dicetur.

Ex. l. Si tamen, in fine.

¶ Simpliarum venditionum causa ne sit redhibitio in usu est. Accursius sibi non constat in huius verbi enarratione, quod mihi mirum videtur, cum omnibus obuium sit id quod errabunda ipse indagare inuestigare conatur. Constat enim (ut arbitror) simplarias venditiones esse pro quibus necesse venditor non habet de dupla emptori repromittere, quarum meminit Ulpianus in. l. Emptori, infra de euictionibus. Ita enim simplariæ venditiones à Pomponio dicuntur, ut simplariæ actiones & duplariæ & quadruplariæ dicebantur quæ in simplum, duplum, quadruplum dabantur. Vnde quadruplatores dicti delatorum genus qui eo sese quæstu tolerabant, ut ea persequerentur quorum ex legibus quadrupli erat actio, quorum crebra mentio apud antiquos. Eadem ratione armaturæ simplares duplaresq; à Vegetio dicuntur libro secundo de re militari: quas qui gestabant, singulas & duplas consequebantur annonas. Et à Modesto de vocabulis rei militaris torquarii simplares duplaresq; qui illa præmia virtutis & decora militiæ meruissent, singulas & binas præter alios consequebantur annonas. Sic hodie in sacerdotalibus collegiis sacerdotia quædam simplaria dici possunt, & quædam duplaria, à simplice duplicesq; stipe in confessu ecclesiastico accipienda. Propter ea simplarias res dictas ab antiquis quidam putant minutas & nullius prope precii, pro quibus scilicet in simplum tantum venditori cauendum esset.

Ex. l. vltima eiusdem tituli.

¶ Seruus tam veterator quæ nouitius dici potest, & reliqua. Si quis hoc dictum Venulei cum Ulpiani dicto conferat in. l. Præcipiunt, supra eodem hoc titulo, discrepantia hæc duo dicta omnino inueniet. Propterea Laurentius Vallensis hunc locum notans ita inquit, Quid tam contrarium quæ hæc duæ iuriscōsultorū sententiæ? quid magis absurdum quæ non dico inter eas non iudicasse, sed eas aut ambas scripsisse, aut contrarias esse non vidisse? & complura in rebus (ut coniectura ducimur) esse debent, cum in verbis tot sint & tam manifeste contraria. Hactenus ille. Neque vero ignoro hoc dictum Laurentii iis persuaderi non posse qui Iustiniano credunt nullas in Pandectis duas leges sibi contrarias esse hoc est (ut verbo eius utar) nullam antinomiā. Sic enim inquit in lege priorē Cod. de veteri iure enucleādo. Quo in loco Accursius adnotandū celsuit, nulla duo dicta in iure aut cōtraria, aut similia esse. Quod cōniuentibus oculis credi oportere legulei credunt, nec sine ingenti piaculo in dubium reuocari posse. Propterea ne litem nostram faceremus (ut dicitur) verba Laurentii ascripsimus viri haud dubie doctissimi, ac iudicii singularis. Nonnulla tamen & alia loca in Pandectis adnotasse mihi videor, in quibus cōfarcinādis Tribonianus dormitasse deprehenditur. Libera enim vel cōtra receptas opiniones rationem sequenti sententiā debet esse. In. l. Per seruum, de usu & habita. Denique si fructus deducto usu legatus sit, inutile esse legatum Pomponius libro quinto scribit. In. l. Huic stipulationi, titulo sequenti, Ergo & si fructus sine usu obtigerit, stipulatio locū

habebit. Non video quo modo hæc dicta non dissidere possunt. & quò magis
 mireris, Vlpianus utrobique loquitur, nisi fuerit error librariorum qui Vlpianum
 pro alio quouis prenotauerint. Pomponius in. l. Si pene, de eod. indebiti, Quis
 debitum sibi quis recipiat, tamen si is qui dat non debitum dat, repetitio com-
 petit. Et paulo post, Quis enim debitum sibi quis recipiat, tamen si is qui dat
 non debitum dat, repetitio competit. Paulus eodem titulo in. l. Repetitio, Repe-
 titio nulla est ab eo qui suum recepit, tamen si ab alio quàm a vero debitore solutum
 est. Vlpianus de contrahenda emptione in. l. Quid tamen, Si & ego me vendere
 aurum putarim & tu emere, cum æs esset, venditionem esse constat, ideo quia
 auri aliquid habuit. Nam si inauratum aliquid sit, licet ego aureum putem, va-
 let venditio. Iulianus eodem titulo in. l. Cum ab eo, Mensam argento cooperta
 mihi ignorantem pro solida vendidisti imprudens, nulla est emptio, pecuniæque
 eo nomine data codicetur. Et in titulo de verborum oblig. in. l. Hoc iure, Hoc
 iure utimur, ut ex hac stipulatione, si Lucius Titius ante Calendas Maias in
 Italiam non venerit, decem dare spondes, non ante quicquam peti possit, quàm ex-
 ploratum sit ante eam diem in Italiam Titium venire non posse, neque venisse,
 siue eo viuo siue eo mortuo id acciderit. Vlpianus in. l. Stipulationes, infra eodẽ
 titulo, Nec si insulam fieri quis stipulatus sit, expectandum ut tantum tempo-
 ris prætereat quanto insula fabricari possit, sed ubi iam cœpit mora faciendæ
 insulæ fieri, tunc agetur, diesque obligationi cedit. Et rursus inferius Papinia-
 nus in. l. Insulam, Insulam intra biennium illo loco edificari spondes, ante finem
 biennii stipulatio non committitur, quamuis reus promittendi non edificauerit,
 & tantum residui temporis sit quo ædificium extrui non possit. Neque enim
 stipulationis status cuius dies, certus in exordio fuit, ex post facto mutatur.
 Idemque & in stipulatione iudicii sistendi causa facta placuit, scilicet ut ante
 diem stipulatio non committatur, si certum esse cœperit pareri stipulationi res-
 siduo tempore non posse. Vlpianus in. l. Cum quidam, de iure fisci, Cum quidam
 capitæ reus emancipasset filium ut hæreditatem adiret, rescriptum est non vi-
 deri in fraudem fisci factum quod acquisitum non est. Paulus infra in. l. In fraudem,
 In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocumque modo res alienatæ
 reuocantur, idemque iuris est & si non queratur. æque enim in omnibus fraus pu-
 nitur. Vlpianus in. l. Si filiussa, de iudiciis, Iudex tunc litem suam facere intelli-
 gitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem hoc
 facere videtur, si euidenter arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam for-
 des. Caius in. l. vltima, de variis & extraordinariis cognitionibus, Si iudex litem
 suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia nec ex con-
 tractu obligatus est, & utique peccasse aliquid intelligitur, licet per impruden-
 tiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri in factum actione. Nisi ista & hu-
 iusmodi, contraria omnino inter se atque etiam pugnantia sint, non video cur aie-
 tia & negantia pulchre conuenire non possint. Nec tamen ignoro nihil tam dis-
 sentaneum esse, quod Accursius interpretatione illa ariolatrice & desultoria
 (ut ita dicam) leuitate à Martino in Ioannem, & inde rursus in Azonem, aut
 Bulg. ac subinde in alium atque alium transeundi, atque adeo si opus sit in Apollin-
 nem, consentaneum etiam & quadrans esse, persuadere uis non possit qui lege
 Pythagorica (ut alibi diximus) in auctoritatem eius à præceptoribus adacti

sunt. Sed videamus quid sit litem suam facere, quando quidem id inter iuricon-
 sultos non conuenit. Cicero libro secundo de Orat. Quid si quæ vitia aut incō-
 moda sunt in aliquo iudice vno aut pluribus, ea tu in aduersariis exprobrando,
 non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatum est: Quid si cum pro al-
 tero dicas, litem tuam facias: aut læsus efferare iracundia, causam relinquis, ni-
 hil ne noceas: Id est si ita agas, vt non alienam causam sed tuam agere videaris.
 Gellius libro nono, Ad hæc ego rescripsi, nihil amplius q̄ verba Marci Cato-
 nis, quibus verbum vtrunq; de quo ad me scripserat decideretur. Nam & Var-
 ro satis aperte quid dici oporteret edocuit, & ego aduersus eum qui doctus es-
 se dicebatur, litem meam facere absens nolui. id est nolui rationibus cum eo cō-
 tendere, sed tantum auctoritatem Varronis secutum me esse ostendi, ne conten-
 tione implicarer, aut rei periculum susciperem. Nostro tempore litem suam fa-
 cere iudices videntur interdum, cum nimium in alterum litigatorum propensi,
 non tantum disceptatoris & arbitri partes, sed etiam causidici vsurpant, studiū
 suum præ cupiditate prodentes. Quomodo & aduocati cum studio litigatori-
 bus suis placendi, in aduersarios simul contumeliosissimis verbis, simul grassa-
 toriis vultibus inuehuntur, id se in commentariis habere dictitantes. Perinde
 quasi fidem aduocationis implere non possint, nisi & inimicitias litigatorum
 suorum causa susceperint. At enim causæ inseruiendum. etiamne anteq̄ causam
 pernouerint: etiam eousque vt ex professo inimici personam induant: est certe
 quatenus causæ id poscere videantur, sed multi non tam liti q̄ litiganti subser-
 uiunt. Litem suam facere Græci *παιρ κρισιν ιδ'ου* dicunt. Liuius libro tertio ab
 Vrbe condita circa finem, litem in rem suam vertere dixit, pro eo quod est rem
 inter duos controuersam adiudicare sibi. quod est cum iudex ita cum litigato-
 ribus agit, vt ei iure suo cedant. Orare, inquit, ne pessimum facinus peiore exem-
 plo admitterent iudices litem in suam rem vertedo. Tribonianus autem huius
 operis, id est Pandectarum architectus, qualis vir fuerit ex Sudæ monumentis
 apparebit: sic enim ad verbum græce inquit, Tribonianus natione græcus cū
 omnis religionis contentemptor erat, tum vero imprimis à christiana fide ab-
 hortens, assentator & fraudulentus, vt qui Iustiniano Principi persuaserit mor-
 tem eum non appetiturum esse, atq; in cælum cum carne assumptum iri. Que-
 stor Iustiniani fuit, tanta vi ingenii præditus vt doctrina præstantissimus euase-
 rit, ac nulli æuo suo secundus. Cæterum auaritiæ eousq; indulgens vt lucro ve-
 nale ius habendum semper duxerit. Nam & leges quotidie ferme fordida di-
 uindinatione antiquare identidē ferrēq; instituerat, vt cuiq; commodum esset.
 Hic cum diu post honorem adeptum superuixisset, morbo tādē interiit, nihil
 profus molestiæ à quoq̄ vnq̄ passus. Erat enim sermone blandus & alioqui
 suavis, auaritiæ quoq; morbū doctrinæ præstantia facile obūbrare poterat, τῶν
 δὲ νόμων ἡμέτερος ἐκ τοῦ ἐπιπλάσσειν ἑκάστω, τὸς μὲν ἀνίρηαι, τὸς δὲ ἐγχαφει ἀπειμῶν τῶν θεο-
 μύσειων. Ἡ δὲ πῶν γέσταιν ἑκατέρωθεν. ἐπὶ δὲ πῶν ἀπὸ τῆς ἀμῆ, ἐπιλόμπασε νόσων, ὅθεν ἄχαρι πρὸς τὸ
 δὲ πῶν ἀπὸ τῆς γούρ, διμύλθου καὶ τῆς ἀλλὰ, ἡδύς, καὶ φηὶ ἐπιλοχρηματίας δὲ νόσῃμα, ἐπισκίόσαι
 ἡκωώτατ' ἢ τῆς φηὶ πῶν ἀπὸ τῆς πρὸς τῆς. Idem de Iustiniano loquens ita inquit, ἰσκηναυδὸς
 δὲ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ δὲ διοξότατ' ἦν ὃ ἀμάδκτ' ἡραμμάτων ἀπάντων, ἢ δὲ δὲ λεγόμενον
 ἐναλφάβκτ'. Iustinianus Romanorum Imperator imprimis orthodoxus: hic li-
 terarum omniū expers fuit, atq; etiam (quod aūt) analphabetus. Analpha-

Litem suam
facere.

Litem in rem
suam vertere.

Tribonianus

Iustinianus.
Analphabeta
tus.

Litera abe-
cedariae.

beti à Græcis dicuntur homines qui ne elementarias quidem literas nouerunt, quas Fulgentius abecedarias appellat in tertio Mythologicôn. Hic tamen est qui omnia iura in pectore condita habuisse creditur, atq; etiam in promptuario quodam omnis antiquitatis, ne quid vsq; in iuris ciuilibus voluminibus vel tantulum discreparet. Verum ut ad rem redeamus, Martianus in lege Interdum, infra de Publicanis, Veterana, inquit, mancipia sunt quæ anno in vrbe seruiuerunt. Nouitia autem intelliguntur, quæ anno nondum seruiuerunt. Mirum igitur quid sit q; non spatium seruiendi æstimandum veteratorem Celsus ait, sed genere & conditione seruiendi. Veterator seruus quis sit, nemo ignorare potest qui Comicos legerit. à Græcis nisi fallor $\omega\lambda\iota\mu\beta\omicron\lambda\omicron\varsigma$ dicitur, id est $\omega\lambda\iota\mu\beta\omicron\lambda\omicron\varsigma$ $\tau\omicron$, qui diuturna ac multiplici & sæpe commutata seruitute astutus & uaser euasit. Hoc autem uerbum transfertur & ad liberos homines. Cicero in secundo de Finibus, Acutum, versutum, veteratorem, facile ut excogitet quomodo occulte sine ullo cōscio fallat. Idem in Bruto de Cethego oratore loquens, Huic de repub. satis suppeditabat oratio, totam enim tenebat eam penitusq; cognorat. Itaq; in Senatu consulariam dignitatem assequabatur, sed in causis publicis nihil, in priuatis satis veterator uidebatur. Veterator aduocatus dici hodie potest, qui diu ac multum in foro versatus, omnes litiū trahendarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi ludificationes, omnes præhensiones nexiq; lubrici litiū certaminis tenet, qui in ancipiti forensium salebrarum Marte bellissime insidias disponere atque etiam prouidere nouit. sed is proprie (ut uo uerbo absoluaui) qui eam se artem scire atq; exercere profitetur, qua arte causa inferior, superior euadere vel reclamante equo bonoq; possit. Idq; quod Græci dicunt $\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\sigma\omicron\varsigma$ $\lambda\omicron\gamma\omicron\sigma\omicron\varsigma$ $\kappa\rho\acute{\epsilon}\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\sigma\omicron\varsigma$ quam olim professionem factitasse Sophistas Cicero in Bruto, & Gel. in quinto meminerunt. Veterator in omni arte & instituto dicitur qui ea astutia ac subdola solertia utitur quam lingua vernacula ruzam uocamus. Inde ueteratoriuum pro subdolo ponitur & impostorio. Cicero in Bruto de Turio Oratore loquens, At in inueniendis componendisq; rebus mira accuratio, ut facile in nullo diligentiore maiorēq; cognouerim, sed eam ut citius ueteratoriā q̄ oratoriā diceret. Idem de Iulio Cæsare qui postea repub. oppressit, Hanc cū habeat præcipuā laudem in cōmunibus, non uideo cui debeat cedere. splendidā quandā minimeq; ueteratoriā rationē dicendi tenet. uoce, motu, forma magnifica & generosa quodammodo idem in prætura urbana. nihil ab isto uasrum, nihil ueteratoriuum expectaueritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur. Propterea honestos & probos aduocatos diu in foro versatos, ueteranos nō ueteratores appellauerim, ut milites ueteranos, quibus opponuntur tyrones, id est nouicii. Idem in Diuinatione, Apuleiū esse uideo proximū subscriptorē, hominē nō ætate sed usu forensi atq; exercitatione tyronem. id est non tam ætate nouiciū q̄ inertia. Inde tyrociniū dictum cū in forum primū oratores futuri deducebantur, quasiq; oratoriæ arti initiabantur & agendis causis. Huiusmodi enim artis exercendæ auspicamentum tyrociniū dicebatur, tuncq; oratores dicebantur tyrones. Tranq. in Nerone, Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit indicta decursione. Idem in Aug. Decimūtertium Consulatum biennio post ultro petiit, ut Caium & Luciū filios amplissimo præditus magistratu, suo quēq; tyrociniū deduce-

ret in forum. Idem in Tyber. Neronem & Drusum patribus comedauit, dieq;
 vtriusq; tyrociniū congiario plebi dato celebrauit. Plinius libro. viii. Tanaquil
 prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur no
 uaq; nuptæ. Togam autem puram sumebant adolescentes tyrociniū die posita
 prætexta puerili. Hæc toga quæ etiam virilis dicebatur, in Capitolini Iouis tē
 plo sumebatur auctore Valerio libro quinto. à Græcis hoc δοκιμασθῆναι ἐς ἀν
 δρας dicitur, καὶ ἐς ἀνδρας ἐγγραφῶσαι, vt Isocrates in Panathen. & simpliciter δοκι
 μασθῆναι, vt Demosthenes ἢ μεδῆς, εἰσέφορον ἀπὸ τοῦ λόγου ὅτι πατὴρ μοι κατέλιπε, ὅ
 ῥα δὲ καὶ ἢ με δοκιμασθέντα, κομισαοῦ, id est ἐς ἀνδρας ταχθέντα, id est cum in meā
 tutelam venissem, vt Iuriscōsulti loquuntur. Aulici dicūt ex pueris asseclis ex
 cedere, quos vulgo mangones regis appellant. Terent. hoc modo ex ephebis
 excedere dixit, Nam is postq̄ excessit ex ephebis Sofia, liberius fuit ei viuendi
 potestas. Et excedere è pueris, Cicero pro Archia. Trāffertur & ad alia tyrocī
 nium, & pro cuiusq; artificii rudimento ponitur. Plinius libro. vii. Valeria Em
 boliarā reducta est in scenam ludis pro salute diuī Augusti votiuis, annuū cen
 tesimū quartum agēs, quæ producta fuerat tyrociniū à Marco Pompeio Aedili
 plebis ante annos nonagintaunum. Tyrociniū mimæ vocauit Plinius, vt ty
 rociniū patroni & oratoris, tracta metaphora à tyrociniū militari. Cicero in
 primo de Orat. Fateor enim callidum quendam hūc & nulla in re tyronem ac
 rudem, nec peregrinum ac hospitem in agendo esse debere. Idem in Sallust. At
 hercle lapsus ætatis tyrociniū postea se correxit, id est incitiā & ignorantia.
 Plinius de nauibus dixit per metaphoram lib. xxiiii. Zopissam eradi nauibus
 diximus cera marino sale macerata. optima hæc à tyrociniū nauium. Tyrocī
 niū nauū vocat cū primū mari cōmittuntur, & veluti in Neptunū militiam
 conscribuntur. Facere tyrociniū & ponere rudimētum latine dicitur, id quod
 vernacula lingua caput operis facere dicunt. id est initium opificiū, cū opifices
 specimen artis edentes magisterio decorantur. Tyrociniū etiam latine dicitur
 quod vulgus nostrum deuirginationem appellat, id est artis cuiusq; aut insti
 tuti auspiciatum, & industriæ propriæ probationem & experimentum. Tyrocī
 niū igitur animi hoc in loco Venuleius eleganter pro simplicitate & rudimē
 to posuit. elegantius tamen ipse q̄ verius locutus, his verbis, Nouiciū autem
 non tyrociniū animi sed conditione seruitutis intelligi. Et paulo antè, Sed vete
 ratorem non spatio seruiendi sed genere & causa æstimandum Celsus ait.

Toga pura
& virilis.Ex asseclis
excedere.Facere tyro
cintum.Specimen
edere.

Vespertilio

Nycterus;

Ex lege Si ita quis, de eucti.
 ¶ Sanū esse, furē nō esse, vespertilionē nō esse. Vespertilio (vt arbitror) verbū
 est circūforaneū & ex formula venalitorū sumptum, pro eo fortasse quem alibi
 myopem dixit, id est qui interdū exiliter videt, & vesperi iustam aciem habet,
 qui luscitiosus latine dicitur, ab auium (vt videtur) vespertilionū similitudine.
 Ouid. in. iiii. Metamor. Lucemq; perosæ Nocte volant, seroq; tenent à vespere
 nomen. Vt autem Vespillonem legatur pro sandapilario sensui non congruit.
 Sadas auctor est Cherephonta quēdam philosophum nycterida, id est vesp
 rilionem ob id dictum q̄ philosophando expalluisset & supra modum emacia
 tus esset. Martianus in lege Qui decem, infra de solutionibus, Num ergo & si
 vespertilionē, aut alias turpē dederit hominē, idem sit? Iuriscōsulti autē interdū
 eam licentiam sibi permittūt, vt verbis triualibus & circūforaneis aut castre

Verispellis. sibus pro legitimis & pure latinis utantur. Quò fit, ut difficilior sit interdù verborum apud eos enarratio, cū ea verba apud auctores nunq̄ reperiatur. Quid si verispellē legamus? Plī. li. viii. Homines in lupos verti rursūmq; restitui sibi, falsum esse cōfidēter existimare debemus, aut credere om̄ia quę fabulosa tot securis cōperim⁹. Vnde tamē ista vulgo infixa sit fama, in tātū vt in maledictis verispelles habeantur, indicabitur, & reliqua. Meminit etiā Aug. lib. xviii. de Ciuit.

Ex lege Herennius, eodem titulo.

Laudare. Et quæstione mota fisci nomine auctorem laudauerat. Laudare (inquit Nonius) significat nominare. Plautus in Capt. Iouem supremum testem laudo Egio me infidelem non futurum Philocrati. Quo tamen in loco non testem laudo sed testem do vulgo legitur, sed mēdole, vt ex Nonio apparet. Vnde apud Maronem in tertio Georg.

Quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busridis aras?

Illaudati, id est ne nominandi quidem. Laudare (inquit Macrobius in. xvi. Saturnalium) significat prisca lingua nominare appellareq; , Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, id est nominari. Illaudatus ergo Busris, id est ille

Auctor laudatur.

laudabilis & nunq̄ nominandus. Hæc ille à Gellio accepta lib. secūdo nocturnum Atticarū. Laudare tamē quod verbū est ipsum iuris si quis diligēter aduertat, non modo nominare, vt Gellius & Macrobius & Nonius dixerūt: sed etiā nominatim citare significat, & appellare, hoc est iudicio dictato interpellare. M. Tul. lib. iiii. de Orat. de Carneade loquēs, Huius ego & si multos auditores cognoui Athenis, tamē auctores certissimos laudare possum & socerū meū Scæuolā qui eū Romę adolescēs, & Q. Metellū familiarē meū qui illū a se adolescēte Athenis iam affectū senectute multos dies auditū esse dicebat. Idē in eodē,

Atq; hæc quidē ab his philosophis, quos tu maxime diligis Catule, dicta sunt: quod eo sepius testificor q̄ auctoribus laudandis ineptiarū crimen effugiā, id est his philosophis nominatim citandis, & tanq̄ ad testimoniū dicendum euocandis: quos auctores harū rerū habeo. Idē pro Flacco, His tu igitur epistolis Deciane recitatis, his mulierculis productis, illo absente auctore, inquit, nominato & teste huius criminis citato. Gel. lib. iiii. Varro vndecimo mēse nasci hominē posse dicit, eiusq; sententiæ Aristotelē laudat auctore. Pōponius in. l. tenetur, supra de act. empt. Si tibi iter vendidero, ita demū auctore me laudare poteris si tuus fuerit fundus cui acquirere seruitutē volueris. Laudare auctore Modestinus & Pomponius, quo modo & Cicero pro nominatim citare posuerūt, & ad sui defensionē accersere appellareq; , quod vulgo summare dicimus. In quo significato etiā accipitur in lege secūda De in litem dando tutore, Cod. Id autē Gellius Macrobiusq; significare mihi videntur cū dicūt laudare prisca lingua esse nominare appellareq; . Appellare enim est iudiciū dictare, vt Iuriscōsulti loquuntur. Græci *δίκην λαγχάνειν* vocāt, vel etiā citra iudiciū interpellare. Columel. lib. pri. de officiis patrisfamilias erga colonū loquēs, Nec sane est vindicandū nobis quicquid licet: nā summū ius antiqui summā putabāt crucē . nec rursus in totum remittendū : nā vel optima nomina non appellando fieri mala scenerator Alphius dixisse seuerissime fertur. id est nō interpellādo. hoc enim appellare elegātiores auctores non interpellare vocāt. Cicero pro Quintio , Quis tā negligē

Appellare.

genis? quis tā tui Sexte dissimilis? qui cū res ab eo quicū contraxisset, recessisset, & ad heredē peruenisset, non heredē cū primū vidisset, certiorē faceret? appellaret? rationē afferret? si quid in cōtrouersiam veniret, aut intrā parietes, aut summo iure experiretur? id est reposceret debitū, & rationem cū eo iniret, & id quod cōtrouersum esset, aut domesticis arbitris aut forensibus cōmitteret. Et in pri. de Offi. Cauendū etiā ne maior pœna q̄ culpa sit, & ne iisdē de causis alii plectātur, alii ne appellentur quidē. Plin. in Epist. Libera tandē hēdecasyllaborū meorū fidem qui scripta tua cōmunibus amicis sponderūt. appellātur quod tidie & efflagitantur, ac iam periculū est ne cogātur ad exhibēdum formulam accipere, id est ne actione dictata cogātur exhibere scripta tua. Qz autē auctor sit verbum iuris, & eū significet à quo quis ius in re cōparauit, aut aliās quæsiuit, satis ex superioribus exēplis liquet. Quibus auctoritas Ciceronis accedit, qui in vlti. in Verrem act. ita inquit, Nam statim L. Metellus, vt isti successit ex C. sacerdotis & Sexti Peducei instituto frumentū Mamertinis imperauit. tū illi intellexerunt se id quod à malo auctore emissent, diutius obtinere nō posse. Auctoritas etiā nomen est vnum ex iis quæ dominū rerū perficiūt. Idē de Arusp. responsis, Multę sunt domus in hac vrbe Patres cōscripti, atq; haud scio an pene cunctę: iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mācipii, iure nexi. Quo modo intelligi debet Venuleū dictum in l. vlt. de euictionibus, Si alienā rem mihi tradideris, & eandem rē pro derelicto habuero, amitti auctoritatē, id est actionem pro euictione placet. Illud Ciceronis, iure auctoritatis significat iure vsucapionis quā p̄scriptionem vocat: quę sito ab auctore cuius causam sequitur qui ab eo rem quęsiuit quouis modo legitimo & ciuili, id quod liquet ex oratione eiusdē pro Cecinna: Lex, inquit, iubet vsū & auctoritatem fundi esse bienniū: ac vtimur eodē iure in ædibus quæ in lege nō appellātur, id est de quibus lex siluit. Vsum & auctoritatē vocauit vsucapiedi cōditionē, quę olim erat bienniū in rebus soli: vt auctor est Iustinianus in secundo Institut. Et in Topicis, Item quod in re pari valet, valeat in hac quę par est: vt quoniā vsus & auctoritas fundi bienniū est: sit etiā ædium. Apud Gellium autē lib. xvi. illa legis Attinię verba, Quod subreptū erit, eius rei æterna auctoritas esto, hoc significare cęseo, quod in causa furti ceciderit, nullo tēpore quīs longissimo vsu & auctoritate quęrat. R. ei, inquit, furtiue nō annuus vsus sit & auctoritas: aut bima trimāue dies, sed æterna. res enim furtiue & vi possessę vsucapi lege. xii. tab. & l. Attilia nō possūt, vt dicit Iustinianus. à Gel. tamē Attilia lex dicitur non Attilia: nisi mēdū est. Sic intelligēda verba eiusdē Cic. pro Cecinna, Fundus à patre relinqui potest: at vsucapio fundi, hoc est finis sollicitudinis ac periculorū litiū, non à patre relinquitur, sed à legibus. Aquæ auctus, haustus, iter, actus, à patre: sed rata auctoritas harū rerū omniū in re ciuili sumitur. Ad quā significationē auctoritatis alludit Plaut. in Trin. his verbis, Qz si exquiratur ab stirpe auctoritas: vnde quicq; auditū dicat, nisi id appareat, famigerator cū dāno sit. Ceterū à laudādo, id est nominando auctore Laudimias quas vulgo dicimus deductas esse puto. Emptor enim nominare auctore suū domino soli tenetur intra paucos dies, & ab eo rē mācipio accipere, quod vulgo inlesinari dicūt. alioqui multa committitur. Quin & alaudii appellatio ab eodē verbo profecta esse videtur, q̄ qui p̄dīa eo iure habeāt laudare auctore

Auctor.

Auctoritas.

Alaudium.

In fide esse.

suū nemini teneretur, vt qui nullū solī dominū agnoscāt nec patronū, id est qui in nullius fide sint: sic em̄ latine dici debet. Cic. pro Plāc. Eorūmq; preces & vota de meo reditu exaudiēs, Dyrrachiū quod erat in fide mea petere cōtendi. Et alibi in eadē oratione, Iter à Vibone Brundisiū terra petere cōtendi, cū omnia illa municipia quæ sunt à Vibone Brundisiū, in fide mea iudices essent. Moris autē fuit apud antiquos, vt prouinciales & socii Po. Rom. in clientelā sese darēt proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabāt nō modo publice, sed etiā priuatim, ut vt cliētes eorū diceretur, inter se vero hospites. Ferebat autē id huiusmodi necessitudo, vt clientes perpetuo patronorū suorum patrocinio caput ac fortunas suas tueretur, vicissimq; ipsi patronos suos omni obseruatiā atque obsequio colerēt & veneraretur. Cic. in Diuinat. Clarissimi viri nostrę ciuitatis tēporibus optimis hoc sibi amplissimū pulcherrimūq; ducebāt, ab hospitibus clientibusq; suis, ab exteris nationibus quæ in amicitia Po. Ro. ditionēq; essent, iniurias propulsare, eorūq; fortunas defendere. M. Catonē illū sapientē, clarissimum virū & prudentissimū, cum multis graues inimicitias gessisse accepimus propter Hispanorū apud quos Cōsul fuerat iniurias. Hoc ius necessitudinis nō personale, sed gentiliū erat ad agnatos & gentiles trāsiens. Idē, Scit hoc Caius Marcellus, scit is quē adesse video Lētulus Marcellinus, quorū fide & presidio Siculi maxime vtūtur, q; omnino Marcellorū nomini tota illa prouincia adiuncta est. Idē in Verrē act. v. Itaq; nūc Sicularū Marcelli nō sunt patroni. Verres in eorū locū substitutus est. Quā in te tantā virtutē esse aut dignitatē arbitratus es, vt conarere clientelā tā illustre tā splēdidæ prouinciæ abducere, & auferre à certissimis antiquissimisq; patronis: tu ista stultitia, nequitia, inertia, non modo totius Siciliæ, sed vnus tenuissimū Siculi clientelā tueri potes? Idē Philippi. ii. Vexauit Puteolanos q; Caiū Cassiū, q; Brutos patronos adoptassent. Dicebatur autē illi cōferre se in fidē ac clientelā patronorū, patroni autē cliētis in fidē recipere. Idē pro Roscio Amerino, Nā cū multos veteres à maioribus Roscii patronos hospitesq; haberēt, omnes eos colere atq; obseruare destiterūt, ac se in Chryfogoni fidē ac clientelā cōtulerunt. Hoc in loco de priuata clientela locutus est, id est vnus familiæ, nō de publica, vt superioribus exēplis. Gellius huius necessitudinis meminit lib. v. Massurius, inquit, Sabinus in lib. Iuris ciuiter. antiquiorē locum hospiti tribuit q̄ cliēti. cuius verba hæc sunt, In officiis apud maiores ita obseruatum est. primū tutelæ: deinde hospiti: deinde cliēti: tū cognato: postea affini. Idē ex oratione Cat. Aduersus cognatos pro cliente testatur: testimoniū aduersus clientē nemo dicit. Patrē primū: postea patronū proximum nomen habere. Hūc morē clientelarū vetustissimū Gallis fuisse auctor est Cæs. lib. vi. de bel. Gallico his verbis, In Gallia nō solū in omnibus ciuitatibus atq; in omnibus pagis partibusq;, sed pene etiā singulis domibus factiones sūt. Earū factionū sunt principes qui summā auctoritatē eorū iudicio habere existimantur, quorū ad arbitriū iudiciūq; summa omniū rerū cōsiliūq; redeat. Idēq; eius rei causa institutum esse videtur, ne quis ex plebe contra potentiorē auxiliū egeret. suos enim opprimi quisq; & circūuenire nō patitur. Neq; aliter si faciat vllā inter suos habet auctoritatē. Hæc eadē ratio est in summa totius Gallie, nāq; omnes ciuitates in partes diuisæ sunt duas. Cū Cæsar in Gallia venit, alterius factionis principes erāt Hedui, alterius Sequani. Hi cū per se minus vale-

*Clientes.**In fidem se conferre.**Clientela.*

rent, q̄ summa auctoritas antiquitus erat in Heduis, magnæq; eorum erāt cliētelæ, Germanos atq; Ariouistum sibi adiūxerāt, eosq; ad se magnis iacturis pollicitationibusq; perduxerāt. Præliis vero cōpluribus factis secundis, atq; omnī nobilitate Heduatorum interfecta, tātum potentia antecesserāt, vt magnam partem cliētium ab Heduis ad se traducerent, obsidesq; ab iis principū filios acciperent, & publice iurare cogent nihil se contra Sequanos cōsiliū inituros. Et paulo post, Aduētū, inquit, Cæsaris facta cōmutatione rerū, obsidibus Heduis redditis, veteribus clientelis restitutis, nouis per Cæsarem cōparatis: q̄ ii qui se ad eorū amicitia aggregauerant, meliore cōditione atq; imperio equiore se vtī videbāt, reliquis rebus eorum gratia dignitatēq; amplificata: Sequanī principatum dimiserāt. Et rursus, Hi autē qui propter veteres inimicitias nullo modo cū Heduis cōiungi poterāt, se Rhemis in clientelā dederūt. Hos illi diligēter tuebantur. ita & nouā & repente collectā auctoritatē tenebant. His verbis accurate perpēsis, ac ne perpensis quidē, sed tantum animaduersis: nemo est (vt arbitror) qui nō hanc nostrā feudorum cōsuetudinē ab illa clientium obseruatia in patronos, & fide patronorū in clientes, oriundā esse iudicet. Itaq; quos uallos vocāt, clientes latine appellare soleo: & clientelā obseruatia ipsam & obsequium quod homagiū dicunt, clientaris officii sponsonē agnitionēq;. In uerbis feudorum apparet clientelā & beneficiū olim hoc uocātū fuisse: & res beneficiarias uocatas, quæ hoc iure possidentur. Et abnegare beneficiū eos qui nō agnoscunt. Q̄q; clientela interdū clientium multitudinē significat, vt famulorum, & ministeriū ministrorū, vt in lege Deniq; de pignoribus, & equitiū equorū armētum, & custodia eos qui custodiuntur, id est reorū multitudinē, & sodalitiū sodaliū cœtum, & comitatus comitū, id est asseclatorum, & operæ operarios apud Suetonium, & apud Ciceronē homines redēptos & cōductos. Sicut apud Græcos *δραπέα* obsequium significat, & cliētium turbā, *τραυζία* sodales & sodalitatē: sic *δολία*, *ιαβία*, *πρισβία*, *πενεσία* & *πλῆθ* significāt. In fide autē alicuius esse, id est quod feudum tenere ab aliquo dicunt. Fides enim auxiliū & tuitionē significat. Cæs. lib. ii. de bel. Gallico, Cæsar honoris Diuitiaci atq; Heduorū causa sese eos in fidē recepturum & cōseruaturū dixit, id est (vt uulgi uerbo dicā) in saluā gardiā. Cic. in Pisonem, Eūmq; seruis symphoniacis & aliis muneribus acceptis timētē multūmq; dubitatē cōfirmasti, & Thessalonica fide tua uenire iussisti, id est sub tua asseclurā, vt uulgo dicimus. Inde illa locutio, Deorum hominūmq; fidē implorare, id est auxiliū, vt solēt ii quibus aliqua fit iniuria, aut aliqua uis infertur. Verba autē ad eā rem pertinentia sunt hæc, Inicere manum prædio clientelario, id est sæsire feudum. Et emancipare prædium vt alibi diximus, pro eo quod est à clientela sese eximere, & vt uulgo dicūt deponere fidē, & aliū in locum suum substituere. Patronus emancipio dare fundum dici potest, & in fidē suā clientē accipere, id est in patronium & tutelā. Cliens autē emancipio accipere, & fidem patroni sequi, & in fidem se cōferre, & clientelā exhibere vel obsequium præstare & huiusmodi alia, & alienato prædio obsequium exuere, vel clientelam. Is autem qui patronum agnoscere non uult, cōtrouersia sui facere dici potest, & clientelæ se eximere, & clientelā beneficiariaq; cōditionē inficiari, quod si temere faciat, in fraudē id est pœnā incidisse dicitur, id est prædiū cōmississe, Comittere autē uulgo cōfiscare

Beneficiū & ipsum abnegare.

In fide esse.

In fidem recēpere.

Emancipio fundum dare.

Cōtrouersia sui facere.

Committere.

dicunt. Cic. in Verrem act. iii. Est in eo testamento quo ille heres esset, scriptum ut statuas in palæstra deberet ponere: faciemus ut palæstræ negent esse potestates, petant hæreditatem, quæ eam palæstræ commisisse dicant. Paulus de negociis gestis, Si periculum erat ne prædicia in publicum committerentur. Inde commissæ in titulo de publicanis. Sunt & illa verba, Catalogum rerum clientelarium subtelariumque exhibere, id est enumeramentum, ut etiam vulgo dicitur, annuum patrono offerre, aut quintum quæque subquintumque nummum precii. Iuxta obsequia exhibere, dare manus supplices atque obsequiales, osculum obsequiose porrigere, in verba iurare, sacramento adigi. At vero patronus obsequia admittere dicitur debet, & osculo in fidem recipere. Et verba præire, & iureiurando distinctum clientem adigere, manus iniectioem remittere. Manum iniectam tollere, in fidem suscipere: quod sine fraude sua aliorumque fiat, id est salvo suo alienorumque iure. Livi lib. vii. Fœcialis regem interrogavit, Rex facis ne me tu regium nuncium, populique Romani Quiritium vasa comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio. Dicitur & apocham admittæ clientelæ dare, & cliens antapocham exhibita, quod aduotamentum lingua vernacula dicitur, id est agniti patroni testificatio. Quod vulgo tolerantiam appellat, precarium clientelæ latine dici potest, ut cum dicimus patronum clientem indulgisse ut precario possideret, vel clientem precarium obtinuisse, vel annum, vel quinquennale, vel aliud quantumcunque, quod minoribus viginti annis necessario datur: ab usque suo iure postulatur. Iurisconsulti precarii verbo utentes: precario rogare dicunt, & precario concedere. Non melatet precarium esse quod quandoque reuocari potest, id est est quod nec statutum tempus, nec certum usum habet, sed aliud verbum non habemus quo magis id significare possimus. Prædicia autem olim quædam pensitativa dicebantur, quædam immunia. Pensitationum tria erant genera, ut inquit Alconius, canon, oblatio, indictio, de quibus alibi diximus. Quæ immunia prorsus erant, id est ut nunc loquimur, alaudialia, ea optimo iure prædicia dicebantur. Cic. de lege Agr. Optimo enim iure ea sunt profecto prædicia quæ optima conditione sunt. Libera meliore conditione sunt quam serua. capite hoc omnia quæ seruibat, non seruiet. Soluta meliore in causa sunt quam obligata. eodem capite legis tue subsignata omnia: si modo Syllana sunt, liberantur. Immunia meliore conditione sunt quam illa quæ pensitant. Ego Tusculanis pro aqua crebra vectigal pendam qui incipio fundum accepi, si à Sylla mihi datus esset, Rullii lege non penderem. Qui vero rerum prædialium periti erant ii prædiatores vocabantur, quo nomine hodie appellari possunt homines in iure prædicatorio periti. Cic. pro Cornelio Balbo, Etenim Quintus Sæuola ille Augur cum de iure prædicatorio consuleretur, homo iuris peritissimus consultores suos nonnunquam ad Furium & Casellium prædiatores reuocabat. Idem ad Att. lib. xii. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis. xxv. spopondisse dicit Flavius, & si reus locuples est & Apuleius prædiator liberalis: tamen velim des operam ut inuestiges ex consponsorum tabulis sit ne ita. Libera indictio vel arbitraria dici potest de iis, qui vulgo taleabiles ad voluntatem dicuntur. Est enim libera domino indictio in huiusmodi obnoxios vel ascriptios homines, ut arbitrato suo inducere quantamuis collationem ei liceat.

Ex lege Cum quidam. §. Fiscus. in tit. de Usuris.

¶ Fiscus ex suis contractibus usuras non dat sed ipse accipit, ut solet à fornicariis

Quod sine fraude sua aliorumque fiat.

Precarium.

Pensitare.

Optimo iure prædicia.

Prædiatores

qui tardius pecuniam inferunt. Fornicarii sunt opifices & propolæ & instito- Fornicarii.
 res qui tabernas è fisco conducunt sub fornicibus vt ibi merces suas venales
 habeant, cuiusmodi esse solent in porticibus fori venalium, id est macelli quas
 Fallas appellant. Fornices autem arcus erant in memoriam rerum à trium Fornices.
 phalibus viris gestarum extructi quasi monumenta victoriarum. Cicero libro se-
 cundo de Oratore, Etiam illa ridenturque minuendi aut augendi causa ad in-
 credibilem admirationem efferuntur, velut tu Crasse in concione, ita sibi ipsi
 magnum videri Memmium, vt in forum descendens caput ad fornicem Fabii
 demitteret.

Ex. I. Seia, eodem titulo.

¶ Nisi sua quaque die vsuræ soluerentur. vt infra, Non tamen in ampliore qua-
 titate vsurarum conueniri possit q̄ eius pensionis nomine quæ egressa est die
 præstitutum. Sensus exposcit vt etiam refragantibus exemplaribus, nõ quaque
 die sed quaque, nec q̄ pensionis, sed præterq̄ pensionis legatur.

Ex. I. Si bene collata, eodem titulo.

¶ Dummodo non acerbum se exactorem nec cõtumeliosum præbeat, sed mo-
 deratum & cum efficacia benignum & cum instantia humanum. nam inter
 insolentiam incuriosam & diligentiam non ambitiosam multum interest. Sic
 quidem legit Accursius: qui etiam hæc verba interpretando ineptire mihi vi-
 detur. Ego vero locum hunc mendosum esse, sicq; emendandum censeo, Nam
 inter insolentiam curiosam & diligentiam non ambitiosam multum interest.
 Solers est acer & industrius, cui opponitur non insolens, sed iners. ideoq; nõ in- Insolentia.
 solentia, quod latinum non est, sed insolentia lego. Est autem insolentia, cum eo
 genere peccamus quod vsitatum non est. vt cum insolentem hominem di- Αλαζονία
 mus, significantes præferocem & ultra modum vsitatum elatum. Greci ζοία.
 vocant. Cicero in secundo de Oratore, Tum si erunt honestiora atq; gra-
 uiora: tamen non esse tanti vlla merita quanta insolentia hominis quantum fa-
 stidium. Insolentiam pro fastu inaudito aut insolito posuit. Et pro Cluentio, iam
 insolentiam noratis hominis, noratis animos eius ac spiritus Tribunitios. Quod
 odium dii immortales: quæ superbia: quanta ignorantia sui: q̄ intolerabilis ar-
 rogantia: Idem in Bruto, Insultatam enim & insolentiam tanq̄ insaniam quæ
 dam orationis odit. sanitatem autem & integritatem, quasi religionem & ve-
 recundiam oratoris probat. Et in Oratore perfecto, Gorgias autem auuidior est
 eius generis, & iis festiuitatibus (sic enim ipse cæset) insolentius abutitur. Insolē-
 tius non pro elatius aut fastidiosius dixit, sed pro immoderatus & præter mo-
 dum solitum. Sic insolentem exactorem Vlpianus intellexit durum & acer- Curiosus.
 bum, & omnino nihil remittentem. Curiosus est qui à Grecis periergos dici- Periergos.
 tur, à nimia & inusitata cura agendarum rerum, propter quod in vitio ponitur Ambitosus.
 periergia, id est anxietas, & veluti diligentia redundantia. Ambitosus aucu-
 pator est gratia, id est philotimos. Cicero pro Cluentio, Hoc in reo qui absol-
 uit, ambitiosus: qui distulit, cautus: qui condemnauit, constans existimatur. Idem
 pro Murena, Quibus Lucius Lucullus tantum laudis impertit quantum neq;
 ambitiosus Imperator, neque inuidus tribuere alteri in communicanda gloria

solet. Tranquillus in Augusto, Neq; post bella ciuilia in concione, aut per edictum vltos militum commilitones appellabat, ambitiosus id esse existimans. *Ambitiosus.* q̄ aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua maiestas postularet. Ambitiosus in his exemplis pro gratiæ præcupido ponitur & affectantius blandiente ad emerendum fauorem. Ambitio enim præter notum significatum, obsequium gloriosum significat. Tranquillus in Othone, Nullo officii aut ambitionis in quenq̄ genere omisso. Ambitus etiam pro aucupatione gratiæ & vitiosa emerendæ famæ cupiditate à Quintiliano ponitur libro quarto. Est enim, inquit, nonnunq̄ prauis iudicibus hic ambitus, aduersus amicos aut pro iis quibuscum simultates gerunt, pronuntiandi, faciendiq; iniuste ne fecisse videantur. Idem libro duodecimo, Summouendum verò est vtrūq; ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam suam: vel illud etiam iactantius minores vtique contra dignitatem attollendi. non enim fortuna causas vel iustas vel improbas facit. Ambitiosa decreta, infra de decretis ab ordine faciendis, non ea intelligenda sunt, quæ per largitionem facta sunt, vt Accursius intellexisse videtur, sed quæ per gratiam. Tria enim sunt quæ iudicia corrumpere solent, ambitio, odium, & sordes, id est auaritia. Quintilianus in quarto, Sed præcipua in hoc dicentis auctoritas si omnis in subeundo negotio suspitio sordium aut odiorum aut ambitionis abfuerit. Plinius in tertio Epistol. Etenim tum maxime fauor & ambitio dominatur cum sub aliqua specie seueritatis delitescere potest. Tranquillus in Domit. Plerunq; & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas Centumuirorum sententias recidit. nummarios iudices cum suo quenq; consilio notauit. Liuius, Consul cum satis ambitiose partem vtrūq; fouendo incerta respondisset, & reliqua. Idem libro nono de bello Maced. Carminaque à militibus in Imperatorem dicta, vt facile appareret in iudicem indulgentem ambitiosumq; ea dici, triumphumque magis militari fauore q̄ populari celebrem. De sordibus iudicum Cicero Philip. prima, Vt enim quisq; sordidissimus videbitur, ita libentissime seueritate iudicandi sordes suas eluet, laborabitq; vt honestis decuriis potius dignus videatur, q̄ in turpes iure coniectas. Idem in tertia, Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus. At verò huius domi inter ciues illius appendebatur aurum, numerabatur pecunia vna in domo, omnes quorum intererat totum imperium reipublicæ nundinabantur. Sordes *Δωροδοκίαι* Græci vocant, & sordidos iudices *Δωροδοκούς*. A recentioribus etiam quibusdam fures huiusmodi iudices dicuntur, imitatione Græcorum qui *κλέπτας* appellant, vt à Lampridio in Alexandro, & Vopisco in Aurelio. Iudicia autem obscœna, id est stupris & adulteriis corrupta, constuprata à Cicerone luculento verbo vocantur. Sic enim ad Atticum inquit libro primo, Etenim post profectionem tuam primus (vt opinor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ. In qua ego nactus (vt mihi videbatur) locū refecandæ libidinis & coercendæ iuuentutis, vehemens fui, & omnes profudî vires animi atq; ingenii mei, non odio adductus alicuius, sed spe non corrigendæ sed sanandæ ciuitatis, afflictâ republica empro constupratoque iudicio. Ambire alioqui est magistratum vel honorem petere, quod brigare re vulgus appellat. latine etiam præhensare dicitur. A Græcis itidem *φιλοφρονείω* dicitur, id est manibus rogando præhendere vt

candidati solebant, id est qui magistratum petitores se profitebantur in comitiis. Tranquillus in Cæsare, Sed cum editis iam comitiis ratio eius haberi non posset, nisi priuatus introisset urbem, ambientibusque ut legibus solueretur multi contradicerent, & reliqua. Sic Sallustius, Singulos, inquit, è Senatu ambiendo effecerunt. id est præhensando blanditiis exorando. Et ambitus huiusmodi contentio gratiosa & blanda dicitur. Tacitus, Patres odio delatoris ut curia eiceretur, contra Agrippinæ ambitum peruicere. Ambitio duplex erat. Vna, lege vetita, unde leges de ambitu latae, cum tributim pecuniæ diuisorum ministerio distribuerentur. Altera non vetita, quæ sine largitione fiebat. Cicero in Sallust. Cedo si fuerim in honoribus petendis nimis ambitiosus. non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem profiteor: sed illam perniciosam contra leges cuius primos ordines Sallustius ducit. Ambitiosum etiam enixum dicunt & affectatum, quod Græci καπεωσδασμύον dicunt, id est ingenti studio factum. Tacitus libro duodecimo de Othone loquens, Fu nus eius maturatum. ambitiosis id precibus petierat ne amputaretur caput ludibrio futurum. Sparta. in Adria. Aurum coronarium in prouinciis minuit, & quidem difficultatibus ærarii ambitiose ac diligenter expositis. Tractum id à Græcis, qui φιλοτιμωες dicunt εντι του υπερωμετρωε ετοιμελωε, id est enixe præter modum. Sic enim ambientes agere solent. In proposito igitur diligentia non ambitiosa est, iusta & accurata, nec nimia nec affectata aut famæ aucupatrix. Nimiam & ambitiosam diligentiam notans Cicero in libro de claris Orat. ita inquit, Caluus cum literis eruditior quàm Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi & exquisitius afferebat genus. Quod quicquid scienter elegantèque tractabat, nimium tamen inquirens in sese atque ipse sese obseruans metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. Itaque eius oratio nimia religione attenuata, doctis & acute audientibus erat illustris: à multitudine autem & à foro cui nata eloquentia est, deuorabatur. Nimia religione, inquit, id est anxia & nimia diligentia ac cura nunquam satis sibi faciente. Eodem etiam pertinet dictum illud Plinianum de Apelle loquentis libro. xxxv. Aliam etiam, inquit, gloriam usurpauit cum Protogenis opus immensi laboris ac curæ supra modum anxie miraretur. Dixit enim sibi omnia cum illo paria esse, aut illi meliora. sed vno præstare, quod manum ille de tabula nesciret tollere. memorabili præcepto, nocere sepe nimiam diligentiam.

Ambitio duplex.

Ambitiosum καπεωσδασμύον

φιλοτιμωες

ambitiosa

ambitiosa

Ex. I. Et in contraria, eodem titulo.

Si mutuatus sum pecuniam ut creditorem tuum absoluam. Non improprie hic ponitur absolvere, ut credidit Accursius, sed elegantissime. Terentius in Adel. Ibo ad forum ut hunc absoluam, id est reddito precio dimittam. Nam veluti ligati sunt quibus debetur aliquid, ut inquit Donatus. Idem in eadem, Obsecro hercle hominem impurissimum quæ primum absoluitote, ne si iritatus fiet, aliqua ad patrem hoc permanet. De lenone loquens qui. xx. minas assidue flagitabat ab Eschino. Simile est liberare & dimittere creditorem. Ulpia. Si filius. fa. accepit mutuam pecuniam ut eum liberaret, qui si peteret, exceptione non summoeretur, Senatus. cons. cessabit exceptio. A Græcis hoc sumptum. Arist. in octauo Ethic. ο υχ, ομοίως δε ηχη αναλλάξας @ διαωδμω @ εγκάλεσαι, id est, Nisi autem

Absolvere creditorem.

Liberare creditorem.

ut contraxerit ita dissoluatur vel dimittatur, ex postulat. de creditore loquens
 qui in diem debitorem sibi obligauit. Idem, γίνεται ἔρ τὰ ἐγκλήματα, μάλιδ' ὅταν
 μὴ ἦτις αὐτῶν συναλλάξωσι καὶ διαλυῶνται. Demosth. πρὸς Ἀπατήριον, τὸν μὲν πρὸς
 ἄρ τὸν ἀπατήρα τὸς χήσας Ἀπατήριον, Hac ratione suos creditores liberauit.
 Apaturius. Et ἦτις τιμοκράτης, ἀπαλλάξει τὸν γαυάμνον. Id est accusatorem corrum
 pere, id est διαφθεῖρα. Et hic identidem Paulus, Si mulier pacta sit ut ex fructi
 bus fundi quem dedit in dotem creditor mulieris dimittatur, an valeat pactus.
 Liviū libro sexto secundī belli Punici, Non ad Romam obsidendam, sed ad
 Capuæ liberandam obsidionem Annibalem ire, id est ad Capuam obsidione
 liberandam.

Ex lege Nihil interest, eodem titulo.

Quod in singulos dies in stipulatum deductum est, ad finem centesimę non
 ultra duplum debetur. Hic textus inuersus est ab Accursio & aliis qui cen
 tesimam vsuram sortem equare credebant, quę opinio iam diu explosa est Her
 molaī Barbari diligentia. Sic igitur hunc locum lego, Ad finem non ultra
 duplum centesimę debetur. Hoc sensu, non posse traiectionem pecuniam ultra
 duas centesimas mereri. Duę autem centesimę poterant deberi pro duobus
 com meatibus. id est pro pecunię traiectione, & mercium retro importatione
 ex ea pecuniā comparatarum, ut in lege prima huius tituli. Propterea Pollux
 libro octauo, scenus nauticum duorum generum ponit. Heteroplum & Am
 photeroplum. Heteroplum est cum com meatus tantum periculum scene
 rator suscepit. Amphoteroplum cum remeatus quoque. Cetesimę autem duo
 rum generum erant. aliqua enim perpetuo scenore ducebantur, & duodenos
 quotannis nummos merebant, quos Plinius ad Traianum duodenos asses ap
 pellant, his verbis, Pecunię publicę vereor ne ociose iaceant. Nam & prædio
 rum comparadorum aut nulla aut rarissima occasio est, nec inueniuntur qui
 velint debere reipub. præsertim duodenis assibus quanti à priuatis mutuan
 tur. Alterę centesimę cum renouatione scenoris anniuersaria ducebantur,
 quas vsuras vsurarum appellant. Cicero verbo græco Anatocismon appel
 lat. sic enim scribit quadam ad Atticum epistola libro quinto, Interim cum
 in edicto translatio centesimas me obseruaturum haberem cum anatocismo
 anniuersario, ille ex syngrapha postulat sibi ius dici. Idem, Clamare omnes
 qui aderant nihil impudentius Scaptio qui centesimis cum anatocismo con
 tentus non esset. Idem, Senatusconsultum modo factum est postquam tu es
 profectus in creditorum causa, ut cetesimę perpetuo scenore ducerentur. Hoc
 quid intersit si tuos digitos noui certe habes subductum. Perpetuo scenore di
 xit pro vno & eodem fine anatocismo. Anatocismus enim vsurę est anniuersa
 ria renouatio, ut Cicero ipse docet in sexto ad eundem, his verbis, Magnam ego
 pecuniam confeceram ut soluerent, centesimis sexennii ductis cum renouatio
 ne singulorum annorum. Centesimas quidem opinantur ex eo dictas quod quo
 libet mense centesimum nummum mereant, id est duodenos asses annuos: cui
 opinioni facile assentior.

Ex. l. Quinquaginta, de probationibus.

Ab utroque ergo eius rei probatio exigenda est: Lego ab utro, interrogatiue.
 Ex.l. Cum de ætate, eodem titulo.

Et durum & iniquum est cum de statu ætatis alicuius quæritur & diuersæ
 professiones proferuntur, ei potissimum stare quæ noceat. Accursius & qui eū
 secuti sunt professionem de positionem testium interpretantur, ignorantia lati-
 nitatis lapsi, & hic & in lege Etiam, & lege vltima, infra eodē hoc titulo. Pro-
 fiteri est publice & apud acta aliquid vltro denunciare, quod vulgo insinuare
 vocant. Curtius libro nono, Alexander priusquam secerneret quos erat reten-
 turus edixit vt omnes milites æs alienum profiterentur. graue esse plerisque
 compererat, & quanquam ipsorum luxu contractū erat: dissoluere tamen ipse
 decreuerat. Idem, Rex satis gnarus, mensas totis castris poni iussit, & decem
 milia talentorum proferri, tum demum fide facta professio est. Fiebat etiā pro-
 fessio in censu peragendo. Vlpianus, Vitia priorum censuum editis nouis pro-
 fessionibus euanescent. A Græcis ἀρχαίφραδα dicitur, & professio ἀρχαφία.
 Lucæ secundo, ἄυτη ἡ ἀρχαφία πρώτη ἐγγίετο ἡ γιμονόουτ' ὅτι συγίας κυελώις, καὶ ἐπὶ
 ἐδίοντ' πάντες ἀρχαίφραδα ἕκαστ' ἐς τὴν ἰδίαν πόλιν, Hæc professio prima facta
 est, & reliqua. Profiteri etiam merces dicimus, hoc est vectigales facere, & pu-
 blicanis non subducere. Vnde merces improffæ à Martiano dicuntur in.l. Merces pro
 Interdum, infra de publicanis, quarum nomine negociatores vectigal non pe-
 fessæ & im-
 penderūt, id est ἀτελώνητοι. Antiqui porrò liberos natos sibi profitebātur apud
 professæ.
 acta. Iuuenalis Satyr. nona, Tollis enim & libris actorum spargere gaudes
 ἀτελώνητοι
 Argumenta viri, foribus suspende coronas, Iam pater es. Capitol. in Marco
 Professio li-
 philosopho, Inter hæc liberales causas ita munivit, vt primus iuberet apud
 berorum na-
 præfectos ærarii Saturni vnumquemque ciuium natos profiteri, intra tertium
 torum.
 diem nomine imposto. Per prouincias tabellariorum publicorum vsum in-
 stituit, apud quos idem de originibus fieret quod Romæ apud præfectos æra-
 rii, vt si forte aliquis in prouincia natus causam liberalem diceret, inde ferret.
 Atque hanc totam legem de assertionibus firmavit. Idem in Gord. Nam il-
 lud satis constat qd filium Gordianum nomine Antonini signo illustravit, cum
 apud præfectum ærarii more Romano professus filium, publicis actis nomen
 eius insereret. Scæuola in.l. vltima infra, Mulier grauida & à marito repudia-
 ta, enixa filium absentī marito, vt spurium in actis professa est. Fiebat autem
 professio addito die & Consule, propterea professione ætas facile probari po-
 terat. vt in lege prima Codice, Si minor se maiorem dixerit. quod mirum est
 Accursio hoc in loco excidisse. Eadem latinitatis ignorantia, aut etiam scædio-
 re lapsus est idem. l. seq. vbi hæc verba morem ei geri, pro morem iudiciorum
 seruari interpretatur, quo modo etiam exposuit in.l. Quod si possessor, supra
 de rei vendic. palmarium sibi esse ratus hoc verbum exposuisse, quod Pla-
 centinus se non intellexisse fassus est. Cicero in secundo de Orat. Quæ est
 enim alia causa nisi quod nobis & horum adolescentium studio qui te atten-
 tissime audierunt, morem gerere voluisti. Morem gerere Cicero pro obse-
 Morē gerere
 qui dixit. Dicitur & morigerari. Idem in oratore profecto, Voluptati au-
 Morigerari.
 tem aurium morigerari debet oratio. Sunt & alia huiusmodi non pauca vt
 alibi diximus, omnia fustuario digna si quidem hoc tempore dicta essent,
 vt in lege Testium, infra de testibus circa principium, An ad ea quæ interroga-

Extempore. ueris extempore verisimilia responderit. Vbi hoc verbum extempore id est cōfestim impresentiarum idem Accursius non intellexit.

Ex.l. Qui testamentum, eodem titulo.

In sinu habere. Titio centum do lego, quæ ideo ei non caui, quæ omnem fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine vlla cautione. In sinu meo dixit pro in occulto & penitus apud me & in potestate mea. Simile illud Ciceronis in tertio Tuscul. Tantum istos admonebo si maxime verum sit ad corpus omnia referre sapienter: siue (vt honestius dicam) nihil facere nisi quod corpore pediat, siue omnia referre ad utilitatem suam, quoniam hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant, id est secum & cum suis gaudeant: nec gaudium suum in vulgus edant & palam faciant. Sic intelligo illud sciote dictum ab eodem ad Q. Fratrem, Mihi crede in sinu est, neque ego discingor. Ac si diceret, in potestate habeo, neque periculum est vt imprudenti mihi vel immemori excidat, & ita in potestate mea esse desinat. Vel in sinu, hoc est in occulto, neque periculum est vt indicio meo mihi excidat, qui noui tacenda silere & continere. Plinius in Panegyri. An Senatuum populūque Romanum, exercitus, prouincias, socios, transmissurus vni, successorem ex sinu vxoris summæque potestatis heredem tantum intra domum tuam quæras: Ex sinu vxoris, id est ex familiaritate penitissimam & intimam amicitiam. Cicero ad Atticum libro secundo, Itaque in sinu aut in familiaritate adolescentis, & cum eo (vt res in dicat) sæpe congressus, rem in eum locum deduxit, vt diceret sibi certum esse cum suis in Pompeium impetum facere. Plinius in eodem Panegyri. Gestus Consulatus non in hoc urbis ocio & intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes. Sinum hic pro securitate posuit. Alibi, Confugit in sinum tuum concussa respiciensque imperium super Imperatorem, Imperatoris tibi voce delatum est, id est in præsidium. Quod autem dicit hic Iurisconsultus, quæ mihi pertulit, hunc habet intellectum, quæ apud me esse fuit, nec à me repetiit.

Ex.l. Si arbiter, eodem titulo.

Interim. Potest enim memoria non teneri intra annum puta factum, cum interim nemo sit eorum qui meminerit quibus Consulibus id viderit. Necessè est (nisi fallor) vt hæc particula non, expungatur & affirmatiue legatur. Potest enim hoc memoria teneri. Nam præterquam quod sensus id exposcit, particula etiam interim quæ hic aduersatiua est nos ita credere cogit, vt sit sensus. Potest enim fieri vt multi meminerint non ante annum id factum, nec tamen meminerint certum diem aut Consulem quo Consule id factum sit. Interim autem pro tamen hoc in loco accipitur, vt apud Cicero pro Sylla, Quod flagitium Lentulus non cum Antonio concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admisit? cum interim Sylla cum iisdem illis, non modo noctem solitudinemque non quæreret, sed ne mediocri quidem sermone & congressu coniungeretur. Quod simile est ac si diceret: & tamen Sylla tum cum illis non coniunctus erat. Et paulo post, Et hoc infinite similiter sursum versum accideret, cum memoria operi facti non extaret. Lego vel repugnatis exemplaribus, & hoc infinite similiter sursum versum acciderit, tum memoriam operi facti non extare. Sic enim sensus explicitus elucebit. Nec verba duo subaudiri necesse erit, vt Accursius ineptule censuit.

Pandectarum enim libris à Iustiniàno ad Accursium per multa ignorantie secula per alios atq; alios exemplarium traduces deinceps propagatis, & (quod super omnia est) manibus latine nescientium, nihil magnopere mirandum, multas mendorum labe inoleuisse: partim ita indelebiles, ut quò magis attingantur eò illustriores fiant: partim facile eluibiles, quæ potissima pars est, nisi forte autoritate Accursii agnoscentis sacrosanctæ factæ esse credatur. Cuius ego iuris periti autoritatem sequi, non literatoris soleo. Simile est in lege penultima infra tit. proximo, Si res gesta sine literarum quoque consignatione veritate factum suum præbeat. Vbi probet legendum esse mirum est Accursium non vidisse. Sunt & alia huiusmodi quæ scientes præterimus: satis est enim specimen eorum dedisse.

Ex. I. Testium, de testibus, circa principium.

¶ An honeste & inculpata vite, an verò quis notatus & reprehensibilis. Inculpatus verbum est significantius quàm vulgo esse putetur. Quemadmodum illaudatus quod ei è regione opponitur. Gellius libro secundo de illo loco Virgiliano loquens, Aut illaudati nescit Busyridis aras. Sed enim, inquit, qui in omni re atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus est, isque omnium pessimus deterrimusque est. Sicuti omnis culpæ priuatio inculpatum facit. Inculpatus autem instar est absolutæ virtutis: illaudatus quoque finis est extremæ malitiæ. Itaque Homerus non virtutibus appellandis, sed vitiis detrahendis laudare ampliter solet. Hoc enim est *μάλας ἀμύμων*, inculpabilis auspex. Eadem ratione Virgil. dixit inamabilem paludem. Ex hoc Gellii dicto apparet inculpatum testem à Callistrato dictum esse exploratæ fidei, ac nulla vnq; inconstantia testimoniū labefactatæ, & moribus probatissimis, & integræ famæ. Hoc nomine proprie vocari possunt heroes illi, quos nouem probos appellat, ab eo indito nomine q; clarissimam illam fortitudinis gloriam nulla vnq; indignitate temerasse & delibasse creduntur. Quanq; verbo Homericò amymones significantius dicantur, hoc est qui nihil vnq; risu & subsannatione dignum admiserunt, *οἱ μὴ ἔχοντες ἂν φθίμυ μὴ ἀξιόπ, ἡ γὰρ τὸν δία τῶν μικτήρων ἦχορ, οἰοῦν ἀμύμονες*. Ac si dicas, in quos nihil obrectatoribus aut cauillatoribus licet. Inculpati etiam latine dici debent equites splendidioris nominis, quos equites sine opprobrio appellamus, significantes eos perpetuo ac constanti militiæ tenore nullum profus in sese dedecus admisisse.

Ex eadem. I. paulo post.

¶ Qui & cuius dignitatis, & cuius æstimationis. Lego qui & cuius dignitatis & cuius existimationis sint, & qui simpliciter visi sunt dicere veritatē. Vtrū vnū eundemq; præmeditatum sermonem attulerint, an ad ea quæ interrogaueris, extempore verisimilia responderint. Quo in loco Accursius ignorantia latinitatis fœde hallucinatus est. Sic enim ipse legit, An ad ea quæ interrogaueris extempore, verisimilia responderint, cū certo certius sit post verbū interrogaueris subdistingendum esse, & inde inferendum vno spiritu, ex tempore verisimilia responderint. Accursius enim de tempore super quo interrogantur testes intellexit, cum sit sensus profus alius. Extempore enim à Iurisperito aduerbialiter positum est pro impresentiarū & in præsentia, & illico & impræmeditate, quod à Græcis per imitationem Latini acceperunt, qui *ἐκ καὶρῶ* dicuntur.

ἐπι κἀρῶ. cunt, & *ἐπι κἀρῶ*, hoc est *ἐν τῷ ἀναγκάσει*. Aestimare igitur debet iudex an verum
 & eundem sermonem testes & domi praemeditatum attulerint, an ad ea quae
 necopinato interrogati sunt, extempore, id est derrepente verisimilia responderint, quod indicium est puri ac sinceri testimonii. Debet enim (vt aiunt) e re
 nasci testimonium: non autem velut e commentario proferri. Quintil. in. x. Maximus
 vero studiorum fructus est, & velut praemium quoddam longi laboris, extempore
 dicendi facultas. Eant igitur barbariei vindices, qui linguae latinae cognitionem
 nihil ad studium iuris civilis conferre, atque etiam obesse deprudicare non
 erubescunt: perinde quasi qui a Cicerone & Quintiliano & reliquis eiusdem aut
 proximae classis scriptoribus Iurisconsultorum intelligentiam petat, is a nymphis
 vinum poscat (vt dicitur) aut aquam a Libero. Videlicet ipsi ignari, iuris
 huius conditores latinitatis & elegantiae consultos nedum iuris fuisse. Verum
 hoc illud est potius, Habet amatores multos antiqua illa linguae latinae puritas,
 sed paucos ex professo: quemadmodum & libertas in tyrannide. Quotus
 enim quisque eorum etiam qui non modo elegantiam detestari solent, sed etiam
 qui grammaticae contemptum profitentur, non in censendo scribendoque caperata
 fronte barbariem illam enixe excutere videtur, & veluti trochleis decimum
 quodque verbum non deterrimum ex intima mente ducere? Ac si quod forte fortuna
 probum & elegans ore exciderit, protinus attentionem quasi que plausum
 praestigiae petere. Sed quod assequi se posse desperant, fugitare etiam auersarique
 videri volunt. Attendant igitur tandem (Si mens tamen diu potatis erroribus
 ebria aliquid eos sanum considerare permittit, vt diuus inquit Augustinus)
 animaduertant Accursium (quem ipsi sibi Ciceronis & Quintiliani, & omnium
 antiquorum instar esse voluerunt) non satis lotis manibus ad tractandam iuris
 interpretandi materiam accessisse, tametsi in principio statim Pandectarum
 deterrente eum Gaio: vt mirum non sit tam maculosos Iurisconsultorum libros
 nunc esse, qui sordidis manibus tandiu contrectati sint. Ceterum existimationis
 hic non estimationis legendum est. Librariorum enim errore factum est vt
 vt ubique in iure haec verba confusa sint, cum multum significatione differant.
Aestimatio. Aestimatio consideratio est & perpensio: existimatio iudicium & arbitratum.
Existimatio. Existimatio ab aestimatione proficiscitur. rebus enim aestimatis, id est perpensis
 & excussis, postea iudicamus & arbitramur. Sed iam existimatio pro fama vsur
 pari coepit: quemadmodum & opinio. Fama siquidem ex vulgi iudicio nascitur.
 Propterea existimatum hominem Gellius appellat qui imprimis ceteretur. Nam
ὁ δὲ ἀδύνατος. quos Euripides τὰς ἀδύνατας vocauit in Hecuba, ille existimatos vertit. Contra
ὁ δὲ ἀδύνατος. inexestimatos τὰς ἀδύνατας. Cicero in secundo de Oratore de exordio loquens,
 Ex iis autem, inquit, apud quos agetur sententias duci decebit, vt beneuolos,
 bene existimantes efficiamus, id est bene de reo iudicantes. Sunt enim huiusmodi
 di non pauca lubrici erroris quae apud auctores Latinos inscitia librariorum
 emendatorumque mutuo sibi succedentia inueniuntur: quorum tamen aliqua
 non facile a quolibet deprahenduntur, vt hoc aestimo pro existimo & vice
 uersa, hoc pro illo, centum in locis iuris. Cicero in Verrem Actione tertia in fine
 ne, Crassi, inquit, & Antonii vt opinor ad causam non accederent, neque in al
 terius impudentia sui pudoris aestimationem amitterent. vbi existimationem
 legendum. Et itidem in quarta. Sic iudico & indico. Quintilianus in secunda

do de genere orationis loquens, Nam mihi aliam quandam videtur habere naturam sermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio. Cui si res iudicare modo satis esset, nihil ultra verborum proprietatem elaboraret. Quo in loco indicare legendum, pro eo quod est simpliciter rem enunciare, non figurate aut ornate dicere. Apud eundem angustius pro augustius. sic enim inquit de claris pictoribus loquens, Nam Zeusis plus membris corporis dedit, id amplius atque augustius ratus, atque ut existimant Homerum secutus, cui validissima quæque forma etiam in foeminis placet. Sed angustius pro augustius vulgo in impressis legitur. Augustius autem magnificentius significat & plenius maiestatis, unde Augusti Imperatores dicti. Direptus pro direptus. Cicero in Offic. circa finem, Quo magis reprehendendos Calliphonem & Dinomachum puto, qui se direpturos controuersiam putauerunt. Dirempturos enim legi debet à verbo dirimo. Et in l. penul. de iure dotium, Si direpto matrimonio petitur, ex causa & persona id tribuendum puto. dirempto legi debet. Livijs libro quarto ab Urbe cond. Decemuiros connubium diremisse ne incerta prole auspicia turbarentur. Vendicare pro vendicare. Cicero in Lælio, Quanquam à multis ipsa virtus contemnitur & vendicatio quædam atque ostentatio esse dicitur. Vendicatio legi debet. Sic apud Quintilianum in. xii. vendicandi pro venditandi. Summouendum vero est, inquit, utrumque ambitus genus vel potentibus contra humiles venditandi operam suam, vel illud etiam iactantius minores utique contra dignitatem attollendi. Est autem vendicare ostentare, tracta ab institoribus metaphora qui merces suas ostentare præcupide solent. Et vendicare sese alicui est per assentationem operam suam ultro spondere, quasi que venalem ostentare. Græci hoc ἐνδίκνυθαι dicunt. Demosth. ἡ δὲ ἐνδίκνυθαι ἐστὶν ἡ ἐξαγιζοντο πάντα, ἡ δὲ ἐνδίκνυθαι καὶ ὑπερολακδοοντες ἐκείνων. Cicero ad Atticum, Sermo hominum à Philotimo ad me scribitur. Is enim me ab optimatibus ait conscindi. Quibus optimatibus dii boni? qui nunc quo modo occurrunt? Quomodo autem se vendicant Cæsari? Vbi tamen vendicant corrupte legitur, id est sese in clietelam Cæsari dedunt, & in eius partes adiungunt. Hoc autem verbum mirum est apud omnes ferme auctores & ubique deprauatum esse. Detineri etiam id est distringi, quod Græci περισσῶθαι dicunt. In Philip. xi. Nos alio bello detineri putat. vbi distineri legendum. Livijs libro primo secundi belli Punici, Oppida ad omnia tuenda obeundaque multimoda arte detineri cepti sunt, pro distineri. Apud Tacitum corruptius legitur, Interim Galbam duæ sententiæ detinebāt. Distinere occupare & distringere, unde distentus pro occupatissimo. Natura Deorum circa finem, & ad Atticum distentissimus pro occupatissimo. Deduco pro diduco, in. l. Idem, supra de rei vendicatione, Si plumbum cum argento mixtum sit. quia deduci possit, nec communicabitur nec communi diuidendo agetur, sed si deduci non possit. vbi diduci utrobique legendum pro dirimi, distingui. Quintilianus libro tertio circa finem, Nec discentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta deducet, pro diducet. Cicero in Acad. Situs earum rerum & interualla aut contrahimus aut deducimus, pro diducimus. Est enim diducere distinguere, diuidere. Quintilianus in. xi. Argumenta diducet in digitos, & propositionum & partitionum capitabit leporem. Idem de pronunciatione, Stare diductum, vel rigidum, vel su-

Iudicare.

Augustius.

Venditō.

ἐνδίκνυθαι

Detineri.

περισσῶθαι

Distinere & distentus.

Diduco.

- pinum, vel incuruum vitiosum est. Diductum id est diuaticatis distentisq; crucibus. Et quis pro ecquis, & quod pro ecquod, & quid pro ecquid, sexcentis in locis apud Ciceronem, vt & quemnam pro ecquemnam. Ecquis interrogatiuum est pro nunquis. Perstringere aciem vel oculos & præstringere quidam idem significare putant, quæ identidem apud auctores succidanea inuicem aut errore aut opinionum varietate legimus. Malim tamen præstringere dici. Vnde de præstigiæ & præstigiatores dicti. Est enim præstringere obtenebrare, caliginem offundere, vt sol præstringit oculos obtuentium. Et præstigiatores celeseritate lusitandi & ludibria illa oculorum factitandi præstringunt visum inuentium, vt miracula facere credantur. Perstringere verò est leuiter attingere, & metaphoricòs pro leui dolore afficere. Cicero circa finem Bruti, Consulatúsque meus qui illum leuiter perstrinxerat, id est dolore nonnullo affecerat.
- Ecquis.**
- Præstringere**
- Perstringere**
- Offundo.** Proinde pro perinde. Effundo pro offundo. Cicero de Finibus libro tertio. Obscuratur enim & effunditur luce solis lumen lucernæ. Vbi offunditur scribi debuit, pro circumfunditur & obruitur. Et libro primo de Natura Deorum, Multis etiã sensu mirabile videri eam nobis potissimum probatam esse philosophiam quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus effunderet. De
- Sescuplex.** Academica loquens, vbi itidem offunderet scribi debuit. Et insigni errore sexcuplex & sexcuplum per x pro sescuplex & sescuplum, id est hemiolium vel sesquialterum, de quibus alibi fortasse dicemus. Consensus iudicium, pro confirmatio pro conformatio. Cicero libro primo de Natura Deorum, Quæ compositio membrorum, quæ confirmatio lineamentorum, quæ figura, quæ species, humana potest esse pulchrior? Conformatio legi debet. vt apud Quintil. Confirmationes verborum pro conformations. & confirmatio orationis pro conformatione, & aliàs persæpe. Energia pro enargia apud eundem in octauo, Itaque, inquit, energia cuius in præceptis narrationis feci mentionem, inter ornamenta ponamus. Cuius virtus est res de quibus loquimur clare atq; vt cerni videantur enunciare. Enargia per à scribi debet, id est euidentia & rerum repræsentatio: & vt Cicero inquit illustratio. Energia enim per è infecunda syllaba efficientiam significat. Sic apud Ciceronem in Academicis, Eòsque qui persuadere vellent esse aliquid quod compræhendi & percipi posset, inscienter facere dicebant, propterea quòd nihil esset clarius energia vt Græci appellant, perspicuitatem aut euidentiam nominemus. Enargia per a legi debet. Inimicum pro mimico apud Plinium in septimo Epistol. ad Montanum, Maxime tamen (inquit) hic me titulus admonuit quàm essent inimica & inepta quæ interdum in cenam, in has sordes abiicerentur. Quo in loco ex antiquis codicibus mimica legimus, id est histrionica. Aduocamentum pro auocamento, apud eundem ad Geminum libro nono: qui tamè in antiquis octauus inscribitur, Ero ergo suspensus pro homine amicissimo dum admittere aduocamenta & cicatricem pati possit. Vbi auocamenta sine d legendum, haud dubie pro solatiis quæ mentem à mœrore & animi ægritudine auocant. Laetantius libro de opificio dei, Traducitur autem mens cogitatione cæca, & sibi auocamenta inuenit, ne saluberrimam quietem corporis interrumpat. Auocamenta animæ appellat ea visa quibus in somnũ corpus delabitur. Sic apud

Quintil. libro decimo, Nāq; illa ipsa quæ delectant, necesse est auocent ab intē-
tione operis destinati: neq; enim se bona fide in multa simul intendere animus
totum potest. Vbi aduocent per d corrupte vulgo legitur. Et in hac ipsa lege
§. ultimo, Et multo minus milites aduocandi sunt à signis. auocandi sine d le-
gēdum est. Adūcio & addico (de quibus alibi dictum est) errore librariorū
identidem mutuo succidanea sunt, vt proprius & propius, frequenter in his li-
bris. Quædam non erroris sed iudiciū sunt, vt fistuca & festuca pro eodem, de
quibus alibi dictum. Vindico & vendico. exuccum pro exucto. demensum pro
dimenso, cuius meminit Nonius. monimentum pro monumento. simulare pro
simulare. perducere puellā pro producere, id est *πρόαγειν*. & perductor pro pro-
ductore, id est amantium internuncio & administro libidinis. Sunt & alia hu-
iusmodi multa, sed ista nunc in mentem venerunt.

Πρόαγειν
Perductor.
Productor.

Ex eadem lege. §. Idem diuus.

Quæ crimina obiecerit. Hic locus haud dubie in omnibus libris mutilatus
est. Sic autem emendari posse videtur, vt vnum verbum incuria librariorum
ablatum restituatur, & aliud in locum suum reponatur hoc modo, Nosti quæ
crimina obiecerit apud me Alexander Apro. quem quia non probabat, & reli-
qua, remitti ad prouinciam præsidem.

Ex lege Inuiti, eodem titulo.

Item is qui exercitui præbendam conduxerit. Sic in omnibus libris legitur
hic locus. Fortasse autem sic restitui potest, Item is qui exercitui quæ opus
sunt præbenda conduxerit. Lilius libro tertio secundi bel. Pu. Prodeundū igitur
in concionē Fuluius Prætori esse, indicādāsq; populo publicas necessitates,
exhortādōsq; qui redēpturis auxissent patrimonia, vt reip. ex qua creuissent tē-
pus accommodarēt cōducerētq; ex lege præbēda quæ ad exercitū Hispaniæ opus
essent. Fortasse etiam sic, Item is qui exercitui præbendam annonam cōduxerit.

Ex eodem titulo, circa finem.

Produci testis non potest qui ante in eum reum testimonium dixit. Accur-
sus locum implicitum interpretatione sua implicatiorem reddidit. Existimo
autem locum aut mutilatum esse aut inuersum: sicq; legi debere, Produci testis
non potest in reum qui ante in eum testimonium dixit.

Ex lege plurimum, de iuris & facti ignorantia.

Sed Cassius ignorantiam Sabinū ita accipiendam existimasse refert, non de-
perditū & securi hominis. Existimo nō deperditū legēdum esse, sed desidīa præ-
diti & securi hominis. Securus est dissolutus sine vlla cura, quem supinum lu-
risconsulti vocare solent, id est socordem & desidem, quomodo & Græci *ἄπροσ*,
τῶν ἐπι τῶν ἀνεπαρκῶν. Quintil. de Tautologia loquens libro octauo, Hæc enim
quæ non magnopere summis auctoribus vitata, interim vitium videri potest, in
quod sæpe incidit etiam Cicero, securus tam parvæ obseruationis, id est negli-
gens & contemptor. Lucanus in pri. Pharsaliæ de leone loquens, Per ferrū tan-
ti securus vulneris exit. Prouerbiorū. xv. Omnes dies pauperis malī secūra mēs,
quasi iuge conuiuium. Quæ locum Lyranus inepte interpretatus est ignorantia
huius latini vocabuli. His enim verbis beata illa securitas significatur, quam
Democritus Euthymiam appellauit, id est animi rectam placidamque consti-
tutionem, malorum impendentium cura vacantem, Cic. lib. quinto de Finibus,

Securus.

Euthymia.

Democriti autem securitas quæ est animi tanq̄ trāquillitas, quā appellant Euthymiam, eo separanda fuit ab hac disputatione quia ista animi trāquillitas est ipsa beata vita. Idē in. v. Tuscul. Qui autē illā maxime optatā securitatē (securitatē autē nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est) habere quisq̄ possit cui aut adsit, aut adesse possit multitudo malorū. Securitati dissolutę opponitur aliud vitium curiositas, quā Gręci periergiā appellāt. Quintil. in. viii. de ornatu loquēs, Est etiam quæ periergia vocatur, superuacua vt sic dixerim operositas, vt à diligenti curiosus, à religione superstitione distat.

Delatores. Hæc est quę paulo post in. l. Nec supina, curiositas delatoria vocatur. Delatorum enim appellatione intelliguntur sycophatę, id est criminatores, cuius appellationis rationē Plutarchus in Solone exequitur. Et quadruplatores, quorū Festus & Pædianus meminerūt. Quadruplatores dicti sunt criminū publicorū delatores qui pro delationis præmio quartā partē in bonis delatorū cōsequēbatur. Et vt aliqui dicūt, eorum reorū accusatores qui cōiuncti quadrupli dānari solebant, vt alex, aut pecuniæ grauioribus vsuris sceneratæ q̄ quibus per leges licebat. Vnde quadruplari verbum Plauto in Persa, Neq̄ quadruplari me volo (inquit Parasitus) Neq̄ enim decet sine meo periculo ire aliena ereptū bona, neq̄ illi qui faciunt mihi placent. Quadruplari pro quadruplaturā exercere dixit. Cic. in Verr. act. iii. Quid id ad Verrem? Quis detulit? nemo, nisi forte exstimatis ei quadruplatores ad fretum præsto fuisse. Capitol. in Marco philosopho, Calumniis quadruplatorū intercessit apposita falsis delatoribus nota. Delationes quibus fiscus augetur contēpsit. Delatoria igitur curiositas à Iurisconsulto prouerbialiter dicta est à quadruplatorum improbitate, de quibus illud Plauti in Trinūmo de famigeratoribus loquentis dici potest, Quod quisq̄ in animo habet, aut habiturus est sciunt, id quod in aurem rex reginæ dixerit sciunt, quod Iuno fabulata sit cū Ioue, quæ neq̄ futura neq̄ facta sunt tamen illi sciunt. Quadruplatorū appellatione significari possunt homines qui delationibus faciendis cōfiscationes à Principibus impetrāt, vt homines interdum infontes fortunis omnibus euertāt, cuiusmodi patrum nostrorū memoria multi extiterūt, nostra etiā nonnulli. Qz̄q̄ sectores illi proprie appellari possunt, cuius vocabuli meminit Asconius. Res autē ipsa sectio appellatur. Cic. in Antoniana secūda, Et eius viri nomine me insectari audes, cuius me amicū, te sectorē esse fateare? Ad Antoniū loquens qui Pompeii bona sectione inuaserat. Idem, Expectantibus omnibus quisnam esset tā impius, tā demens, tam diis hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inuentus est nemo præter Antoniū. Et rursus, Tantis igitur te stupor oppressit, vel vt verius dicā tantus furor, vt primum cū sector sis isto loco natus, deinde cum Pompeii sector, non te execrādum populo Rom. non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos & futuros scias? Hoc tamen principatu sectionis nomen pene obsoleuit, non q̄ desint qui sectores esse velint, sed Princeps nondum exerriri voluit, quantum sibi in fortunas priuatorum liceat. Legibus enim omnia adhuc permittit. Qua moderatione nō tam legibus solutum se esse docuit, quod alii gloriari solent, q̄ legibus teneri Principis innocentiam non posse.

Sectores.
Sectio.

Ex lege Quæsitum, de sponsalibus.

Quæsitū est apud Iulianum an sponsalia sint ante duodecim annos: si fuerint

nuptiæ collatæ. Accurſius collatas nuptias pro reuera celebratis male intelligi voluit. Collatæ enim nuptiæ in duodecimũ annũ ſignificãtur, id eſt dilate reiecit. Dicimus enim cõferre rē in arbitriũ alicuius, & cõferre in aliquod tēpus. Huius ſignificationis exemplũ eſt in. l. Si res, in principio infra de iure dotium. Ex. l. In eo iure, de ritu nuptiarum.

¶ Si ab hoſtibus patronus captus eſſe proponatur, vereor ne poſſit iſta cõnubiũ habere nubẽdo, quemadmodũ haberet ſi mortuus eſſet. Huiusmodi eſt iſta locutio, vt vix dicere poſſis affirmatiua necne ſit. Cui ſimilis eſt illa in. l. Nõ ſolum. §. Sed videamus. infra eodẽ hoc titulo, Non finita iã tutela & nupta puella alii, vereor ne longum ſit adoptionem mariti impediri, quaſi propter hoc interponatur, vt ratio tutelæ reddẽdæ cohibeatur. Animaduertere igitur debemus quædã eſſe verba quæ idem ſine negatione ac cũ negatione polleãt, vt vereor, timeo, metuo caueo, & ſiqua ſunt eiũsdẽ ſignificationis. vereor ne veniat, vereor vt veniat: timeo ne moriar, & timeo vt moriar: caue facias, & caue ne facias. Terẽt. Sed pater a eſt, caue te eſſe triftẽ ſentiat. Vt enim interdũ duę negationes non plus q̃ vna pollent, vt ſi dicas nunq̃ mihi nec obuiſti nec profuiſti: ſic interdum vna negatio duarum negationũ inſtar eſt, dũtaxat adiuuãte vi verbi. Cic. ad Q. Fratrem, Quod enim abuiſti vereor ne ſatis diligẽter in Senatu actũ ſit de literis meis, id eſt ne non ſatis. Idẽ in Acad. Anaxagoras niuẽ nigra dixit eſſe: ferres me ſi ego idẽ dicerẽt: tu ne ſi dubitare quidẽ. Idẽ ad Atticũ, Si manet, vereor ne exercitũ firmũ habere poſſit. id eſt opinor eũ exercitũ firmum non habiturũ. Quod fortãſſe ſic reſoluitur, vereor vt ne habere poſſit. quo modo loquẽdi Cic. ipſe vt ſolet, vt in Brut. Ego tamen ita de vnoquoq; dicã vti ne elici poſſit quẽ exiſtimen oratorẽ, quem declamatorẽ fuiſſe. Et in. iiii. de Orat. Omnis mea cura ſolet in hoc verſari ſi poſſum vt efficiã aliquid dicẽdo, ſin minus vt ne quid mali. Ex more Terẽtiano ſumptũ, qui ait vt ne quid nimis. Hũc autẽ loquendi modũ video noſtræ aut proximę memorię clariffimos ſcriptores ſequi. Hermol. in quadã Orat. Vt ſollicita ſit admodũ vniuerſa ciuitas, ne lætitiã incredibilẽ ſuã oratione cõſequi valeamus, id eſt ne nõ valeamus. Sic Vipianus, Vereor ne poſſit iſta cõnubiũ habere nubẽdo, id eſt ne nõ poſſit, vt ipſe alibi dixit in. l. Si ego. §. pri. infra de iure dotiũ. Et Triphonius, Vereor ne longũ ſit adoptionẽ mariti eius impediri. id eſt opinor non eſſe longũ, id eſt incõmodũ. Hoc etiã per vt particulã Cicero enũciare ſolet: vt ad Att. Qui cũ impudẽtiſſime poſtulauerit, tamẽ cõceditur, & tamẽ vereor vt iſtis contẽtus ſit. Et pro Quintio, Si veretur vt res iudicio facto parata ſit. In quibus locis multi exiſtimarẽt de eſſe negationẽ cũ nihil deſit. Terẽt. Dies mihi hic vt ſatis ſit vereor ad agendũ. Politianus in Herod. Veritis omnibus vt ſatis libẽter Imperatorẽ Perſinacẽ milites reciperẽt. id eſt ne nõ reciperẽt. Eſt etiã alioquin inuenire cũ vna negatio in oratione de eſſe videtur. Cic. in. iiii. de Legibus, Quæ res cũ ſapiẽtiſſime cõſtituta eſſet à maioribus noſtris, nihil habui nõ modo multũ, quod putarem nouandũ in legibus. Non modo multũ pro non modo non multũ. Et de perfecto Oratore, Nam ſic in epularũ apparatu à magnificẽtia recedens nõ ſe parcũ ſolũ, ſed etiã elegantem dici volet. Non ſolum pro non ſolum non, dixit. Idẽ pro Publio Sextio, Cum illi ſoli eſſent præter illum flagitiouſum Tribunum plebis duo reipub. turbines, qui non modo præcipitanti patriæ ſubue-

De vſu negationis.

nirent, sed etiā nimis tarde concidisse mcererent. Et de reditu suo ad populū, Tribunitiis superiores illi rogationibus nulla auctoritate Senatus sunt restituti. Marius vero nō modo à Senatu, sed etiā oppresso Senatu est restitutus, id est nō modo non à Senatu. Et in.iiii. Tuscul. Iis em̄ malis insidētibus non modo beati, sed ne sanī quidē esse possimus. Liviū, Asdrubaliq; nō modo in Italiā tra ducēdi exercitus, sed ne manēdi quidē satis tuto in Hispaniā spem reliquit. Plī. in Epist. Multa in vrbe nostra iuxtaq; urbē, nō oculis modo, sed ne auribus quidē nouimus. Quē exēpla & similia mirū est Laurentiū Vallēsem non animadu uertisse. Is enim lib. iiii. Elegatiarū, vt scite pauca de hac re & subtiliter differuis se mihi videtur, ita si eius doctrinā sequi velimus hęc loca tueri nō poterimus. In causa est (vt arbitror) q; Laurētius ad normā latine proprietatis ea redige re voluit quæ Græcorū imitatione vsurpata sunt. Græci enim τὸ εἶδος, ἀντι τὸ εἶδος, & μόνον εἶδος subinde vtūtur. Demosth. ἐνόμιζον μὲν ἀφ' ὧν ἐκλιτάνομι, εἶδος ὡς μόνον εἶδος ἀδίκῃ ποιῶντα, πείσει, ἀλλὰ τὸ μέγιστον διαμαρτῶν συγγνώμης τὸ εἶδος, ἀντι τὸ εἶδος, μόνον εἶδος πείσει. Simile est εἶδος & μόνον crebra apud oratores & elegatiōes scriptores. Plato, ἐγὼ δὲ ἀνθρώπων, μόνον δὲ δειῶ, id est, non solū hoc non dixerim de deo. Et μόνον, quæ itidē pro non solum nō accipiūt. Hoc etiā per nedū latine dici solet. Salust. Quippe secundę res sapientiū animos fagitant, nedū illi corruptissimis moribus victorię tēperarent. Apud Liviū in. viii. secūdi bel. Punicī, hoc modo Fabius loquitur aduersus Scipionē in Africā traiecturum, Me Dictatorem cum vigerē adhuc viribus, & in cursu maximarū rerū essem, recusantē me audiuit quō minus insectante me magistro equitum (quod fando nunq̄ auditū fuerat) imperiū æquaretur meū: nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi cū adolescente florentissimo proponā, id est non modo nūc non proponā. Idē, Attonitus repentino malo vix quid obūceretur intelligere potui, nedū sciatī sciam quomodo me tuear. Cic. pro Plancio, Ego verō ne immortalitatem quidē contra rēpublicā accipiendam putarem, nedū emori cū perniciē reip. vel lē. vbi alius etiā nō indoctus nollē (vt arbitror) dixisset. Et pro Cluentio, Nec Metellus nec Popilius clarissimi viri vim Tribunitiā sustinere valuerunt, nedū his tēporibus, his moribus, sine vestra sapiētia ac sine iudiciorum remediis salui esse possimus. Lucianus, καὶ πάνυ ἀπαλὸς τὸ πόδι, καὶ εἰς ἐσάναι χαμαι, εἶδος ὡς μόνον εἶδος λέγει. Cic. in Acad. Anaxagoras nigram niuem esse dixit, ferres me si idē dicerem; tu ne si dubitarē quidē. Vnam negationē Cicero duarum vice posuit. Interdū cōtrā duas pro vna positas inuenimus. Idem lib. iiii. de Finibus, Sed q̄ negēt Stoici nec virtutes nec vitia crescere, attamen vtrūq; eorum fundi quodammodo ac dilatarī putant. Et in. v. Tuscul. Itaq; ne si iocundissimis nos somnis vsuros putemus, Endymionis somnum nolimus dari. Et in Acad. Quod bonum quale sit negat omnino Epicurus sine voluptatibus sensum mouētibus nec suspicari. Et pro lege Manilia, Erat enim metus iniectus iis nationibus quas nunq̄ populus Romanus, neq; laceffendas bello neq; tentandas putauit. Quod Cornelio, Versatus in intima familiaritate hominis potentissimi in maximis nostris malis atq; discordiis, neminem vnquam alterius rationis atque partis non re, non verbo, non vultu denique offendit. Hęc de negationis vsu dicenda hoc in loco habui, vt multis fortasse nō satis animaduērfa, sic omnibus necessaria.

τὸ εἶδος, ἀντι τὸ εἶδος, & μόνον εἶδος

εἶδος ὡς μόνον εἶδος

Ex lege Si extraneus, de iure dotium.

Nec enim quisq̄ iudex propriis auribus audiet mulierem, & reliqua: Legendum propitiis, licet exemplaria refragentur.

Ex lege Quemadmodum.

Ugitur hanc dotem periculo mulieris esse dico q̄d̄iu dominus vel pater ratam promissionem vel traditionē habuerit. Aut deest negatio, vt legatur nō habuerit, aut quoad legi debet non q̄d̄iu, vel quoadum, quod eiusdem significationis est, vt sit quoadum dominus ratam promissionem habuerit. Et paulo post, Hoc ita incerti conditione consecuturum vt promissione liberetur. In quibusdam exemplaribus hoc idem legitur, & neutrobī recte. Propterea non hoc ita, sed hoc item, quod significat itidem, id est eodem modo. Cic. in Verrē Actiōe vltima, Sed non item mihi licet quod iis qui nobili genere nati sunt, quibus omnia Populi Romani beneficia dormientibus deferuntur, id est non itidem, non eodem modo.

Ex. l. Talis. §. Socer, eodem titulo.

Hanc pecuniam generū petere debere, & exactam acceptam legatis referri. Accursus referri assimilari interpretatur, quia vt de cæteris legatis detrahatur Falcidia, ita & de ista. Ego Accursium existimo longe ab huius verbi intellectu abfuisse, referreque actiue legendum censeo non referri. Sciendum igitur hunc morem antiquis Romanis fuisse, vt vauisquisq̄ domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scriberet, in quo appareret quid quisq̄ de redditibus suis, quid de arte scœnore lucrōve seposuisset, quōve die, & quid itē sumptus fecisset. Sed postq̄ assignandis literis reorum ex suis quisque tabulis damnari cœpit, posterioribus seculis, & ad memoriā vsque Asconii qui huius dicti auctor est, vetus hæc consuetudo cessauit. Cicero in Verrem Actiōe secunda, Habeo & istius & patris eius accepti tabulas omnis, quas diligentissime legi atq̄ digessi, patris quoad vixit, tuas quoad ais te confecisse. Accepti tabulas vocat rationes in quas acceptæ pecuniæ referebantur. In huiusmodi tabulis capita multa erant, quæ nomina à Cicerone identidem dicuntur, vt putatiu artificii, negociationis, scœnoris, aduentitiorum, vt legatorum, hæreditatum, & huiusmodi. Simulatq̄ igitur aliquam pecuniam receperant, in caput hoc aut illud, id est huic aut illi nomini acceptam referebant. Tranq̄ in Tyberio, Neque hæreditatem quidem aut legata percepit vlla aliter q̄ vt peculio referret accepta. De Tyberio loquens qui se Augusto in adoptionem dederat. Cicero in secunda Philip. Ego enim amplius sestertium ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Idem in Verrē, Vnum ostēde signū in tabulis aut tuis aut patris tui emptū esse, vicisti. de tabulis expensū loquens. erant enim binæ tabule, vt alibi docuimus. Cicero ad Atticum, Fecisti mihi gratum q̄ Serapionis librum ad me misisti. pro eo præsentem pecuniam solui tibi imperavi, ne tu expensum muneribus ferres, id est ne donasse existimares. Has autem tabulas edere interdum cogebantur rei præsertim repetundarum. Quod idem Cicero aperte ostendit his verbis in secunda Verrē Act. Nouum & ridiculum est quod hic nobis respondit cum ab eo tabulas postularem, vsq̄ ad M. Terentium & C. Cassium Consules confecisse, postea destitisse. Quod etiam alibi liquido declaratur, præterq̄ etiam q̄ Asconius id adnotauit. Itaq̄ de homine negligenti & parum scri-

Quoadum.

Tabule do
mestica Ro
manis.

bente, prouerbialiter dicebatur, ne tabulas quidem cōficere. Idem in secūdo de Orat. Hic Sulpitius, me quidem, inquit, Antonii recte mones, sed ne te quidem multum scriptitasse arbitror. Tum ille, Quasi vero, inquit, non ea præcipiam aliis quæ mihi ipsi desunt, sed tamen ne tabulas quidem conficere existimor. Verum & in hoc ex re familiarī mea, & in illo ex eo quod dico quantum illud in lege Qui concubinam. §. ii. de Legatis. iii. Id legatum putat Labeo quod acceptum in tabulis suis ex ea hæreditate testator rettulisset. Hæc autem tabulæ si singulorum dierum ratione obseruata fierent, diaria vocabantur & græce ephemerides, ut in illo exemplo cuiusdam neotericorum sed doctissimi, Multa sunt in diario tuo nomina quæ tu nescis. Calendarium autem ab obseruatione singulorū mensium, cuius exempla sunt tã apud Iuriscōsultos q̄ apud alios. Quoniam verò fœneratores diligentius faciebāt huiusmodi tabulas, ideo factū est ut calendariū in iure pro negociatione nominū faciendorum accipiatur. Vlpianus, Calendarii quoque curatio & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus. Itaq; ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, id est nominibus faciendis, destinatae essent, fidei commissio cedere solent. Aduersaria autem dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante tabularū cōfectionem perscribebantur ne memoria rerū excideret, ut ex iis postea tabulæ iustæ & æternæ fierent. Cic. pro Roscio, Nimiū cito ait me indagare de tabulis, non habere se hoc nomen accepti, in codicem accepti & expēsi relatum confitetur, sed in aduersariis patere contendit. vsq; eo ne te diligis & magnifice circūspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis sed ex aduersariis petas: suū codicem testis loco recitare arrogantia est, suarum perscriptionū & liturarum aduersaria proferre non amentia est. Et rursus, Quid est quod negligenter scribamus aduersaria? quid est quod diligēter conficiamus tabulas? quæ de causis quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ seruantur sanctæ: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt coniecta, illæ in ordinem confectæ. Itaque aduersaria in iudiciū protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit. Inde illud cuiusdam recentiorum, Ita dum mea partim subrepta partim subdole designata cognosco, pauca tumultuariè in aduersariis magis q̄ in codice scriptis. Aduersaria igitur sunt libri, in quibus res coniciuntur, quasiq; stybantur. Codex verò in quo digeruntur & ordine conscribuntur. Similis fuit apud eosdem diligentia conficiendarum ephemeridum, in quibus quasi annales domestici, id est priuatarum rerum suarum scribebantur. Cicero pro Quintio, Discedens in memoriam rediit Quintius quo die Roma in Galliam profectus est. ad Ephemeridem reuertitur. inuenitur dies profectionis pridie Calendas Februarii. Nominis si Romæ fuit, causæ nihil dicimus quin tibi vadimonium promiserit. Ephemeridem igitur adibant antiqui cum quid quaq; die fecissent, meminisse opus erat. Diurnum latine dicitur. Iuuenalis Satyra. vi. Et cedens longi relegit tras acta diurni. Vnde & Ephemeris mathematica apud Plin. lib. xxix. Epinyctis autem cōmentarius est rerum nocturnarū, quod nocturnum dici potest, ut diurnum. Tabularū verò priuatarum instar habebant cōmentarii Principis, de quibus alibi diximus. Erant & tabulæ publicæ, quarum meminuit Tacitus his vix

Diarium.
Calendarium

Aduersaria.

Codex.

Epinyctis.

his libro decimotertio, Dein curam tabularum publicarum à Quæstoribus ad Tribunos transfuit, varie habita ac sæpe mutata eius rei forma. Meminit & Cicero in Verrè. Hæc in ærario seruabantur, vt alibi dictum est. Vt ad rem veniamus, cui filia nomine socer centum legauit, si ea acceperit, accepta referre debet legatis, id est in legatorum causam imputare, tametsi doti accesserint. Hoc enim ferre referreque acceptum significat præter notam illam significationem iuris studiosis, vnde acceptilatio nata.

Ex lege Cum. §. Si fundo, eodem titulo.

¶ Nec diuortio secuto præsentis die quod in numero est, restituatur, sed statuto tempore solui debeat. Lego quod in numerato, licet nullo exemplari astipulante. Plinius libro. xxxi. Claudius Isidorus testamento suo dixit, quibus multa ciuili bello perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor milia, iuga bouum tria milia sexcenta. reliqui pecoris ducenta quinquaginta milia. In numerato pondo sexcenta milia. Vnde metaphoricòs in numerato pro in promptu dicitur. Quintilianus in sexto, Illa potius urbana esse dixerim quæ sunt generis eiusdem quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non sunt. De actore facile dicente extempore dictum est ingenium eum in numerato habere. In numerato id est promptum & ad manum, hoc est præsentissimum & ad expedienda extempore dicenda solertissimum. Sunt & alia minutula errata in titul. proximis, vt in lege. iiii. de Donationibus inter virum & vxorem. §. Qui in eiusdem. Prohibentur sibi donare, sibi pro ipsi corrupte legitur. Et est rectus casus pluralis. Et in. §. Ab vxoris, Si modo vir & socer in eiusdem sunt potestate: sensus poscit vt si non legatur, hoc modo, si non vir & socer, id est nisi, sed hæc & huiusmodi vix digna sunt quæ attingantur.

In numerato habere.

Ex lege Si mulier, de donat. inter virum.

¶ Si mulier acceptam à marito pecuniã in sportulas pro cognato suo ordini erogauerit, an donatio valeat. Sportæ sportulæ sportellæ (inquit Asconius) vt fisci fiscinae fiscellæ sparteæ sunt vtenilia ad maioris interdum summæ pecunias capiendas, à sparto hæc vocabula deducta ex qua contexebantur: cuius meminit Plinius libro. xxiiii. Sportula inde dicta est obsonium quod diuites Romani saluatoribus dabant secreto ipsi cœnantes. In limine autem domus sportulæ constituebantur. Iuuenalis. Nunc sportula primo limine parua sedet turbæ rapienda togata. Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat ne Suppositus venias ac falso nomine poscas. Recta cœna sportulæ opposita erat. Liberaiores siquidem diuites, ciuilioresque saluatoribus suis legitimum conuiuium exhibebant, quæ recta cœna dicebatur. Sordidi autem & maligniores rectæ cœnæ loco sportulam tantum præbebant. Tranquillus in Domit. Multa etiã in conuiuiorum usu nouauit, sportulas publicas sustulit reuocata cœnarum rectorum consuetudine. Idem in August. Conuiuabatur assidue, nec vnquam nisi recta. Et in Vespasiano, Sed & conuiuabatur assidue, ac sæpius recte ac dapibile, vt macellarios adiuuaret. Interdum nummi sportulæ loco cedebant. Idem Iuuenalis, Sed cum summus honos finito computet anno Sportula quid referat, quantum rationibus addat, Quid facient comites quibus hinc toga calceus hinc est? Centum quadrantes erant, quorum crebra mentio est apud

Sportula.

Recta cœna.

Martialem. Sportula olim pauperibus tantum dabatur, postea diuites etiam sportulam captare & exposcere coeperunt. Idem, lubet à præcone vocari Ipsos troiugenas, nam vexat limē & ipsi Nobiscum, da Prætori, da deinde Tribuno, Marcellus autē hic de sportulis alterius generis intellexit. De quibus Plinius ad Traianum scribens ita inquit, Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, vel opus publicum, dedicant, solēt totam bulen atq; etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binosq; denarios vel singulos dare. quod an celebrandum & quatenus putes rogo scribas. Ipse enim (sicut arbitror) præsertim ex solennibus causis concedendum iussisti inuitationes. Et Traianus ad Plinium, Merito vereris ne in malam speciem incidat inuitatio quæ & in numero modum excedit, & quasi per corpora, non viritum singulos ex notitia ad solennes sportulas contrahit. Non absimile sportulis honorarium decurionatus quod pro ingressu in bulen à buleutis id est decurionibus dabatur. Cuius idē Plinius meminit ad eundem, & nos alibi (ut arbitror) diximus. De sportulis huiusmodi Papinianus in lege Spuri, in titulo de Decurionibus, Minores, inquit. xxv. annis Decuriones facti sportulas Decurionum accipiunt, sed interim suffragium inter cæteros ferre non possunt. Sportulæ nostro tempore sunt in domibus principum id genus erogationis quod libratas vocant lingua vernacula, quod etiam in antiquis nostris scriptis librationem vocari video. Quod genus olim multum celebrabatur in aula Principum nostrorum, ut ex antiquis monumentis apparet, id est ex libris dispensationis regiae, quos status domus appellant. Quod verò buccam ad curiam dicunt latine rectam cœnam appellare soleo, quam etiam rectam absolute, ut antiqui sic nos appellare possumus. Tranquillus in Augusto, Conuiuabatur assidue nec vnq̄ nisi recta, non sine magno hominum ordinumque delectu. Ex quibus verbis apparet cur recta cœna dicta sit, id est iusto ordine discumbentium exhibita tanq̄ rectum iustumq; conuiuium: non ut sportula, quæ clientulis obiciebatur tanq̄ abiectis & in nullo honore à diuitibus habitis. Dicere igitur possumus recte ius habere in aula admissionales, id est cæbellanos, cubicularios, structores, ferculiferos, & omnes ab epulis, pincernas & qui ad cyathos stantes dicuntur, archimagiros, architriclinos, dispensatores, honorarios ephobos, & omne deniq; aulicum ministerium quos officarios domus vocamus.

Ex lege, Sed si vir vxori.

Calendæ
Martie.

¶ Si vir vxori munus immodicum in Calendis Martiis aut natali die dedisset. Calendæ Martiæ fœminis solennes erant. in iis enim munera iis mittari solebant. Vnde fœmineæ Calendæ à Satyrico dicuntur, En cui viridem verbellam cui succina mittas Grandia, natalis quoties redit, aut madidum vine Incipit, & strata positus longaque cathedra Munera fœmineis tractas secreta Calendis. Ita enim Calendæ Martiæ fœminis dicatae erant, ut Saturnalia viris, quæ mense Decembri agitabantur. Tranquillus in Vespas. Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & Calendis Martiis fœminis. & tamen sic quidem pristinae cupiditatis infamia caruit. Apud Plaut. in milite Periplectomeus senex inter flagitationes vxorias & hanc narrat, Verum priusquam galli cantent quæ me somno suscitet, dicat da mi vir quod Calendis mittam cum Martiæ venerint. Macrobius libro primo Saturn. de Calēdis Martiis loq̄

quens, Hoc mense seruis cœnas apponebant matronæ, vt domini Saturnali-
bus. Illæ vt principio anni ad promptum obsequium honore seruos inuitarēt,
hi quia gratiam perfecti operis exoluerent. Quo in loco Macrobius de tempo-
re priscorum Romanorum loquitur qui decem tantum menses habebant.

Ex eadem lege.

Non videtur mulier facta locupletior si aut in encænio aut in vnguentis. In
antiquo legimus obxenio, propter quod obsonio legendum puto. De xenii ali-
bi dictum est. Encænía dedicationes fanorum vel aliarum rerum dicuntur. vt
Ioannis. x. Ἐγκαινία. Facta autem sunt encænía Hierosolymis.

Ex lege penultima eiusdem tituli.

Die nuptiarum priusq̄ ad eum transfret, & priusq̄ aqua & ignis acciperetur,
id est nuptiæ celebrarentur, obtulit decem aureos dono. Aqua & igni (inquit
Festus) tam interdicti solet damnatis q̄ accipiunt nouæ nuptæ, videlicet quia
hæ duæ res humanam maxime vitam continent. Itaq̄ funus profecti redeun-
tes ignem supergrediebantur aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant
suffitionem. De aqua & igni Lactantius libro secundo Institutionū ita inquit,
Alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi fœmininum: al-
terum actiuum, alterum patibile. Ideoq̄ à veteribus institutum est, vt sacramen-
to ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciantur, q̄ fœtus animantium calore
& humore corporentur atq̄ animentur ad vitam. Cum enim constet omne ani-
mal ex anima & corpore, materia corporis in humore est, animæ in calore.
quod ex auium fœtibus datur sciri, quos crassi humoris plenos nisi opifex ca-
lor fouerit, nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoq̄
ignis & aqua interdicti solebat. adhuc enim videbatur nefas quis malos tamen
homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur vsu earum rerum quibus
vita constat hominum, perinde habebatur ac si esset qui eam sententiam exce-
perat morte mulctatus. A deo ista duo elementa prima sunt habita, vt nec ortū
hominis nec sine iis vitam crediderint posse constare. Hactenus ille. Eodē perti-
net Ciceronianum illud prouerbiū in Lelio, Amicitia, inquit, res plurimas cō-
tinet, quocunq̄ te verteris præsto est. nullo loco excluditur, nunq̄ intempesti-
ua, nunq̄ molesta est. Itaq̄ non aqua non igni (vt aiunt) pluribus locis vtimur
q̄ amicitia. Accursius male de face nuptiali intellexit. Tæda enim nuptialis erat
quæ nouæ nuptæ præferrebat, & seruus qui eam præferrebat Daduchus græce,
latine prælucens appellatur. Apul. in Asino, Tædasq̄ nuptiales quibus prælu-
xerant ibidem extinctas relinquunt. Tranq̄. in Aug. Tonanti Ioui ædem conse-
cravit liberatus periculo cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter le-
cticam eius fulgur perstrinxisset, seruūmq̄ prælucetem examinasset. Inde illud
metaphor. à Cicerone in Salust. dictum, Ego meis maioribus virtute mea
præluxi, vt si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Et in
Lelio, Bona spe prælucet in posterū. Plautus etiā lucere facē nouæ nuptæ dixit,
id est præferre. Virgilius, Nec coniugis vnq̄ Prætendit tædas, aut hæc in fœde-
ra venis.

Aqua &
igni interdici
cre.

Prælucebat.

Et hæc hactenus.

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

... hoc mensis ...

Et hec ...